THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN IX

PARS ALTERA

O

MCMLXVIII – MCMLXXXI

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnividentia, -ae *f. ab* omnividens. *i. q. status omnividentis*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 l. 10 (*v.* omniexsistentia).

omnivīvēns, -entis *adi. ab* omnis *et* vivens, *cf.* omnicognoscens. *i. q. in omnibus vivens, universam vitam habens*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 22 l. 19 (*v.* omniintellegens). 4, 23 l. 9 (*v.* omniexsistentia). 4, 24 l. 25 (*v.* omnicognoscens).

omnivīventia, -ae *f. ab* omnivivens. *i. q. status omniviventis, vita universa*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 l. 10 (*v.* omniexsistentia). 4, 24 l. 25 (*v.* omnicognoscens).

omnivolus, -a, -um. *ab* omnis *et* velle, *cf.* multivolus *sim.* *i. qui omnia vult, cupit sim.*: CATVLL. 68, 140 *Iuno* noscens -i plurima furta Iovis (*cf. 128* multivola . . . mulier).

omnivorus, -a, -um. *ab* omnis *et* vorare, *a* PLIN. *sec. gr.* *παμφάγος formatum, cf.* carnivorus, monstrivorus *et* omnicarpus. *i. q. omnia vorans, edens*: PLIN. nat. 25, 94 *Arcades* bibunt . . . vaccinum *lac*, quoniam boves -i fere sunt in herbis (*cf. Theophr. hist. plant. 9, 15, 4 δοκεῖ . . . παμφαγώτατον εἶναι πάντων ὁ βοῦς*).

omnius *v.* omnis. **omnopere** *v. p. 623, 14.* **omnuta** *v.* omita.

omo *v.* homo.

? **omoctosia.** *vox graeca, ut vid., corrupta; cf. fortasse aut* omotocia *aut βρεφοκτόνος sim.* *nomen herbae*: ANON. med. ed. Piechotta 91 ad purgationem et ad menstrua ut deducat et ad mulieres gravidas et si in partu laborat et ad loca muliebria et ad vesice et iecur quod interpertatur -a facit haec herva s̅s̅ ex aqua de fontana decocta *eqs.*

omoeūsion *v.* homoeusion.

cataplasma, quas Greci **(o)molinon** (malinon *trad., gr. ὠμολίνων*) appellant ORIBAS. syn. 9, 11, 4 La.

ōmophagia (-fag-), -ōrum *n., cf. gr. ὠμοφάγιον et ἡ ὠμοφαγία* (*Clem. Alex. protr. 2*). *sg.* -um *fortasse* PROB. app. gramm. IV 198, 1, *v.* homfagium. *i. q. crudorum ciborum voratio*: ARNOB. nat. 5, 19 quibus *Bacchanalibus* nomen -is (-fag- *P*) graecum est, in quibus . . . caprorum . . . viscera cruentatis oribus dissipatis. CASSIAN. inst. 4, 22 *monachi Aegyptii* maxime xerofagiis et -is (homofag- *pars codd.*) utuntur (*cf.* GLOSS. V 417, 31 xerofagia: herbe quae comeduntur incocte; -⟨i⟩is quae non nisi cocte. *item* 426, 42).

ōmophorium, -ī *n., ὠμοφόριον.* GLOSS. V 574, 18 -um: palliolum (*de quo genere vestimenti cf. Marquardt-Mau 564*).

ōmoplatās *acc., gr. ὠμοπλάται.* *i. q. os latum scapularum*: CELS. 3, 22, 12 sub imis ossibus scapularum, quas *ὠμοπλάτας* (*duo codd.*, homo *πλάτας P*) Graeci vocant. 8, 1, 15 a cervice duo lata ossa utrimque ad scapulas tendunt: nostri scutula operta, -as (hom- *F V*) Graeci nominant. ORIBAS. syn. 1, 35, 2 La p. 89, 16 Mø. -as (planontas *Aa*).

ōmotacia *v.* omotocia.

ōmotocia, -ae *f., ὠμοτοκία.* *i. q. fetus intempestive natus, abortus sim.*: PS. SORAN. epit. 45 *mense octavo* nullus infans . . . possit evadere; denique ut tales partus -am (omopteicam *trad.*) Greci vocant; crudus est enim hoc mense. CAEL. AVR. gyn. 2, 58 crudum, id est imperfectum, efficit *matrix* partum, quod Greci -an (-tac-c) vocant. *sensu dilatato*: PS. PHILO antiq. 9, 2 (*ad exod. 1, 22; iussit Pharao parvulos in flumen proici*) tunc seniores populi . . . cum luctu dicentes: -am (ometoceam *cod. Ad., ὠμοτοκείαν ed. pr.*) . . . passa sunt viscera mulierum nostrarum, fructus noster inimicis nostris traditus est.

ōmotribes, (-is) *n.* (*? m.*), *ὠμοτριβές* (*sc. ἔλαιον*). ho-: ORIBAS. syn. 8, 18 Ab. *nom.*: -e *vel* -is (-es *Puschmann*) *in codd.* PHILAGR., -em ALEX. TRALL. 1, 40. *gen.*: -os (*sec. gr.* -οῦς) *vers.* Aa ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 l. 10. *acc.*: -es (-is) ORIBAS, eup. 2, 1 E 3 l. 5 La *et* Aa, -us *ibid.* Ab, -em ORIBAS. syn. *abl.*: -e ALEX. TRALL. 2, 245; -o *vers.* La ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 l. 10.

i. q. genus olei, quod ex olivis crudis expressum ad conficienda medicamenta adhibetur: **1** oleum -es: LVCIL. 961 *-ές* o. Casinas. PHILAGR. med. 3 p. 164, 1 mittendum est o. -e (-is *vel* omfacium *var. l.*, -es *Puschmann*). ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 l. 10 La de -o o. (Aa de -os oleum, *gr. E 6 τὸ ἐκ τοῦ ὠμοτριβοῦς*). ALEX. TRALL. 2, 245 cum o. omotrib[l]e i. amaro, quod primo tempore fit et recipit folia olivae, ut sit amarum (*gr. II p. 517 P. τὸ ὠμοτριβὲς ἔλαιον*). *?* **2** *pro subst.* (*v. et l. 67*): ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 l. 5 La quod . . . de simicrudis olivis fit oleus, quem Greci omfacion aut -es vocant (Aa -is, Ab -us, *gr. E 5 τὸ δ' ὠμοτριβές*). syn. 8, 18 Aa oleo gremiali, quem -em (homotripem *Ab*) Greci appellant, id est septembrio aut octobrio mense factus. ALEX. TRALL. 1, 40 quale est -em, id est octobrinum oleum sive amarum, quod primo tempore fit (*gr. I p. 491 P. τὸ ὠμοτριβὲς ἔλαιον*).

omoūsios (-on) *v.* homousios. **omphacinē** *v. p. 626, 18*

ˣomphacinus, -a, -um, *ὀμφάκινος.* *scribitur* omf- MARCELL. med. 12, 39. *al.* inf- DIOSC. 1, 64 p. 36, 8 M. *cod. P. apud* DIOSC., CASS. FEL., ORIBAS. *etiam* onf-, umf-, unf-, anf-. *nom. fem. sec. graec.* -ē *v. sub 2.* [*dub. trad. pro* omphacium DIOSC. 3, 7 p. 380, 11. 5, 8 p. 169, 14.]

1 *i. q. ex immaturis fructibus vel ex omphacio confectus*: **a** *pro adi.*: *α* oleum -um: PLIN. nat. 24, 122 mora capillum tingunt cum -o o. MARCELL. med. 12, 39 *dentes confirmat* -um o., id est bonum viride. 36, 71 *ad podagram.* DIOSC. 1, 62 p. 35, 4 M. oleo glaucino conficis sic: accipis o. -um, cui addes *eqs.* (*gr. 1, 57 ἐλαίου ὀμφακίνου. sim. in oleo conficiendo*: 1, 63 p. 35, 14. 1, 64 p. 36, 8. 1, 68 p. 37, 24 o. balanino aut -o. 1, 68 p. 38, 4). 1, 112 p. 56, 20 cum o. -o mixta et cocta *amurgia* (*gr. 1, 102 σὺν ὀμφακίῳ*) CAEL. AVR. chron. 4, 3, 39 ex o. murtino . . . vel ex -o aut oenanthino. CASS. FEL. 61 p. 149, 17 ex o. -o . . . aut ex aceto et rosaceo. ORIBAS. eup. 4, 1, 2 non inventum oleum roseum de -o unguis o. (*gr. ὀμφακίνῳ ἐλαίῳ. cf.* syn. 6, 6, 6 Aa roseos . . . oleos . . . aut -us. *sim. al.*). *al.* *β* vinum -um: DIOSC. 5, 24 p. 175, 22 (*gr. 5, 6, 14 ὀμφακίτης bis*). 5, 25 p. 176, 3 uinu -u secundu, quem multi potilon dicunt (*gr. 5, 6, 15 δευτερίας tantum; bis*).

b *pro subst.* -um, -ī *i. q. omphacium* (*cf. infra l. 56*): ORIBAS. eup. 4, 69 (68, 10) Aa optimus autem ad haec (*sc. ulcera oris*) est et Musa trociscus et ros sucos et -i sucos (*gr. ὀμφάκιον*).

2 *nom. sg.* -ē *i. q. immaturus, viridis* (*dicitur de galla, cf.* omphacitis; *sec. gr. ὀμφακίνη* [*sc. κηκίς*], *quam vocem intellegi mavult André, Lex. des term. de botan. 227*): CAEL. AVR. chron. 4, 3, 72 item rhus linteo ligatus vel galla viridis, quae appellata est -ē, aut vitis anuli, quas elicas appellant, *eqs.*

omphacion *v.* omphacium. **[omphacis** *v.* omphacitis.]

omphacītis *et* omphacītēs (*? gen.* -ae, *abl.* -itide, *acc. pl.* -itidas), *adi.* (*?*) *fem., ὀμφακῖτις* (*resp. gr.*). *scribitur etiam* omfa-. [*dub.* PLIN. VAL. 2, 28 cicido et omphacidis; *Souter, Glossary of later Latin 277 intellegit* omphacis.]

de certo genere gallae fere i. q. immatura, viridis (*cf.* omphacinus *2*): **1** *de natura et generibus*: DIOSC. 1, 117 p. 60, 1 M. galla[s] semen est de drios, cuius uno genu -is dicitur; . . . eligenda est . . . -is, que et virtute fortior est *quam alterum genus.* ORIBAS. eup. 2, 1 C 14 Aa cicis -es (onfacis *La*), galla asiana *eqs.* ISID. orig. 17, 7, 38 huius *quercūs* fructus galla appellatur, ex quibus una agrestis *ὀμφακῖτις* (*-της trad.*) dicta, . . . altera *βάλανος eqs.* **2** *de usu* (*in comparandis medicamentis*): PLIN. VAL. 3, 45 (*nisi interpol.*) ad lepram: gallae -ae unc. quatuor. CASS. FEL. 39 p. 90, 4 rosam siccam, . . ., gallas -idas leviter quassatas . . . decoques. 48 p. 123, 4 murra cum . . . galla -ide (gallas -idas *var. l.*) in vino . . . decocta. ORIBAS. syn. 2, 24 Aa p. 106, 2 Mø. (*v. Bulhart, WSt. 60, 1942, 111 sq.*). 2, 46 La p. 114, 12 stiptiria, galla -es, *eqs.* (*Aa* galla asiana).

ˣomphacium, -ī *n., ὀμφάκιον* (*quod ubi resp., non notavimus*). *scribitur aut solum aut in var. l.* omfa- (CELS. 6, 8, 1^C. 6, 10, 2 PLIN. nat. 23, 8 MARCELL. med. 8, 213. *et saepe*), onfa- (SORAN. p. 69, 9. 18 PHILVM. med. 1 p. 113, 1. *al.*), amfa- (MARCELL. med. 8, 213), anfa- (DIOSC. 3, 7 p. 380, 11), umfa- (PHILVM. med. 1 p. 113, 1 ORIBAS. eup. 2, 1 M 12 Ab. *al.*); -ati- (PLIN. nat. 14, 98 DIOSC. 3, 7 p. 380, 11. 5, 8 p. 169, 14 CASS. FEL. 42 p. 100, 17). *de genere et formis*: *sing.*: *nom.*: -cus, -cius PHILVM. med. 1 p. 113, 1 *var. l.* ORIBAS. eup. 4, 69 (68, 18) Aa *et* Ab. *nom., acc.* -cum, -ciu PHILVM. med. 1 p. 113, 1 *var. l.* DIOSC. 5, 8 p. 169, 14 (*v. et cod. b*). *al.*; -cion, -cio CASS. FEL. 42 p. 100, 17 ORIBAS. eup. 2, 1 M 12 La. *al.* *gen.*: -ci CELS. 5, 28, 16^B. 6, 7, 2^B. 6, 10, 2 SCRIB. LARG. 33. *al.*; -cis (*? i. ὄμφακος*) *var. l.* CELS. 5, 28, 16^B PLIN. nat. 23, 136; -ciae ORIBAS. syn. 2, 7 p. 97, 8 Mø. Ab *et* As (cumfacos *i. ὄμφακος La*); -cies ORIBAS. syn. 9, 10, 19 Ab. *dat. vel abl.* -co *pars codd.* PLIN. nat. 12, 131 PHILVM. med. 1 p. 113, 1. *? plur. nom.* -cii ORIBAS. syn. 7, 30, 3 Aa (-ciae *Ab*, -cius *La*). [*variat in codd. c.* omphacinum DIOSC. 3, 7 p. 380, 11. 5, 8 p. 169, 14, *cf.* CASS. FEL. 61 p. 149, 17. *v. etiam* homfagium.]

i. q. sucus vel oleum ex immaturis uvis vel olivis expressum (*cf.* s. -i PHILAGR. med. 1 p. 154, 23 DIOSC. 5, 8 p. 169, 14 CAEL. AVR. acut. 3, 4, 44 ORIBAS. syn. 2, 7 Aa p. 97, 8 Mø. *al.*; *de pastillis* PLIN. nat. 12, 131, *cf. adi.* aridum SCRIB. LARG. 65 PLIN. nat. 23, 136 MARCELL. med. 8, 123. 11, 35. 14, 2, tritum THEOD. PRISC. eup. faen. 63; *fusius de modo conficiendi* PLIN. nat. 12, 130 [*cf.* 14, 98]. DIOSC. 5, 8 p. 169, 14 sqq.): **1** *de generibus* (*duo genera testatur* PLIN. nat. 12, 130 [*cf.* 1, 12, 60] oleum et -um est; fit duobus generibus . . ., ex olea et vite): **a** *conficitur ex olivis*: PLIN. nat. 15, 9 olivae sucus oleum est, idque praecipue ex immaturis intellegitur, sicut ⟨in⟩ -o docuimus. 23, 79 (*cf.* 1, 23, 39) ex olei generibus . . . utilissimum esse -um (*cf. Diosc. 1, 30, 1 ὀμφάκινον*). ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 La de semicrudis olivis fit oleus, quem Greci -on aut omotribes vocant (*sim.* ISID. orig. 17, 7, 68). **b** *conficitur ex uvis* (*accedit gen.* vitium PLIN. nat. 1, 23, 4): PLIN. nat. 23, 2 artes *medicas* . . . dedit *Pomona* vitibus, non contenta . . . unguenta -o et oenanthe . . . instruxisse (*cf.* 23, 8 -o cohaeret oenanthe). 23, 7 -um, qua fieret ratione incipientis uvae pubertate. DIOSC. 5, 8 p. 169, 14 -u sucus est ubarum albarum inmaturarum (*gr. 5, 5 χυλὸς ὄμφακος. sim.* ORIBAS. syn. 9, 10, 19 Aa). ANTHIM. 94 (*cf.* tit.) -um de uva cruda fit. ORIBAS. eup. 4, 1, 5 -on id est sucus ubae acerbae (*sim.* syn. 6, 39, 2 Aa [*gr. ὄμφακος χυλοῦ*]).

2 *de usu* (*maxime in comparandis medicamentis; fusius* PLIN. nat. 23, 7 [*cf.* 1, 23, 4]. DIOSC. 5, 8 p. 169, 21 sqq.; *genera supra allata fere discerni non possunt*): CELS. 5, 5, 2 *purgant* ficus arida . . . -um, radicula *eqs.* 5, 6, 2 *rodant* narcissi radix, -um (*del. ut gloss. Marx*).

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 12 evocat et educit: ladanum, . . ., -um, fel, *eqs.* 5, 28, 16^{B} *medicamentum* fit ex . . . piperis albi, -i, singulorum P. ✕I (*sim. in medicamentorum compositionibus*: 6, 7, 2^{B}. 6, 10, 2 SCRIB. LARG. 33 [= MARCELL. med. 8, 70]. 65 [= 14, 2]. 142 [= 28, 4]. PLIN. nat. 23, 136. *al.*). 6, 10, 3 inlinendum mel cum -o (6, 18, 2^{F}. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 42 m. atque -o). *al.* PLIN. nat. 13, 8 cui *metopio* addidere -um (*item in unguentis conficiendis*: 13, 9. 10. 11. 12. 14. 15. *cf. in cerotario*: THEOD. PRISC. log. 73 aut oenanthen aut -um). 23, 75 si . . . cum -o recoquatur *amurca* (*cf.* PHILVM. med. 1 p. 113, 1 cocto. THEOD. PRISC. log. 23 coquendum). 23, 79 -um prodest gingivis. MARCELL. med. 8, 213 alteram *partem combusti lapidis extingues* in -o. SORAN. p. 69, 9 acaciam et opium . . . adponere, quibus rebus et -um . . . admiscemus (*infra*: acacia et -o [*gr. p. 120, 21 Ilb.* κηκῖδος ὀμφακίτιδος, *sed v. app. crit.*]. THEOD. PRISC. gyn. 29 CAEL. AVR. chron. 4, 3, 52). PHILAGR. med. 1 p. 154, 23 calidae . . . distemperantiae . . . adhibemus . . . sucum -i, *eqs. al.*

omphacocarpos (*cf. Strömberg, Griech. Pflanzennamen 156*) *v.* omphalocarpos.

omphacomeli, (-itos) *n.*, ὀμφακόμελι (*resp. gr.*) *et* omphacomel (-melle), -llis *n.* (*per confus. c. lat.* mel), *cf.* oenomeli *sim.* *scribitur*: omfa-, onfa- PALLAD. 9, 13 tit. *al.*; amfa- PS. GARG. MART. p. 212, 4 *var. l.*; unfa- ANTIDOT. Brux. 49 *var. l.*; omba- ORIBAS. eup. 4, 74 Aa. *de formis (cf. Svennung, Unters. Pallad. 153): nom., acc.*: -eli PS. GARG. MART. p. 212, 4 (-elli *g*), -elle CAEL. AVR. acut. exc. 4 p. 498, -el ALEX. TRALL. 2, 55, -ellis ORIBAS. eup. 4, 74 Aa. *abl.*: -elli PALLAD. 9, 13 tit., elle ANTIDOT. Brux. 49. 142. ALEX. TRALL. 1, 84 (*bis*). [*falso trad. pro* omelysis CAEL. AVR. chron. 3, 2, 22. 3, 4, 63. *e coni.*: ANTIDOT. Brux. 21 confectio -llis (*Heraeus in exemplari suo,* saccomeli *trad.*, stactomeli *prop. Rose*).]

i. q. potio vini similis ex uvis acerbis et melle confecta (*confectio describitur* PALLAD. 9, 13 [*cf. Diosc. gr. 5, 23*]. PS. GARG. MART. p. 212, 5 sqq.; *ad rem v. Schuster, RE XV 1301, 52 sqq.*): PALLAD. 9, 13 tit. de -lli. PS. GARG. MART. p. 212, 4 tit. -i. ANTIDOT. Brux. 49 febrientibus vero cum -lle *medicamentum dandum* (*sim.* 142). CAEL. AVR. acut. exc. 4 p. 498 *febricitantes* pro siti accipiant rodomelle aut -lle. ALEX. TRALL. 1, 84 panis infusus cum vino dandus est aut in -lle aut in aqua frigida. *ibid.* nutries eum bene cum pane in vino infuso aut -lle. 2, 55 ydromel aut -l . . . dare. ORIBAS. eup. 4, 74 Aa p. 595 similiter et *medicamentum* de musto austeris uvis et dicitur -llis (*cf. gr. 4, 73, 3* διὰ τοῦ γλεύκους ἐξ αὐστηρῶν σταφυλῶν, *La* de sapa, *Ab* umpathicum mellis).

omphalocarpos, *acc.* -on, ὀμφαλόκαρπος (*resp. gr.*). *nomen herbae q. e. aparine*: PLIN. nat. 27, 32 (*cf.* 1, 27, 15) aparinen aliqui -on (omphaco- *trad. c. parte codd. Diosc. gr., sec. quem corr. edd.*), alii philanthropon vocant. (*sim.* DIOSC. 3, 100 p. 421, 7 PS. DIOSC. herb. fem. 71 [70] l. 2).

omphalos (-ī) *m.*, ὀμφαλός. [*falso* ORIBAS. syn. 3 add. p. 899, *ubi legendum*: ad exomphalos id est ad umbilicos praeminentes.]
i. q. umbilicus: **1** *de numero medio*: AVSON. 336, 60 p. 203 P. et paribus triplex medium, cum quattuor et sex bisque quaternorum secernitur -os idem. **2** *de herba q. e.* 'gēs omfalos' *v. vol. VI 2, 1955, 17 sqq.*

cf. Onom. Omphalus.

omphax, -cis (-cos) *f.* (*m.?*), ἡ (ὁ) ὄμφαξ (*resp. gr.*). *scribitur* omfa-, onfa-, umfa-. *i. q. uva acerba* (*fere immatura*): ALEX. TRALL. 2, 30 -cis succum i. uve acerbe (ORIBAS. syn. 3, 36 [35], 10 -cos uvae. 8, 18 [17], 2 La -cus uvarum [*cf. Theod. Prisc. log. 40* uvarum inmaturarum]). ORIBAS. eup. 4, 69 (68), 2 La qui accepit -cos aut rose flores (syn. 3, 173, 4 -cos aut rosae flors).

omunuia (*i.* ὁμόνοια) *inter nomina herbae q. e. argemonia* PS. APVL. herb. 31 l. 27 adn. (*interpol. ex Ps. Diosc. Vind. 2, 177 p. 246, 17*).

omūsios *v.* homousios.

? **on** *incertae lectionis*: CIL IV 2625 (*inter vasorum inscriptiones vini aliarumve rerum nomina praebentes*) Tuscola on ⟨ex⟩ officina Scau(ri).

? **ona,** -ae *f.* *si recte trad., i. q. genus fici*: PLIN. nat. 15, 72 Tarenti tantum praedulces nascuntur, quas vocant -as (*sic codd.* [*cf. vocem incertae lectionis in amphora inscriptam* CIL IV 2612]. onias, *sc.* ὠνίας, *dubitanter André ad l.*; omas, *sc.* ὠμάς, *Barbarus, cf.* CIL IV 9436 om, *quod* omae *solvit della Corte*). *Baer.*

***onager** (-grus), -grī *m.*, ὄναγρος. -acer POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 7. *nom. sing.* -grus VARRO rust. 2, 6, 3 RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 13, 1; -ger (*postulat* CHAR. gramm. p. 57, 3 = 103, 23 B.) *inde a* CELS. 2, 18, 2 COLVM. 6, 37, 4; *mensuratur* ŏnăger MART. 13, 97, 1. 13, 100, 1, ŏnāger VEN. FORT. carm. 7, 4, 22 (*fortasse sec.* onágros VERG. georg. 3, 409. *cf.* PRVD. c. Symm. 2, 813). NOT. Tir. 108, 40. 130, 52. GLOSS. -r: ὄναγρος. ὄνος ἄγριος. asinus. asinus silvester. asinus silvaticus. GLOSS. Vatic. reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26) p. 265, 82 onos graece, latine -r vel archadicus vel asinus. *ceterum de notione v. infra.* *legitur inde a* CIC. epist., VARRONE, VERG. [*dub.*: PLAVT. Asin. 10 *v.s.v.* onagos.]

1 *de asino fero* (*v. Richter, Kl. Pauly II 370; attulimus omnia usque ad* SVET. *exempla, inde selecta*): **a** *notabiliora de natura, vita sim.*: VARRO rust. 2, 6, 3 *asinorum* genera sunt duo: unum ferum, quos vocant -os, ⟨ut⟩ in Phrygia et Lycaonia sunt greges multi *eqs.* (ISID. orig. 12, 1, 39 -r interpretatur asinus f. [*pendet ex* SOL., *v. infra*]. *cf.* AVG. in psalm. 103 serm. 3, 4 l. 2 agrestes asinos [*similiter* GREG. M. moral. 7, 7 p. 770^{B}]. CASSIOD. in psalm. 103, 11 l. 269 -r . . . silvester est asinus). CELS. 2, 18, 2 omnem grandem feram, quales sunt caprea, cervus, aper, -r (*item inter alia quadrupedia*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 RVFIN. hist. mon. 6 p. 410^{B} AVG. gen. ad litt. 3, 11 p. 75, 24 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 7 VEN. FORT. carm. 7, 4, 22 [*equos intellegit Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere 21*]). PLIN. nat. 8, 174 -i in Phrygia et Lycaonia praecipui (*v. supra apud* VARRONEM). SVET. frg. 161 p. 248, 2 -orum est mugilare (ANTH. 762, 53. *cf.* VVLG. Iob 6, 5 rugiet [HIER. interpr. Iob: clamabit, *gr.* ὄνος ἄγριος]). SOL. 27, 27 Africa -os habet *eqs.* (*cf. Plin. nat. 8, 108* asinorum silvestrium. *pendet* ISID., *v. supra*). HIER. interpr. Iob 11, 12 tamquam -r . . . in deserto ([*gr.* ὄνῳ ἐρημίτῃ, VVLG. pullum -i *in alio contextu*]. VVLG. Iob 24, 5 [*Hier. l. c.* asini feri]. *al. cf.* Sirach 13, 23 in heremo [*gr.* ὄναγροι]. Ier. 2, 24 -r adsuetus in solitudine).

b *de usu, utilitate*: VARRO rust. 2, 6, 3 ad seminationem -us idoneus *eqs.* (*de eadem re*: COLVM. 6, 37, 3. 4 PETRON. 38, 4 PLIN. nat. 8, 174 HIER. quaest. hebr. in gen. p. 57, 3). VERG. georg. 3, 409 cursu timidos agitabis -os et canibus leporem . . . venabere (SERV.: agrestes asinos. *cf. venationem in arena factam*: MART. 13, 100, 1). PLIN. nat. 8, 170 pullos *asinarum* . . . praelatos -is *in epulis*. 28, 158 (*adhibetur ad medendum. cf.* 28, 217 praecipuum . . . remedium . . . in calculo -i *eqs.*). TERT. nat. 1, 11, 2 -is . . . indicibus fontis (apol. 16, 2. *sec. Tac. hist. 5, 3, 2* asinorum agrestium). **c** *varia*: CIC. Att. 6, 1, 25 nec deerant -i (*reprehenditur nimius sumptus*). PLIN. nat. 1, 8, 46. 1, 28, 42—80. 8, 225 in Lycia . . . non transeunt . . . -i limitem *eqs.* MART. 13, 97, 1 ('lalisio') dum tener est -r *eqs.* HIER. c. Lucif. 22 p. 177^{A} lascivus -r. quaest. hebr. in gen. p. 26, 17 in hebraeo 'fara', quod interpretatur -r. VVLG. psalm. 103, 11 exspectabunt -i in siti sua (*gr.* ὄναγροι. *explicat* AVG. *ad l.* -i positi sunt ad significationem magnitudinis *eqs. cf. etiam* PROSP. *et* CASSIOD. *ad l.*). EVCHER. form. 4 p. 26, 7 -r: heremita *eqs.* (*affert* VVLG. Iob 39, 5).

2 *de machinis* (*omnia exempla allata sunt*): **a** *in re militari* (*rem describit* AMM. 23, 4, 4 *sqq., cf.* VEG. mil. 3, 14. 4, 9; *v. etiam Lammert, RE XVIII 1, 399 sqq.*): AMM. 23, 4, 4 scorpionis . . . quem appellant nunc -um (*similiter*: 23, 4, 7 quod asini feri . . . eminus lapides . . . calcitrando emittunt. 31, 15, 12 lapidem . . . contorsit. *sed distinguitur*: VEG. mil. 4, 22 -r . . . dirigit lapides, . . . quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa . . . contorquet . . .; scorpiones . . . spiculis inferunt mortem). VEG. mil. 2, 10 -i, ballistae ceteraque genera tormentorum (*item iuxta alia tormenta*: 3, 3. 4, 9. 22. 29. 44). 2, 25 *in legione* decem -i, hoc est singuli per singulas cohortes. 3, 14 *fustibalus* prope ad instar -i dirigit saxa. 4, 8 maiora *saxa* per -os diriguntur (*cf.* 4, 22 saxis . . . gravioribus per -um destinatis).

b *in lusu pilarum*: GLOSS. V 623, 38 sphaeristae (*v. Sidon. epist. 2, 9, 4. 5, 17, 7*) erant ioculatores, qui -o interposito omnigenos dabant ludos.

? **onāgos,** -ī *m.*, *ὀναγός. *tit. comoediae* PLAVT. Asin. 10 huic nomen graece -ost fabulae (*nisi legendum* onagrost [*sic BD, v. Fraenkel, Plautin. im Plaut. 127, 1*], *qua voce fortasse 'venator àsini'* [*cf. Wackernagel, KZ 33, 1895, 43 sqq.*], *sc. qui captai pretium asini, intellegi potest*).

onagra, -ae *f.*, ὀνάγρα. *non nisi form. graec.* *nomen herbae q. e. onothera* (*v. André, Lex. des term. de botan. 227 sq.*): DIOSC. 4, 113 p. 56, 10 de -on (-a *P*): -an aut onotiran aut onotirum dicunt (*gr. 4, 117, ubi cod. E* ὄναγρον).

onagricae CIL IV 1364, 5. *dub. interpr.; inter alias voces in* -ice *vel* -icae, *aut adv. aut fem. graec.; fortasse iocose ad imitandam vocem iuxta positam q. e.* onomastice. *Plepelits.*

onāsus, -ī *m.* *nomen appellativum ex* ὄνος *et* nasus (*cf. Préaux, Latomus 17, 1958, 662 et Opelt, Schimpfwörter 236; vix recte ex* ὄνος *et* asinus *derivat Labourt ad loc. infra cit.*), *quo Hieronymus alludens ad Cic. Verr. II 5, 120 usus est ad cavillandum adversarium quendam, nisi nom. propr., ut putat Enßlin, RE XVIII 1, 408, 38 sqq.*: HIER. epist. 40, 1 tit. ad Marcellam de -o. 40, 2, 1 disposui nasum secare fetentem: timeat qui strumosus est; . . . numquid unus in orbe Romano est, qui habeat 'trúncas inhonesto vulnere nares'? numquid solus -us Segestanus cava verba et in vesicarum modum tumentia buccis trutinatur inflatis?

onchēsmītēs, ὀγχησμίτης. *nomen venti ab Onchesmo flantis a* CIC. *fictum in versu spondiaco, quo illudit artem neotericorum*: CIC. Att. 7, 2, 1 flavit ab Epiro lenissumus -es (anchesmitis *trad.*).

onco, -āre. *vox onomatopoetica, cf. gr.* ὀγκᾶσθαι *et* uncare. *de sono asinorum*: SVET. frg. p. 249, 1 asinorum *est* rudere vel -are (-a[n]t *vel* noc- *trad.*). ANTH. 762, 55 -at (orc- *H*) asellus. GLOSS. I p. 92 asini -ant (unc- *m. prior*) vel rudunt.

oncōma, -atis *n.*, ὄγκωμα. *scribitur etiam* inc- *vel* o⟨n⟩cu-. *i. q. tuber, tumor*: CHIRON 56 tit. 18 de -e. 98 -a, id est bubona⟨cia⟩, quas diote (*i.* id-) bubulcas appellant, in corpore que nascitur, id est tubera *eqs. ibid.* sunt . . . -a genera sex: *eqs.* (*cf.* VEG. mulom. 2, 30 de -e [inc- *s. scr.* o *L*] i. de tuberibus. 2, 30, 1 tubera . . ., quae Graeci

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a vocant). 100 omnis curatio o⟨n⟩cumatum, id est bubonacium hec erit: *eqs.*

oncōmatium, -ī *n.*, *ὀγκωμάτιον (*cf.* bubonacium) *v. s. v.* encom(m)atium.

oncus, -ī *m.*, ὄγκος (*resp. fere in gr.*). *scribitur* unc- *ap.* Oribas. (*ter*). *acc. plur.* -us (*sec. formam graec.*): Cass. Fel. *et* Oribas. syn. 7, 43, 5 La. *i. q. tumor*: Cass. Fel. 73 p. 175, 12 extantiae riposae, quas Graeci -us octodes vocant, id est riposis verticibus prominentes circa vultum et articulos. Oribas. eup. 4, 53 Aa tit. ad sicodes in faciae natos -os (*gr. 4, 52* ἐπαναστάσεις). syn. 6, 29, 13 La si ... tumor ... dolorem fecerit, -us (locus *trad., corr. Bulhart in schedis nostris*) ... sanabis (*Ab* tumorem sana). 7, 34, 2 La modicis diebus minus videtur uncus. 7, 43, 5 La caprofici cocti durus uncus digerit (*Aa* duros tumores).

onear. *orig. inc., fort.* ὄνειαρ, ὀνέαρ *i. e.* ὄναρ (*cf. Ernout ad loc. infra allatum; sed ab* ὄνος *derivat André, Notes de lexicogr. botan. grecque 45*). *nomen herbae, i. q. onothera* (*v. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): Plin. nat. 26, 111 (*cf.* 1, 26, 69) onothera⟨s⟩ sive -r (-ri, -rim *var. ll.*, onuris *Barbarus e Diosc. gr. 4, 117* ὀνο⟨θο⟩ῦριν, *cetera v. s. v.* onothera).

[**onecon** Marcell. med. 30, 11 *v. s. v.* onitis.]

oneiro- *v.* oniro-. *Baer.*

***onerārius,** -a, -um (*masc. deest*). *ab* onus. *scribitur* hon(or)- Naev. carm. frg. 46 Cic. div. 1, 69. *al.* Not. Tir. 80, 73. Gloss. φορτηγός. ὁλκάς. *legitur singulis vel paucis locis inde a* Naev., Plavto, Sisenna, Cic., Lent., Bell. Alex., Nep., Arrvnt., Vitr., *saepius adhibent* Caes., Bell. Afr., Liv. (*non in 1a dec.*). [*confunditur c.* oneratus Bell. Afr. 34, 3 Liv. 29, 25, 11. *al.; falso pro* honorarius Tert. apol. 39, 5, *cf. l. 23.*]

i. q. ad onera suscipienda aptus (*adiungitur onus per cum c. abl.*: Liv. 25, 30, 7. 30, 24, 5. 33, 48, 3. 35, 43, 3; *? per gen., sc. sec.* onustus: Pavl. Nol. epist. 23, 30 p. 187, 23): **1** *navis* -a (*haud rarius* -a n.): **a** *proprie*: Plavt. Poen. 651 e n. exeuntem -a. Sisenna hist. 39 actuarias ... n., item ... -a incendunt ([Non. p. 536, 2 de oneribus tardas]. Caes. civ. 3, 23, 2. 3, 40, 5. Bell. Afr. 62, 5 *v. infra l. 57.* 63, 5). Cic. Verr. II 1, 46 *signa* in -am n. suam conicienda. 2, 13 esse ... aedificatam (4, 19. 150. 5, 46. 136 Amm. 14, 8, 14). 5, 46 comparare (Liv. 39, 25, 9). Lent. Cic. fam. 12, 15, 2 contractas (Liv. 29, 24, 9 Svet. Cal. 19, 1). 12, 15, 5. Caes. Gall. 4, 22, 3 coactis. civ. 3, 15, 3 aquam ... n. -is supportare (3, 100, 3). *al.* Bell. Afr. 2, 1 *legio* in n. longas imponebatur, equites ... in -as (34, 4 Liv. 24, 40, 5. 29, 29, 3). 21, 3 errabundae male vagabantur. *al.* Bell. Alex. 11, 6 n. -as ... remulco victricibus suis navibus Alexandriam deducit. Nep. Them. 2, 5 Dion 5, 3. Liv. 22, 11, 6 n. -as commeatum ... portantes a classe Punica ... captas esse (26, 47, 9. 28, 46, 14. 30, 37, 6 Oros. hist. 6, 2, 21). 27, 15, 5 navis ... *machinationibus sim.* instruxit, -as quoque, non eas solum, quae remis agerentur. 33, 48, 3 n. aliquot ... -as cum mercibus. *al.* Vitr. 10, 3, 5. Vell. 2, 53, 2 ut ex -a in eam navem, quae obviam processerat, transcenderet. Plin. nat. 6, 99. 35, 49. Frontin. (?) strat. 4, 7, 14 accensas. Tac. ann. 2, 39, 2 Svet. Tit. 5, 3. *al.* *iuxta alias navium appellationes*: Sisenna hist. 39 actuarias (*v. supra l. 34.* Oros. hist. 6, 9, 2. *cf.* Marcell. *infra*). Lent. Cic. fam. 12, 14, 1 in Lycia esse classem ... ampliusque centum n. -as (*cf. vol. III 1282, 65*). 12, 15, 5 navi ... longa profugerunt -is relictis (Caes. Gall. 4, 25, 1. 4, 29, 2 civ. 2, 25, 6 Bell. Afr. 1, 5. *al.* Liv. 25, 27, 4. *al.* Schol. Cic. Bob. p. 142, 5. *cf.* Marcell. *infra*). Bell. Afr. 62, 5 n. -as ... incendit et penteres ... cepit. Liv. 25, 30, 7 n. -am cum armatis remulco quadriremis trahi. 28, 46, 7 triginta ferme rostratis navibus et multis -is (29, 25, 11. 30, 24, 5 -ae n. cum commeatu ... r. praesidio. Ampel. 15, 15 Oros. hist. 2, 9, 2). 35, 43, 3 proficiscitur quadraginta tectis n., apertis sexaginta; et ducentae -ae cum omnis generis commeatu bellicoque alio apparatu sequebantur. 44, 29, 3 *supprimebat* -as n. ... parte lemborum insequens (Hier. vita Hilar. 41). Pavl. Fest. p. 37 corbitae dicuntur n. -ae, quod in malo earum ... corbes solerent suspendi. Marcell. dig. 49, 15, 2 pr. n. longis atque -is propter belli usum postliminium est, non piscatoriis aut si quas actuarias voluptatis causa paraverunt. Vlp. dig. 14, 1, 1, 12 quaedam ... n. -ae, quaedam ... ἐπιβατηγοί sunt. Amm. 23, 3, 9 mille erant -ae n. ... quinquaginta aliae bellatrices. **b** *per comparationem*: Hier. epist. 1, 2, 1 quod implere non possum, negare non audeo; super -am n. rudis vector inponor et homo, qui necdum scalmum in lacu rexi, Euxini maris credor fragori. 15, 2, 2 Aegyptios confessores sequor et sub -is n. parva navicula delitesco. Pavl. Nol. epist. 23, 30 p. 187, 23 *Christus nos* quasi n. suarum -as opum deducat in portum salutis.

2 *apponitur aliis subst.*: Liv. 41, 4, 3 -a in iumenta imposuerant *milites*. Rvt. Nam. 1, 221 aestivos penetrent -a carbasa fluctus.

f. pro subst. ***onerāria,** -ae (*sc. navis; v. Wölfflin, ALL 9, 1896, 286 sq.; attulimus omnia praeter* Liv.): Naev. carm. frg. 46 -ae onustae stabant in flustris ([*Gloss. V 522, 16 add.* naves]. Liv. 25, 31, 13 frumento). Cic. div. 1, 69 flagrantis -as. Att. 10, 12, 2 in aliquam -am corrependum. 16, 6, 1 ut ... cogitaremus, corbitane Patras an actuariolis ad Leucopetram ... et, si -a, statimne freto an Syracusis. Lent. Cic. fam. 12, 14, 2 (*distinguitur* classis *ut*: Liv. 26, 41, 1. *aliter* 22, 22, 2 c. ingens agmine -arum). Bell. Alex. 19, 5 ad incendia -arum. Arrvnt. hist. 7 -as leves (Liv. 35, 37, 7). Liv. 25, 27, 12. 26, 39, 19. 29, 25, 10 (*opp.* rostratis *ut*: 29, 26, 2). 30, 10, 3 naves tormenta machinasque portantes et ... in -arum usum versae. 30, 24, 9 -ae pars maxima ad Aegimurum ... delatae sunt. 30, 24, 12 -ae Carthaginem puppibus tractae. *al.* Plin. nat. 7, 208 -am Hippus Tyrius invenit. *in comparatione et proverbialiter*: Plin. epist. 8, 20, 7 saepe minores *sc. insulae natantes* maioribus velut cumbulae -is adhaerescunt. Apvl. (?) Fulg. serm. ant. 44 qui celocem regere nequit, -am petit.

onerātio, -ōnis *f.* *ab* onerare. hon- Gloss. Gloss. ἐπιφορτισμός. [*restit. falso* Chiron 154 *Oder*; exoneratione *Niedermann.*] *i. q. actus vel effectus onerandi*: capitis: Chiron 18 vel arteriorum tumor vel -o c. (*Veg. mulom. 1, 25, 3* praegravatio). 67 ab epifora et -e c. (*Niedermann sec. Heraeum*). *translate*: Didasc. apost. 51, 27 a labore et -e nos eduxit *Christus*. 52, 35 quoniam ad idololatriam conversus est populus *Iudaeorum*, ideo illis secundatio ad -em *sc. imposita est.*

onerifer, -a, -um. *ab* onus *et* ferre. *scribitur* honor- Vita Genov. *i. qui onera fert*: Op. imperf. in Matth. 37 p. 834D est ... animal hoc *sc. asinus* immundum et prae caeteris pene iumentis magis irrationabile ... et -um magis (*inde in imag. de gentilibus*: p. 835B patientia irrationabilis -a aestimatur. *cf. p. 834D* sufferebant *sc. sarcinam*). Vita Genov. rec. B (BHL 3334) 38 naves ⌊-as frugum⌋ salvavit (⌊ ⌋ *om. aliae rec.*).

oneriger, -a, -um. *ab* onus *et* gerere. *i. q. onus gerens*: Cassiod. Ios. antiq. 8, 183 -as mulas (*gr.* ἀχθοφόρων).

***onero,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* onus. *de origine et scriptura cf.* Serv. Aen. 1, 289 (= Isid. diff. 1, 285) -tus adspirationem non habet, quia ab onere venit, honustus vero, quia etiam ab honore descendit, retinet aspirationem. hon- *in codd. passim, in titulis non nisi* CIL IV 3864 *et* Inscr. christ. Diehl 3419, 4 (*a. 447*); onor- *e. g.* Plavt. Stich. 532 (*cod. B*). Lact. inst. 6, 4, 8 (*pars codd.*). Not. Tir. 80, 72. 74. *de formis: perf. stirp. brevioris*: -astis Ter. Phorm. 842 (*dubium an etiam* Itala Luc. 11, 46 cod. e); -asti Cic. Phil. 2, 99 Plin. paneg. 73, 6 Avg. bon. viduit. 1, 1; -arunt Cic. fam. 3, 10, 7 Val. Max. 8, 5, 4 Homer. 186. 214 Frontin. strat. 2, 5, 13 (*cod. P, ceteri* -verunt); -arat Verg. Aen. 1, 195 Paneg. 3, 6, 4; -arant Liv. 42, 5, 9; -assent Cvrt. 10, 9, 2; -asset Plin. paneg. 24, 1 Vlp. dig. 3, 2, 13, 7 Tert. adv. Marc. 5, 15 p. 627, 9; -asse Avson. 8, 2 p. 311 P. *stirp. longioris*: -verit Cels. 3, 22, 4; -vere Cvrt. 4, 4, 5. 9, 4, 33; -verat Cvrt. 4, 16, 16 Tac. hist. 4, 15, 3 Clavd. 20, 389; -veris Cvrt. 8, 7, 15; -verunt Frontin. strat. 2, 5, 13 (*cf. supra*). *de notione*: Serv. Aen. 1, 289 (= Isid. diff. 1, 285) inter honustum et -tum hoc interest, quod -tus est qualicumque pressus pondere, honustus vero cui onus ipsum honori est, ut si quis spolia hostium ferat. 5, 352 onerosum plus est quam si -tum diceret sicut sceleratum et scelerosum (*iisdem fere verbis* Isid. orig. 10, 117). Gloss. gravat. γομῶ. φορτίζω. *legitur inde a* Plavto, Ter., Catone, Pacvv., Varrone, Rhet. Her., Cic.; *de part. perf. v. etiam s. v.* onustus. [*confunditur in codd. cum* honoro Prop. 3, 9, 26 Ov. met. 10, 101 fast. 4, 219. *et saepe* (*restituitur e. g.* Pacvv. trag. 291 Cvrt. 5, 4, 12 *falsa var. l.* Liv. 22, 30, 4; *falso trad.* Petron. 50, 1 Tac. hist. 2, 57, 2), orno *e. g.* Prop. 2, 30, 15 Epist. Sapph. 127 Homer. 183. 186. 214, armo Homer. 183 (*falsa var. l.* Verg. Aen. 11, 574 [*Serv.*]); *suppletur in lacuna* Plavt. Cist. 556.]

I *transitive* (*refl.* Plavt. Mil. 677 Pseud. 588 Stich. 532 Sall. Iug. 91, 2 Liv. 5, 16, 3 Sen. benef. 2, 24, 4 *et saepius; vergunt in vim mediopass. p. 631, 40. 61. 633, 64 al.; ceterum cf. C 1*): **A** *structura originaria* '*aliquem (aliquid) aliqua re (aliquo)*' *i. q. imponendo sim. instruere, onustum reddere* (*confusis inter se notionibus et ornandi sim. et gravandi sim.*): **1** *proprie* (*et in imag.*): **a** *praevalente potius vi ornandi, implendi, tegendi sim.*: **α** *strictius, sc. oneribus (fere rebus) pervehendi causa imponendis*: ① *indicatur qua re* (*subi. est ipsum onus* Stat. Theb. 8, 291 Tac. hist. 5, 6, 3): Plavt. Men. 25 -vit navem magnam multis mercibus. Pseud. 588 me et simul participes omnis meos praeda -bo atque opplebo (Liv. 8, 38, 15 equos. 31, 21, 17 carpentis ... p. -tis. Homer. 733 humeros. Frontin. strat. 3, 3, 7 naves). 1315 -a hunc hominem *marsupio* ...:: egone istum -em? :: -bis scio. Ter. Haut. 452 ancillas ... -tas veste atque auro (Verg. Aen. 1, 363 naves [*nimis argute* Clavd. Don.: ut ostenderet ... amplius impositum quam naves ferre potuerant]. Pass. Barth. 3 p. 134, 4 camelos a., argento, gemmis, vestibus). Sall. Iug. 75, 6 ex flumine ... iumenta -at (*cf.* 91, 2 aqua ... seque et iumenta). 86, 1 commeatu, stipendio, armis aliisque utilibus navis -at (Liv. 36, 43, 6 Epit. Alex. 70. *cf.* Frontin. strat. 2, 5, 31 -ti ... pabulo *Pompeiani*. Spart. Pesc. 11, 2 servos ... annona). Verg. georg. 1, 274 oleo ... costas agitator aselli vilibus aut -at pomis. Hor. epist. 1, 18, 46 Aetolis -ta plagis iumenta. Prop. 3, 4, 13 spoliis -tos Caesaris axes. Ov. fast. 5, 563 Aenean -tum pondere caro. Liv. 3, 68, 6 -tum vostris fortunis hostem. Sen. dial. 5, 2, 5 milite *classes* (Homer. 183 rates. 186 puppes [214]. *cf.* Ivst. 11, 5, 4 exercitu naves). Lvcan. 4, 462 Opiterginis moles

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. ratis -ta colonis. PETRON. 60, 7 munere . . . -are Gitonis sinum (cf. 90, 4 sinum meum saxis -bo). al. (II) non indicatur, qua re: PLAVT. Bacch. 349 ille est -tus recte et plus iusto vehit (in imag. de mendaciis sim. ut: Mil. 935 ego illum probe iam -tum huc acciebo). CATO orig. 93 armatum hominem, plaustrum -tum (OV. Pont. 4, 7, 9). CAES. Gall. 5, 1, 2 ad celeritatem -andi subductionisque. civ. 2, 32, 12 naves (VITR. 10, 2, 10 [item opp. exonerare: VLP. dig. 43, 14, 1]. SCAEV. dig. 19, 2, 61, 1. al.). SEN. Phaedr. 1019 nescio quid -to sinu gravis unda portat (dial. 2, 6, 7). PLIN. nat. 11, 21 apes femina -ant. TAC. hist. 1, 80, 1 vehicula (ITALA gen. 45, 17 [Hier. quaest. hebr. in gen. p. 62, 19; gr. γεμίσατε, VVLG. -antes iumenta, Lugd. inplete saccos]). al. dub. ex ambiguitate radicis hebr. 'kbd': ITALA Ezech. 27, 25 (Tycon. reg. 7 p. 78, 29) satiata et -ta (honor- trad., v. Burkitt p. XCII) es nimis in corde maris (Tyrus quasi navis. gr. LXX ἐβαρύνθης, sed Vulg. glorificata sec. Aquil., Theodot. ἐδοξάσθης, cf. Hier. ad l. glorificata sive aggravata).

β laxius, sc. oneribus qualibet ratione imponendis: (I) -antur animantia eorumque corporis partes (item arbores): variis rebus: PLAVT. Amph. 328 -andus est pugnis probe. :: . . . vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes (verberando, vulnerando sim. ut: SEN. Herc. f. 1120 stipes . . . potens duris -et pectora nodis. FRONTIN. strat. 2, 13, 5 in armis et vulneribus -tus tranavit flumen. OROS. hist. 6, 13, 2 ut pro auro Parthico Serico ferro i. gladiorum ictu -retur). VERG. Aen. 3, 485 textilibus . . . -at donis sc. Ascanium (LIV. 34, 61, 2 partim d., partim spe praemiorum -tum). 10, 558 membra sepulcro (cf. 11, 212 aggere ossa. huc pertinere vid. tit. mutilus INSCR. christ. Diehl 3419, 4 a. 447). PROP. 3, 15, 15 famulam pensis -vit iniquis. OV. am. 1, 13, 15 bidente. ars 1, 19 tauri cervix -tur aratro. trist. 2, 143 pampineis -tam vitibus ulmum. EPIST. Sapph. 127 tuos nostra cervice -are lacertos. PHAEDR. 5, 5, 20 lancibus. CVRT. 10, 9, 2 capitibus pluribus corpus (in imag. de imperio a pluribus appetito). LVCAN. 6, 518 Erichtho inpexis -ta comis (cf. PHYSIOGN. 32 p. 49, 6 si superioribus ciliis -entur ac praegraventur oculi [gr. I p. 326, 5 τὰ βλέφαρα αὐτοὺς βαρύνει]). PLIN. nat. 8, 214 -to capite . . . cornibus. al. potu, cibo (quaedam vix distinguuntur a p. 632, 32): PLAVT. Stich. 636 (639) mihi . . . potione iuncea -bo gulam (SVET. Tib. 62, 2). SALL. Iug. 76, 6 vino et epulis -ti (LIV. 9, 30, 8. 41, 2, 13. CVRT. 4, 4, 5 se [IVST. 1, 8, 6]. cf. CVRT. 5, 7, 4 mero -ti). SALL. (?) rep. 1, 8, 2 bis die ventrem -are (item cibo non indicato: SEN. epist. 47, 2). OV. Pont. 1, 10, 31 non epulis -or (SIL. 11, 312. cf. CLAVD. 20, 389 perpetuis dapibus). LIV. 41, 2, 13 avidius vino ciboque corpora -ant (FRONTIN. strat. 2, 5, 13 se. HIER. epist. 22, 35, 8). CELS. 3, 4, 8 supervacuā materiā. 3, 22, 4 multitudine cibi. SEN. dial. 11 (12), 10, 2 strage animalium ventrem. al. vestimentis, ornamentis: TER. Phorm. 844 qui non umerum hunc -o pallio. RHET. Her. 4, 49, 62 depressus et -tus auro (NICET. symb. frg. 3 p. 54, 19 B. bracchia). OV. ars 3, 129 non caris aures -ate lapillis (SEN. dial. 2, 14, 1. CLAVD. 28, 528 bacis). CELS. 4, 2, 7 cervicalibus vestimentisque -ant caput. PETRON. 32, 2 veste cervices. 65, 7 coronis. PLIN. nat. 33, 22 censu . . . opimo digitos -ando (item anulis: 33, 24). al. armis, vinculis: VERG. Aen. 10, 868 manus . . . ambas iaculis -vit acutis. HOR. carm. 3, 11, 45 me pater saevis -et catenis (TAC. hist. 1, 48, 3. 3, 74, 2 ann. 2, 3, 1. 2, 65, 3 AVG. serm. 211, 2, 2). OV. met. 3, 109 -ta . . . bracchia telis (CALP. decl. 15 armis et t.). LIV. 3, 10, 12 plebem -tam armis (31, 43, 2. 38, 17, 13 MANIL. 5, 352 [353]. TAC. hist. 4, 15, 3). VAL. MAX. 6, 1, 10 C. Cornelium publicis vinculis -vit (SEN. Med. 463 manus. IVST. 43, 2, 4 puellam. COD. Theod. 15, 12, 2). TAC. Germ. 30, 3 peditem super arma ferramentis quoque et vinculis -ant. TERT. cult. fem. 1, 7 l. 6 divitiis i. vinculis aureis. fructu, sarmentis sim. nec non fetu: OV. met. 7, 281 stipes frondes induit et . . . gravidis -tur olivis. 10, 101 pomo . . . -ta rubenti arbutus (AVIEN. carm. ad Flav. 27 ex multis -ans sua bracchia pomis [et m. -ant trad.]). COLVM. 3, 3, 6 multis palmitibus (5, 6, 36. cf. 4, 24, 20 procerioribus fructuariis). 4, 14, 3 tenera eius vitis aetas non sustinet et fetu et materia -ari (4, 24, 11 nimio). 5, 5, 19 supervacuis frondibus. al. SEN. epist. 41, 7 si fructu palmites -at vitis (AVG. serm. coll. Morin p. 449, 22). APVL. met. 10, 23, 3 sarcina praegnationis -tam. flor. 1 p. 4 quercus cornibus -ta. PALLAD. 8, 4, 1 alternis temporibus -andae sunt vaccae sc. fetura sim. (antea: in feturam summitti; cf. 3, 26, 1 feturae onus. vix de admissione, ut infra). al. ? admissario (v. Ziegler in ed. p. XVIII; vix addendum PALLAD. l. 69): ITALA lev. 19, 19 (Monac.) pecora tua non -bis alio onere (gr. κατοχεύσεις ἑτεροζύγῳ, Vulg. facies coire, Ps. Aug. spec. 15 p. 374, 3 facies admissuram adverso genere; biiuga intellegit Cypr. Gall. lev. 166 sqq., allegorice explicat Hesych. ad l.).

(II) -antur res: LVCR. 6, 1273 delubra replerat corporibus mors . . . -taque . . . cadaveribus caelestum templa manebant. VERG. georg. 2, 518 quin annus proventu . . . -et sulcos (cf. OV. met. 8, 781 gravidis -tos messibus agros). 4, 133 dapibus mensas (item: Aen. 1, 706 IVVENC. 3, 87. cf. VERG. georg. 4, 378 epulis -ant mensas). Aen. 5, 101 dona ferunt, -ant aras. 8, 284 cumulant . . . -tis lancibus aras (12, 215). 10, 620 multis . . . -vit limina donis (SIL. 3, 15 aras. VEN. FORT. vita Radeg. 13, 29 mensam divinae gloriae). PROP. 3, 9, 26 -are tuam fixa per arma domum. LIV. 27, 15, 5 naves machinationibus -at apparatuque moenium oppugnandorum. MANIL. 5, 405 -tur terra profundo (v. Housman ad l.). VITR. 2, 4, 2 neque -ari se continenter paries patitur (cf. 6, 8, 2 limina . . . et trabes structuris cum sint -tae; v. etiam sub b). SEN. contr. 1, 6, 7 cum pecunia arcas nostras -verit uxor. CVRT. 8, 8, 9 mensas auro -at (HIL. c. Const. 10 p. 587A VAL. CEM. hom. 17, 4 p. 745B). al. subi. est ipsum onus (dub. CARM. de bell. Aeg. 22): SEN. epist. 104, 34 aurum et argentum et quicquid aliud felices domos -at.

b praevalente potius vi gravandi, premendi sim. (subi. est ipsum onus LIV. 10, 17, 4 MANIL. 5, 429 CELS. 2, 17, 10 CLAVD. 18, 301): α quolibet modo: (I) aggravantur corporalia (caput sim. pro animo sim. posita v. infra): LIV. 6, 19, 6 ut suis ipse -tus viribus ruat Manlius (in imag. ut: 30, 44, 8). 9, 17, 16 Dareum in agmine -tum fortunae apparatibus suae. 10, 17, 4 ne impedimentis gravibus agmen -ret praeda (FRONTIN. [?] strat. 4, 1, 7). 10, 20, 4 ne tam -tum agmen dimicationibus committant. 22, 5, 3 -ti magis . . . quam tecti armis (CVRT. 4, 14, 2). MANIL. 5, 429 non -bit aquas natator. VITR. 6, 3, 1 ab interpensivis -antur trabes. 10, 3, 5 gubernator facile versat eam navem . . . immanibus mercis . . . ponderibus -tam (CVRT. 5, 1, 34 tanti . . . nemoris p. -ta moles hortorum pensilium. 8, 9, 28 telum leve. PLIN. nat. 9, 13 SVET. Aug. 67, 2. cf. CELS. 2, 7, 34 ex p. aliquo). CELS. 2, 17, 10 quod . . . praecordia -at. CVRT. 4, 3, 2 saxis harenaque a puppi -tam navem, ita ut multum prora emineret (4, 3, 9 arbores mersas. cf. PLIN. nat. 36, 68 naves detinendo). al. de collectione vaporum subterranea: SEN. nat. 5, 8, 2 collectio -ta quaerit, quo defluat. 5, 14, 3 aera -ari -tumque incumbere eqs. 6, 14, 3 -atur aer . . . infundente se a tergo aere, deinde per aliquam rimam . . . fugit. ? de zona exusta (si recte trad.): PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 363, 18 mediam zonam, quoniam saepe -at sc. calore (ineat vel intret dubitanter Hagen), igneam facit sol (cf. Macr. somn. 2, 5, 10 locis pressis nimietate . . . caloris). (II) aggravatur mens, anima sim. (cf. p. 631, 35): PLIN. nat. 19, 58 olera facilia concoqui nec -tura sensus cibo (v. app. crit.). PORPH. Hor. carm. 1, 17, 21 pocula Lesbii lenis et minime caput -antis. LACT. inst. 3, 19, 20 ut anima doleret incongruenti se corpore esse -tam (AVG. trin. 15, 24, 44 -ti corpore corruptibili homines). 6, 13, 5 nemo esse sine delicto potest, quamdiu indumento carnis -tus est (cf. CLAVD. MAM. anim. 1, 12 p. 54, 20 quamlibet pondere carnis -etur anima). HIER. epist. 43, 2, 1 prandia, quibus -ta mens premitur (cf. hom. Orig. in Luc. 25 p. 149, 18 cum corpus fuerit aggravatum superfluis escis, anima quoque -etur. NICET. vigil. 9 p. 66, 8 B. nimietate cibi vel potus . . . pectus).

β obruendo: LIV. 7, 23, 9 -ti . . . telis Galli, quibus aut corpora transfixa aut praegravata inhaerentibus gerebant scuta (OROS. hist. 6, 8, 4 propugnatores saxis telisque -ant Galli. cf. p. 631, 20). PHAEDR. 3, 2, 4 alii -ant saxis pantheram.

γ opprimendo, sc. nimietate ponderis (certiora modo exempla; vix recte trad. LIV. 2, 65, 4, quamquam editoribus non suspectum): CVRT. 4, 16, 16 ubi ingens multitudo fugientium -verat pontem (sc. qui omnes capere non posset). 9, 4, 33 dum pro se quisque certat evadere, -vere scalas, quis non sufficientibus devoluti eqs. COLVM. 5, 5, 10 brachia non statim . . . tam procera submittuntur, ne -etur exilitas vitis (cf. arb. 16, 4 per omnia arboris tabulata disponito materias, ita tamen ne vitem -es). PLIN. nat. 18, 154 inter vitia segetum et luxuria est, cum -ta (-tae vulg.) fertilitate procumbunt. fere i. q. nimietate oneris laedere: CHIRON 652 quodcumque iumentum articulos -verit vel bases; quod contingit ferendo, ab onera magna (cf. sub II).

2 translate: a praevalente vi instruendi, implendi sim. (dictis passim): α in malam vel neutram partem (oneribus TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 514, 22 TRACT. in Luc. 5, 29 Migne suppl. 1, 343; abl. suppl. non nisi PLAVT. Merc., Persa; adv. pro abl. IVVENC. 4, 730 sic): (I) quolibet respectu: PLAVT. Capt. 465 dies malignitate -vit omnis mortalis mihi. Merc. 978 quibus est dictis dignus, usque -emus ambo (cf. HIL. trin. 6, 32 neque legentium -andus est sensus coacervatis ad copiam dictis). Mil. 903 te -vit praeceptis (Pseud. 764 Simiam. AVG. civ. 14, 15 p. 35, 17 D. nec pluribus nec grandibus nec difficilibus). Persa 182 eius auris quae mandata sunt -bo. Pseud. 357 maledictis. TER. Andr. 827 iniuriis. CIC. Phil. 2, 99 contumeliis (MET. NEP. Cic. fam. 5, 3, 1). nat. deor. 3, 8 quam plurimis posses argumentis -are iudicem (QVINT. inst. 5, 12, 8). fam. 3, 10, 7 mendaciis (cf. p. 631, 4). 9, 20, 1 me . . . a te . . . malis -tum esse, non moleste tuli (VERG. Aen. 4, 549 furentem his, germana, m. -as. LIV. 5, 42, 7 tot -ti atque obruti m. OCTAVIA 5 tot tantis -ta m. CHAR. gramm. p. 410, 26 B. al.). PROP. 2, 30, 15 legibus aures. OV. fast. 3, 249 variis -o tua pectora causis. LIV. 5, 16, 3 novo bello se. 26, 3, 5 probris (SEN. Phaedr. 127). 32, 5, 7 criminibus (TERT. uxor. 2, 3 l. 17). 40, 12, 6 invidia (ASCON. Mil. p. 33, 25 se. SVET. Nero 34, 1 Otho 6, 1 TERT. pudic. 14 p. 247, 2. al. cf. l. 84). VITR. 10 praef. 2 sumptu (TERT. carn. 2 l. 11. cf. CIL III 7124 A 4 [aet. Claud.] inpensa supervaqua). al. -antur res: VERG. Aen. 9, 24 multa deos orans, -vit . . . aethera votis (cf. AMM. 29, 1, 38 questibus caelum). LIV. 34, 62, 5 qui legati . . . illa verba -arent suspicionibus. 38, 56, 11 Gracchus Scipionis iniuriam invidia -at. COLVM. 2, 9, 18

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

t. t. rhet. i. q. fictio nominis, nominatio, facticium (*rem tractant Volkmann, Rhet. d. Griech. u. Röm. 425 sq. Calboli ad Rhet. Her. 4, 31, 42*): **1** *in praeceptis rhet. et gramm.*: **a** *definitiones*: **α** *respicitur qualibet fictio nominum* (*cf. Tryph. Rhet. Graec. III 196, 12 Spengel* λέγεται . . . ἑπταχῶς, κατὰ ἐτυμολογίαν, κατὰ ἀναλογίαν κτλ.): QVINT. inst. 8, 6, 31 -a . . . id est fictio nominis ([*ubi 32 etiam* illa, quae πεποιημένα vocant *Graeci, ut vix permissa tractantur, cf. Heraeus, Kl. Schr. 236*]. 9, 1, 5). **β** *respicitur fictio eorum nominum, quae sonos, voces sim. imitantur* (*cf.* ὀνοματοποιῶς *ad designandam imitationem mobilitatis apud Hier. tract. in psalm. II p. 7, 12*): SACERD. gramm. VI 467, 18 -a est verborum figuratio ad imitandas voces expressa, ut dicimus equum hinnire ab eo, quod vox equi sic sonet (CHAR. gramm. p. 361, 28 B. dictio ad i. sonum vocis confusae ficta. DIOM. gramm. I 460, 1 ISID. orig. 1, 37, 14). DON. gramm. IV 400, 30 -a est nomen de sono factum, ut tinnitus aeris, clangor tubarum (POMP. gramm. V 308, 10. *cf. ibid.* 14 -a est ista, quotiens ipse sermo exprimit sensum suum). PRISC. gramm. II 450, 2 in nominationibus, id est -αις, sive nominum seu verborum novis conformationibus . . ., ut 'tinniat', *eqs.*

b *varia*: QVINT. inst. 1, 5, 72 minime nobis concessa est -*a* (*cf.* 8, 6, 31 -a, . . . Graecis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur). 9, 1, 3 περίφρασιν, . . ., -αν clari quoque auctores figuras verborum potius quam tropos dixerint (*cf.* 9, 1, 5).

2 *in explicatione verborum*: NON. p. 9, 16 'mutus' -a (onomatopoeta *codd.*) est incertae vocis, quasi mugitus, nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. DON. Ter. Hec. 517 (*ad* 'vocem pueri . . . vagientis' *et Verg. Aen. 6, 426* vagitus) est -*a*, nam vox ipsa sic est, ut quasi 'vagitus' saepius sonet. SERV. georg. 3, 148 ('oestrum Grai vertere vocantes *asilum*') vertere: ex soni similitudine -αν fecere.

onomia *v.* 2. onoma.

onōnis, *acc.* -ida *f.*, ὄνωνις *vel* ὀνωνίς. *de confusione c. voce q. e.* anonis (ἀνωνίς) *cf. Strömberg, Griech. Pflanzennamen 155. Ernout ad* PLIN. *loc. infra cit.* *i. q. nomen herbae* (*cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): **1** *de herba q. d. anonis* (*Ononis antiquorum L.*): PLIN. nat. 27, 29 anonim quidam -a (*V*, ononi *vel* -idam *alii*) malunt vocare, *eqs.* (*describitur; cf.* 1, 27, 12 anonis sive -s). DIOSC. 3, 18 p. 383, 28 de anomida; onomida, quem multi -a appellaverunt (*gr.* ἀνωνίς οἱ δὲ ὀνωνίδα καλοῦσι, *cf. Theophr. hist. plant. 6, 5, 3* ὄνωνις).
2 *de herba q. d. onosma*: DIOSC. 3, 142 p. 434, 22 (*trad.* noin, *v. s. v.* onosma).

[ononychītes, *coniectura non probab.* TERT. apol. 16, 12 *pro* onocoetes; *cf. Oehler ad l.*]

onopradon, (-ī) *n.*, ὀνόπορδον (*cf. Strömberg, Griech. Planzennamen 138*). *i. q. nomen herbae q. d. acanthion* (*cf. André, Lex. des term. de botan. s. v. et Ernout ad loc. cit.*): PLIN. nat. 27, 110 -on (odo- *trad.*, onopordon *edd. vet.*) ⟨si⟩ comederunt, asini crepitus reddere dicuntur; trahit urinas, *eqs.* (*cf.* 1, 27, 87; -andon *var. l.*).

onopyxos, (-ī) *m.*, ὀνόπυξος. *codd. praebent* -phyc-, -phyg-, -phryc-, -pyg-, conopyg- (*corr. edd. vet. e Theophr. hist. plant. 6, 4, 3*). *de quadam herba spinosa* (*cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): PLIN. nat. 21, 94 (*cf.* 1, 21, 56) carduus et folia et caules spinosae lanuginis habet, item acor⟨n⟩a, leucacanthos, . . . -os, *eqs.*

onorogmos *v.* onirogmos.

onos (-us), -ī *m.*, ὄνος. *scribitur*: un- *et* hon- ORIBAS. syn. La *et* Ab; *litt. graec.* SCRIB. LARG., ISID. *formas sec. graec. praebent*: -os (*nom. sg.*) GLOSS.; -on (*acc. sg.*) LAMPR.; -ōn (*gen. pl.*) ORIBAS. eup.; -ūs (*acc. pl.*) MANIL. (*cf. Housman ad l.*), ORIBAS. syn. Ab. *de notione*: ISID. orig. 12, 1, 39 -ον . . . Graeci asinum vocant. GLOSS.^L III Abol. ON 2 -os Graece asinus dicitur. GLOSS. V 126, 21 -us: asinus; recte sarcinae (*v. p. 643, 11*). GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922) p. 265, 82 -os graece. latine onager vel archadicus vel asinus.

i. q. asinus: **1** *de bestia quadrupeda* (*cf. supra*): **a** *proprie*: MANIL. 5, 350 Centaurus (*i. homines sub eo sidere nascentes*) . . . aut stimulis agitabit -ūs (*M*, omnis *var. l.*) mixtasque iugabit semine quadripedes aut curru celsior ibit, *eqs.* **b** *translate de homine quodam genitalibus pollente* (*cf.* onobelus): LAMPR. Comm. 10, 9 habuit et hominem pene prominente ultra modum animalium, quem -on appellabat, sibi carissimum.

2 *de quodam genere bestiolarum multipedum* (*cf.* oniscus *sub 1; fere in conficiendo medicamine*): SCRIB. LARG. 39 bestiolae multorum pedum, quae tactae conplicant se in orbem pilulae rotundissimae similem κατοικιδίους -ους aut πολύποδας Graeci . . . vocant (*cf. Marcell. med. 9, 33 tantum* polypodas). ORIBAS. eup. 4, 80 -ōn quae sub secla (*i. situla*) . . . inveniuntur (*gr. 79, 2* ὄνων τῶν ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις. *item resp. gr.* syn. 9, 5, 6 La asinos, quos Greci -os [honus *Ab*] vocant, bistiolas quae inveniuntur sub seclas).

v. Onom.

onosma, (-atos *?*) *n.*, ὄνοσμα (*ex* ὄνος *et* ὀσμή*? Strömberg, Griech. Pflanzennamen 61*). onoma *trad.*, a- *restit. edd. e parte codd. Diosc. gr. 3, 131.* *i. q. nomen herbae* (*de syn. cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): PLIN. nat. 27, 110 (*cf.* 1, 27, 86) -a longa folia habet *eqs.* (*fusius describitur*). DIOSC. 3, 142 p. 434, 22 de anona. -a aut nomidana . . . aut noin (*i.* ὄνωνιν) dixerunt (*cf. et Ps. Diosc. 3, 131 p. 140, 16* ὄνοσμα ἢ ὄνωνις . . . οἱ δὲ ὀνωνῖτιν καλοῦσιν).

onothēra, -ae *f. et* **onothērās,** ὁ ὀνοθήρας (*cf.* onagra *sim.*). *de formatione ab* ὄνος *cf. Strömberg, Griech. Pflanzennamen 68 et Ernout ad* PLIN. nat. 26, 111 *p. 112, qui reiecit formam q. e.* oenothera (*i.* οἰνοθήρας). *scribitur* ho- *in parte codd.* PLIN., -ti- DIOSC. *nomen herbae, i. q. onagra* (*v. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): PLIN. nat. 1, 26, 69 -a (oro- *pars codd.*) sive onear. 26, 111 harum *vigiliarum* remedio monstratur panaces, . . ., et -a⟨s⟩ (-as *test. ed. Silligii et Theophr. hist. plant. 9, 19, 1* ὁ μὲν ὀνοθήρας, hono- *pars codd.*, oeno- *Barbarus*) sive onear, hilaritatem adferens in vino *eqs.* (*cf.* DIOSC. 4, 113 p. 56, 10 onagran aut onotira(n) aut onoturin dicunt, *eqs.* [*sequitur descriptio; gr. 4, 117* ὀνοθήραν]). 26, 146 -a efferantia (*i.* θηριώδη *Diosc. l. c.*) ulcera sanat.

onothūris, (-idis) *f.*, ὀνοθοῦρις. *acc.* -in, *abl.* -ide. [*coniecit vix recte Mayhoff* PLIN. nat. 26, 18.] *nomen herbae i. q. onothera* (*v. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): PLIN. nat. 1, 24, 102 *medicinae ex* -ide. 24, 167 adiecit his *herbis* . . . Crateuas -in (-riden in *E*, -rin in, -rim in, -thorim in *cett.*), cuius aspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur. DIOSC. 4, 113 p. 56, 10 onagran aut onotira⟨n⟩ aut -in (onotirum *M*, onotirant *P; gr. 4, 117* ὀνοθοῦριν *cod. E, quem interpres lat. fere sequitur,* ὄνουριν *alii*).

[onummulum CIL IV 5025 (*v. indices p. 761. 781*; ONVMMVIVM *descripserunt Mau-Zangemeister*, nummulum *intellegentes in indice ut Väänänen, Lat. vulg. des Inscr. Pomp.*[3] *101*).]

[onūris *vix legendum* DIOSC. 4, 113, *v. s.* onothuris; *coni. vet.* PLIN. nat. 1, 26, 69 *v. s.* onear.] *Baer.*

1. *onus, -eris *n.* [*cf. ind. vet.* ánas- *n.* '*plaustrum*'. *Sch.*]
scribi hon- *apud veteres testatur* GELL. 2, 3, 3, *invenitur in codd. passim, in titulis praeter* CIL X 5348, 2 *non nisi iuxta vocem q. e.* honor: CIL X 4559, 3 (*post Constantinum*) honerib⟨us⟩ et honoribus functo (5349, 2 *a. 408.* 5200, 2. *sed ita* on-: XI 4086, 8 *a. 202*); *var. l.* -nor- LVCR. 4, 879 CAES. civ. 2, 43, 4 OV. met. 2, 634; *cf. p. 643, 16.*
notatur ons CIL XII 5336 b 6. NOT. Tir. 80, 70. *abl.* -i

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Pseud. 198 *P* (*A* -e). *generis neutr. esse testantur* DVB. NOM. gramm. V 585, 13. EXC. Bob. gramm. I 554, 2 -s *γόμος. excipitur per pron. masc.* GEST. Liber. 5 -s, quem . . . baiulas. *de notione et differentiis*: CHAR. gramm. p. 394, 29 B. -s vehiculorum et munus est, sarcina hominum. NON. p. 312, 23 fascem: -s (*ad Verg. ecl. 9, 65; alios v. vol. VI 1, 307, 25 sqq.*). SERV. Aen. 11, 574 'palmas oneravit': -s . . . est, quicquid teneris imponitur manibus. ISID. diff. 1, 283 honos de honore, -s de -e. SYNON. Cic. p. 433, 24 B. munera. -a. munia. curae. officia. servitia *eqs.* p. 436, 31 B. operis. sarcinae. -is. molis. impedimenti. GLOSS. ἄχθος. βάρος. γόμος. φορτίον. pondus. sarcina. *al.* GLOSS.^{L} II Abav. HO 14 *al.* saburra (*cf. Verg. georg. 4, 195*). *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., CATONE; *frequentatur ab* OV. (*fere 74 locis*); *plur. in poesi exceptis* TER. Hec. 359 *et* VERG. georg. 4, 167 (= Aen. 1, 434) *nusquam invenitur.* [*sard. centr.* onus. *cf. M.-L. 6066. Wagner II 188. G.*] [*confunditur in codd. maxime c.* honos *e. g.* CIC. fam. 3, 8, 9. 5, 9, 1 OV. met. 5, 523 trist. 2, 222 (*restituitur* TRAIAN. Plin. epist. 10, 78, 1 CAPITOL. Aur. 2, 5; *falsa var. l.* CIC. fam. 3, 11, 3 PLIN. nat. 18, 14. *al.; falso trad.* PAVL. dig. 50, 1, 18. -s *pro accus.* honorem *vol. VI 3, 2916, 57 et* ENNOD. carm. 1, 6, 26 p. 523 [*cf. Vogel, ALL 1, 1884, 268*]; *fortasse add.* CORIPP. Ioh. 1, 34) *nec non c.* opus OV. trist. 2, 84 COLVM. 5, 6, 18 MART. 8, 75, 13 VVLG. num. 4, 27 (*restituitur* MANIL. 2, 896 MAXIM. eleg. 5, 84 [*sed cf. vol. V 2, 1760, 82*]; *falsa var. l.* PLAVT. Mil. 682 CIC. Tusc. 3, 79. *al.; falso trad.* SEN. dial. 9, 6, 3 STAT. Theb. 6, 86), *praeterea e. g. cum* aeri (SALL. epist. Pomp. 9), bonus (SEN. benef. 6, 9, 2 CLAVD. 26, 225. *al.*), genus (CIC. Flacc. 33; *restituitur* rep. 2, 59). *ad* onos *trahendum* MANIL. 5, 350. *locis mutilis vel corruptis* TRAG. inc. 99 CATVLL. 68, 142 SEN. nat. 6, 6, 2.]

i. q. ἄχθος, βάρος. *accedit dat. incomm.* VAL. MAX. 7, 7, 1 ITALA Is. 46, 1 (Hier. *ad l.; sec. gr.*); *indicatur, qua in re -s constet, per gen. passim, per praepos.* de CIC. Att. 12, 22, 1, in CIC. Verr. II 4, 76. TRYPH. dig. 43, 16, 19 (*c. gerund. ut*: PAVL. dig. 37, 5, 15, 4). AVSON. 403, 23 p. 236 P., *per inf. vel enunt. v. p. 647, 19*; -i esse *sim. p. 647, 29 et* LVCR. 5, 539. 541 OV. ars 2, 586 met. 10, 195 PLIN. nat. 11, 78. *al.* (-i ferendo OV. met. 15, 403 LIV. 2, 9, 6 SEN. benef. 7, 9, 4 nat. 6, 22, 3 epist. 71, 26); -is esse PLAVT. Most. 782 (*cf. Löfstedt, Synt.² 151*), *ceterum p. 647, 25 sqq. 649, 71; gen. qual. pendens a subst. p. 646, 24. 48. 50, abl. p. 646, 39.*

I *spectat ad corporea* (*imagines v. sub II praeter p. 645, 37. 646, 42. 48 sqq.*): **A** *usu communi*: **1** *strictius appellantur -a, quae pervehendi causa imponuntur*: **a** *res*: **α** *sine gen.*: ① *quae feruntur ab hominibus animalibusque*: PLAVT. Amph. 330 *iocose de verberibus* (*v. p. 631, 20*). Asin. 658 nolo ego te, qui erus sis, mihi -s istuc sustinere (*ut* 690 *hyperbolice de marsupio*). 690 libertum potius quam patronum -s in via portare (VARRO rust. 2, 6, 5. CAES. civ. 1, 78, 1 *auxiliariorum* corpora insueta ad -a portanda. VAL. MAX. 5, 3, 4 scelestum . . . -s *i. caput Ciceronis.* SEN. dial. 4, 12, 4 ingentia vixque humanis toleranda viribus -a. 10, 18, 4. CVRT. 3, 13, 7 humeris. *al.*). Aul. 230 ubi -s nequeam ferre pariter (Mil. 1191 ad portum. CIC. Tusc. 2, 54 CAES. Gall. 3, 19, 2. OV. met. 15, 403 -i . . . ferendo est [APVL. met. 7, 23, 3 non inhabiles. CAPITOL. Aur. 5, 2 apti]. *al.*). Most. 782 ego habeo homines clitellarios; magni sunt -is; quidquid imponas, vehunt (*v. l. 36*). Poen. 852 qui cum -e (*i. -s gestanti mihi*) offers moram. 857 -s urget (OV. fast. 4, 515). TER. Hec. 359 eis -a adiuta. VARRO ling. 6, 77 *imperator res* gerit, id est sustinet, tralatum ab his qui -a gerunt, quod hi sustinent (OV. met. 7, 625 grande -s . . . formicas ore gerentes. PAVL. FEST. p. 369 ad ventrem -s religatum). rust. 2, 10, 3 -a extollere in iumenta. CIC. nat. deor. 2, 151 -a quibusdam bestiis . . . imponimus (RVFIN. hist. mon. 30 p. 456^{C} tam grave). 2, 159 ad -s accipiendum (VERG. georg. 4, 167 [= Aen. 1, 434] *apes* -a accipiunt venientum. MELA 1, 57 -a illae *feminae Aegyptiorum* umeris, hi *viri* capitibus accipiunt). ALF. dig. 19, 2, 30, 2 qui mulas ad certum pondus -is locarat, cum maiore -e conductor eas rupisset (VITR. 10, 3, 7 COLVM. 2, 1, 4. *cf.* OV. met. 10, 678 -is . . . gravitate). HOR. sat. 1, 6, 106 mantica cui *mulo* lumbos -e ulceret. 1, 9, 21 gravius dorso subiit -s *asellus* (QVINT. decl. 337 p. 327, 26). 2, 3, 102 *servi* propter -s segnes. epist. 1, 13, 12 positum servabis -s (*i. fasciculum librorum*). LIV. 5, 40, 8 *virgines Vestales* cetera inter se -e partito ferunt (VAL. MAX. 1, 1, 10 *de eisdem.* QVINT. decl. 337 p. 327, 26). *et saepius.* *in sermone militari de impedimentis sarcinisque*: CIC. Tusc. 2, 37 abiectis -bus . . . pugnare. CAES. civ. 1, 66, 2 ne . . . sub -e confligere cogerentur (BELL. Afr. 75, 3 sub -e ac sarcinis defatigatos. LIV. 38, 40, 10 sub -bus iumenta abstrahere). 1, 80, 2 neque iumentis -a deponunt. LIV. 9, 31, 9 ut quisque liberaverat se -e. 21, 33, 7 iumenta cum -bus devolvebantur (36, 30, 4). 25, 36, 7 clitellas inligatas -bus (*de eadem re*: 25, 36, 10. 11). 38, 40, 12 impeditos -bus. 13 -a plaustraque . . . pugnantibus impedimento sunt. 41, 3, 6 iumenta, ex quibus -a deiecta erant. 44, 38, 9 itinere fatigatum et -e fessum. FEST. p. 149 varicosius -a . . . portare. CVRT. 3, 13, 16 iumentorum dorso -a portantium. 4, 9, 19 humeris -a portabant; . . . in . . . gurgites incommodo -e auferebantur. 7, 4, 25 iumenta, quibus -a portabant. FRONTIN. strat. 1, 5, 3 ne sarcinas solverent, aut -a deponerent. FRONTIN. (?) strat. 4, 1, 7 habile -s. TAC. ann. 1, 20, 1 tam immensa -a. ② *quae vehuntur vehiculis* (*maxime navibus; machinis* VITR.): CIC. inv. 2, 153 (*verba legis cuiusdam*) navis et -a. *ibid.* cum . . . alterius navis, alterius -s esset. 154 navem cum -e. Verr. II 5, 63 navem -e suo . . . depressam. 5, 145 -a atque merces (Manil. 55). 5, 146 navis . . . atque -a. CAES. Gall. 5, 1, 2. ALF. dig. 19, 2, 31 -is aversi actione (TERT. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 4). LABEO dig. 19, 2, 60, 8 ut -s tuum portaret *vehiculum* (*cf.* SEN. nat. 6, 22, 1 -a per vices vehiculorum . . . tracta. COD. Theod. 8, 5, 47 pr. aptis -i ac ponderi vehiculis). LIV. 21, 26, 9 *dummodo* capere -a possent *alvei.* 21, 27, 5 in quibus *ratibus* equi virique et alia -a traicerentur. 26, 47, 9 naves onerariae . . . expugnatae . . . cum suis -bus, frumento, armis *eqs.* VITR. 10, 1, 1 machina . . . ad -um motus habens virtutes (*item de -bus, quae moventur vectibus sim.*: 10, 2, 5 colossicotera amplitudinibus et ponderibus -a. 10, 3, 3 -is maximi pondus. *et saepe in eodem libro.* SEN. Phoen. 568 manus stridente tardum machina ducens -s). SEN. Ag. 501 *navis* -e sidit. epist. 28, 3 in navi -a immota minus urgent. PETRON. 101, 4 navigii dominus . . . -s deferendum ad mercatum conducit. *al.* *adhibetur ut mensura* (*cf.* vehes *et l. 40*): COD. Theod. 14, 6, 3 mille quingenta -a . . . annua.

β *accedit gen.*: ① *rei portatae* (*sed gen. qual. l. 21*): CIC. fin. 4, 76 cuius generis -s navis vehat (*item gen. qual.*: COD. Theod. 8, 5, 47 pr. mille librarum -s). EPICED. Drusi 207 certat -s lecti . . . subire iuventus. LIV. 25, 9, 8 cum solito captae venationis -e. 25, 9, 13 vix sustineri grandis bestiae -s. PLIN. nat. 24, 2 pomorum. TAC. hist. 1, 79, 2 graves -e sarcinarum (*item*: AMM. 27, 8, 7. *cf.* 31, 3, 8 gravati praedarum -e). APVL. flor. 14 p. 47 stercoris. TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 1 -bus consparsionum. ITALA iud. 9, 49 (Lugd.) ligni (*gr. cod. Alex.* φορτίον, *Vulg. aliter*). LAMPR. Alex. 56, 3 sagittarum. IVST. 18, 4, 12 harenae. CLAVD. DON. Aen. 1, 695 p. 136, 22 munerum. COD. Theod. 13, 5, 32 (= Iust. 11, 2, 4) -s frumentarii commeatus. ② *portantis* (*gen. poss.* CASSIOD.): SALL. (?) rep. 2, 9, 4 magnae navis supervacuanea -a. OV. met. 12, 282 limen . . ., -s plaustri. trist. 1, 2, 48 grave balistae . . . -s. PAVL. FEST. p. 4 ne pomum ex alieno legatur in armum, id est, quod humeri -s sit. SVET. Tib. 18, 1 vehiculorum. HIER. hom. Orig. in Luc. 34 p. 195, 11 ferre -a ipsorum. in Is. 46, 1 sacerdotum. VVLG. num. 4, 15 ista sunt -a filiorum Caath (*cf. Itala Lugd.* haec tollent filii *sec. gr.* ἀροῦσιν. *sim.* 4, 31 haec sunt -a eorum: portabunt tabulas). CASSIOD. hist. 11, 15, 3 -a negotiatorum Romanorum . . . abstulerant *Persae* (*Socrat. 7, 18* φορτία). *adhibetur ut mensura* (*cf. l. 18. vix addas* OV. met. *et* PAVL. FEST. *supra allatos*): VVLG. IV reg. 5, 17 -s duorum burdonum (*cf.* EPIPHAN. de mensur. 2 lethec Hebraeorum lingua vocatum est, quod est -s [*gr. 5* ἔπαρμα] eo quod unus iuvenculus xv modia . . . tritici valeat supportare, atque ex eis asini -s efficere [*gr. 5* καὶ ἐπιτεθῆναι τῷ ὄνῳ]). 8, 9 bona Damasci, -a quadraginta camelorum (EPIPHAN. de mensur. 1 coacervati . . . modii xxx . . . -s cameli efficiunt [*gr. 4* φορτίον καμήλου]).

b *animantia*: **α** *sine gen.*: CAES. civ. 2, 43, 4 ut multitudine atque -e nonnulli *lenunculi* deprimerentur (*item vehuntur nave*: SALL. hist. frg. 1, 98 nimio . . . -e . . . deprimebantur *scaphae.* PROP. 4, 7, 92 vectum nauta *Charon* recenset -s [*de umbris ut*: SEN. Herc. f. 769]. LVCAN. 5, 586 hanc Caesare pressam *sc. puppim* a fluctu defendet -s *i. Caesar*). VERG. Aen. 2, 723 succedo . . . -i *sc. Anchisae patris* (*similiter portant homines*: 2, 729. 11, 550 caro. OV. am. 2, 16, 30 dulce [met. 9, 339]. met. 4, 530. 13, 625 venerabile. STAT. Theb. 4, 768 [760]. 6, 69 grande [*de mortuo ut*: 10, 386]. *al.*). OV. met. 2, 165 -e adsueto vacuus currus (*de Sole deo ut*: SEN. Phaedr. 1090). fast. 2, 114 tergo delphina . . . se . . . -i supposuisse novo (*item vehunt animalia*: MANIL. 4, 683 [*de Europa ut*: CLAVD. carm. min. 4, 6]. 4, 748 [*de Helle ut*: 5, 33]. STAT. Theb. 6, 427 *equus* iratus . . . -i. MART. epigr. 16^{b}, 4. 1, 6, 2 *de Ganymede.* 8, 50 [51], 16 *delphinus* non tacitum . . . vexit -s. MART. CAP. 1, 28 cycnus impatiens -is *i. Thaliae*). AVIAN. fab. 35, 10 remisit -s (*sc. mater simiolum*).

β *accedit gen. vel adi. pro gen.* (*aggravantis praeter* MART.): OV. met. 15, 694 numinis illa *ratis* sensit -s. STAT. Theb. 9, 213 regis (*sc. equitantis, cf. 209* aspernantem . . . pondera *equum*). MART. 6, 77, 4 Cappadocum sex -s esse (*sc. in lectica*). TAC. hist. 3, 77, 2 nimio ruentium -e pressas Liburnicas. AVIEN. Arat. 787 leve . . . aetherii rectoris -s (*i. Phaethontis*). AVSON. 394, 30 p. 253 P. *notus* te feret . . . lecto . . . iacentem, corporis ut tanti non moveatur -s (CLAVD. DON. Aen. 2, 710 p. 243, 21 -e tui c. non gravabor. SVLP. SEV. Mart. 12, 4 *mortui*). CLAVD. DON. Aen. 2, 710 p. 243, 20 meum. CLAVD. carm. min. 17, 36 maternum (*i. parentum, quos ferebant fratres*). RVT. NAM. 1, 262 qualis . . . per freta virgineum (*i. Europae*) sollicitavit -s. *fortasse huc pertinet*: SERV. Aen. 11, 550 Anacreon φόρτον Ἔρωτος, id est -s amoris (*de Europa, ut putat Bergk ad Anacr. frg. 170 [108] coll. Batrachomyomach. 78*).

2 *laxius appellantur -a*: **a** *quaecumque aggravant, fulciuntur, opprimunt*: **α** *res*: ① *ornatus, arma, instrumenta sim.*: COM. pall. inc. 67 clitellae bovi sunt inpositae . . ., non est nostrum -s. CATVLL. 63, 33 iuvenca vitans -s . . . iugi (*item de iugo*: OV. rem. 171 met. 7, 211 Pont. 1, 5, 24 SEN. Phaedr. 1084). CIC. Tusc. 2, 37 scutum, gladium, galeam in -e nostri milites non . . . numerant (*vix ad p. 643, 71*). CAES. Gall. 4, 24, 2 armorum (PANEG. 3, 6, 4

[*Beikircher*]

EPIST. Alex. l. 132 H. *al.*). VERG. Aen. 10, 553 clipei ... ingens -s (*similiter de scuto*: Ov. met. 12, 89 STAT. Theb. 4, 168). PROP. 4, 6, 40 (*de pharetra sagittis plena ut*: GELL. 9, 9, 15 pharetram ..., tamquam sit -s et sarcina). Ov. am. 2, 15, 22 quod ... tener digitus ferre recuset -s (*item de ornamentis*: medic. 22 quantos *sc. lapides* -s est aure tulisse. SEN. benef. 7, 9, 4 CVRT. 7, 4, 12. TREB. trig. tyr. 30, 24 ornamentorum -e. 30, 25 gemmarum -a). ars 2, 586 (*item de vinculis sim.*: SEN. contr. 1, 2, 8 SEN. dial. 9, 10, 1. AMM. 14, 5, 3 -e catenarum). met. 2, 681 -s ... fuit silvestris oliva sinistrae *Apollinis pastoris* (*Vollmer*; baculum silvestre sinistrae *M*). *al.*

(ii) *corpus animantium eiusque partes* (*nec non de cibis, excrementis*): (A) *quae aggravant corpus*: LVCIL. 536 -s ingens (*de testibus ut*: Ov. fast. 4, 241 -s inguinis aufert *Attis*). LVCR. 5, 541 nec caput est -i collo. Ov. met. 10, 195 ipsa sibi est -i cervix umeroque recumbit. 14, 149 membra senecta ad minimum redigentur -s. CELS. 2, 10, 7 *acuti morbi, qui* non infirmitate sed -e nocent (*sc. nimio sanguine*). 4, 23, 2 ut in consuetudinem ferendi -is intestina deducat. 8, 22 ne is talus, qui totum corpus sustinet, ... ferendo -i cedat. SEN. Thy. 1000 sentio impatiens -s (*loq. Thyestes comesis filiis*). dial. 11 (12), 16, 3 tumescentem uterum ... quasi indecens -s. epist. 84, 6 quamdiu ... solida innatant stomacho *alimenta*, -a sunt. 95, 15 quae desiderantibus alimenta erant, -a sunt plenis. PLIN. nat. 8, 97 ciborum (SVET. Cal. 58, 1). 11, 213 levatum ... corpus immobili -e *adipis* (24, 46). 24, 36 vulvae -a. MART. 1, 37, 1 ventris -s ... excipis auro (13, 29, 2 solvere. GARG. MART. med. 10 LAMPR. Heliog. 32, 2 CYPR. GALL. iud. 184). *al.* (B) *quae impediunt, deprimunt animam*: Ov. fast. 4, 554 *Ceres* corpus pueri ... favilla obruit, humanum purget ut ignis -s. SEN. dial. 6, 24, 5 *mortuus* despoliatus -bus alienis et sibi relictus. epist. 24, 18 -e detracto (*post mortem; cf. 17* corporis ... pondus). 26, 2 magnam partem -is sui posuit *animus senescentis*. 92, 33 corporis ... ut (*Bücheler*, vel *trad.*) -is necessarii. 102, 26 depone -s (*postea*: relicto ... corpore). PRVD. apoth. 1021 carnis (AVG. in euang. Ioh. 1, 7 c. Pelag. 3, 5, 15 PETR. CHRYS. serm. 5 p. 197A). cath. 8, 5 corporis (AVG. civ. 19, 17 p. 384, 15 D. in euang. Ioh. 124, 3 in psalm. 148, 4 l. 8. *cf.* serm. 277, 6, 6 eius *sc. c.*). AVG. epist. 131 tali *i. corporis* -e ... depressa *anima.* *de vino, quo mens obruitur*: SEN. epist. 114, 22 in vino non ante lingua titubat, quam mens cessit -i et inclinata vel prodita est.

(iii) *aedificia eorumque partes*: CATO agr. 18, 6 parietes ... iungito ... materiae, uti -is satis habeat. SALL. hist. frg. 3, 34 -e turrium incertis navibus. PAVL. dig. 8, 2, 33 (*ex Alf.; verba legis aedium*) paries -i ferundo (*dat. sing. ut*: VITR. 1, 1, 5. 2, 8, 19. 5, 1, 3 IVLIAN. dig. 33, 3, 1 (*e Minic.*). *cf.* VITR. 4, 1, 6 ad -s ferendum. VLP. dig. 8, 5, 6, 2 -is ferendi causa. 39, 2, 35 -bus ferendis). PAVL. dig. 8, 2, 33 (*ex Alf.*) qui *paries* -s sustineret (VITR. 2, 4, 3 CVRT. 5, 1, 33 PLIN. epist. 10, 39, 4 VLP. dig. 8, 5, 6, 4. *al.*). Ov. trist. 2, 84 omne recumbit -s *quassatae domus*. VITR. 1, 5, 7 -is terreni magnitudo distributa in parvas partes neque universa pondere premens. 2, 7, 2 *Tiburtina saxa* sufferunt et ab -bus et a tempestatibus iniurias. 2, 9, 6 *abies* non cito flectitur ab -e. 3, 4, 1 *stereobatae* excipiunt -a. 6, 8, 1 parietum aut columnarum (6, 8, 3. 6, 8, 4). *al.*

(iv) *res variae*: LVCR. 5, 539 non est -i neque deprimit auras (*similiter de terra, quae pendet ponderibus librata suis*: Ov. met. 1, 47 -s inclusum *caelo*. fast. 6, 270. 276. LVCAN. 6, 483 tantae molis -s. *cf.* MANIL. 2, 896 mundi. PETRON. 139, 2 vers. 3 caeli). HOR. carm. 1, 9, 2 nec iam sustineant -s *nivis* silvae. PANEG. in Mess. 43 inaequatum si ... -s urget utrimque (*de pondere librae ut*: CLAVD. 18, 208 diversum suspendit -s). PROP. 4, 11, 14 sum, quod digitis quinque legatur (*var. l.* levatur) -s (*i. cinis*). Ov. am. 1, 12, 14 rotae. rem. 176 curvatos pomorum pondere ramos, ut ... vix ferat arbor -s (*item de frugibus sarmentisque*: SEN. epist. 39, 4 rami -e franguntur. 121, 15. COLVM. 4, 16, 4 fructuum. 4, 17, 6 sarmentorum. 5, 6, 18 *vitis*. arb. 5, 2. *al.*). met. 12, 517 postquam super ora caputque *sc. Caenei Lapithae* crevit -s (*similiter de mole, qua quis obruitur*: SEN. Herc. f. 425 *telluris*. 1293 *terrae*. Herc. O. 1145 [*premitur Enceladus ut*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 157]. nat. 6, 1, 9 domus unius. *al.*). trist. 3, 4, 12 cum grave nexa simul retia mergat -s. *al.* *per errorem interpretis, ut vid., ad redd. vocem gr. q. e.* φορά: IREN. 1, 17, 1 (1, 10 H.) universorum -i (*sed gr. significat motum*).

β animantes (*mortui*: VAL. MAX.): (i) *generatim*: Ov. am. 3, 7, 4 iacui pigro crimen -sque toro. epist. 9, 98 *Antaeus* praegrave conpressa fauce pependit -s (rem. 18 *per suspendium* [met. 14, 738]. fast. 2, 760 *de coniuge maritum complexa*. AVIAN. fab. 9, 8). LIV. 26, 45, 3 *aggredientium* -e ... frangebantur *scalae*. 39, 49, 3 -e equi super eum ruentis (*similiter obruit moles corporis cuiusdam*: COLVM. 6, 17, 1 *vipera* lacessita -e *bovis*. STAT. Theb. 6, 887 *adversarii incumbentis*). MANIL. 5, 581 -s monstri. VAL. MAX. 9, 2, 1 *cadaverum*. LVCAN. 1, 57 sentiet axis -s *divi Neronis*. TAC. ann. 15, 15, 3 pontem cessurum -i *incedentium* (CLAVD. carm. min. 26, 47 *terra* calcantum ... -i numquam c. virorum). ITALA lev. 19, 19 (Monac.) pecora tua non onerabis alio -e (*gr.* οὐ κατοχεύσεις ἑτεροζύγῳ, *cf. Vulg.* non facies coire cum alterius generis animantibus. *nisi legendum* genere, *cf. Ps. Aug. spec. 15 p. 374, 3* adverso genere. *v. etiam p. 631, 73*). *al.*

(ii) *speciatim de fetu*: *accedit gen.* (*maxime ferentis*): Ov. am. 2, 13, 1 -s gravidi ... ventris (HIL. in Matth. 25, 6 SIDON. carm. 7, 165 ALC. AVIT. carm. 3, 144. *al.*). epist. 11, 64 uteri crimen -sque mei (met. 10, 481 COLVM. 6, 24, 4). PHAEDR. 1, 18, 5 naturae. SEN. Herc. O. 1825 Alcmenes -s (*cf.* STAT. Theb. 10, 77 matris -s [CLAVD. 1, 145]). epist. 124, 8 maternorum viscerum. Ps. QVINT. decl. 15, 11 fecunditatis. APVL. met. 1, 9, 6 octo annorum -e ... velut elephantum paritura distenditur. PALLAD. 3, 26, 1 feturae. HIL. in Matth. 25, 6 fetarum. TRACT. in Luc. 1, 24 Migne suppl. 1, 330 uteri pondere et magnitudinis -e. ROMVL. fab. 32, 9 rec. vet. -s eorum *pecorum.* *sine gen.*: Ov. am. 2, 13, 20 latens corpora tendit -s (met. 10, 506 matrem. CLAVD. carm. min. app. 2, 22 Alcmenam). epist. 4, 58 crimen -sque (*cf. l. 3*). 6, 120 dulce. 11, 38 (*antea*: pondera ventris). 11, 42 *ut* visceribus crescens excuteretur -s (fast. 1, 624). met. 10, 513 vivum. fast. 2, 452 maturum. GRATT. 287 *canis*. PHAEDR. 3, 15, 5 ignotum. PLIN. nat. 7, 41 ingestabile. STAT. Theb. 2, 615 -is ... oblita. GELL. 12, 1, 8 gravitate -is et labore partus. AMBR. exc. Sat. 1, 32 -um ..., non pignorum. PHOC. carm. de Verg. 43. *? de graviditate* (*nisi abl. praed.*): SOL. 1, 60 *Hercules et Iphicles* gestati eodem -e.

b *quaecumque nisui obstant* (*de mole quadam loco movenda*): LVCR. 4, 879 quae res tantum hoc -is protrudere nostri corporis insuerit. 4, 900 tantum corpus ... contorquere et -s totum convertere. CAES. Gall. 2, 30, 4 tanti -is turrim ... posse conlocare (*de simili machina*: LVCAN. 3, 459 tantum ... -s). 3, 13, 6 tanta -a navium regi velis non satis commode posse (*item de navibus propellendis*: LVCAN. 7, 127 ignavum ... arte relicta puppis -s trahitur *ventis* [*vix recte ipsum gubernatorem intellegunt Oudendorp aliique secuti* ADNOT. *ad l.*]. 9, 320 ut primum remis actum mare propulit omne classis -s [*'accipio classem mare onerantem' Housman minus apte*]). ALF. dig. 9, 2, 52, 2 ut ... -e ipso (*i. plostro*) retraherentur *mulae*. PROP. 2, 17, 8 difficile ut ... volutet -s *Sisyphus*. Ov. fast. 1, 566 vastum motu conlabefactat -s *Hercules umeris*. SEN. nat. 6, 4, 1 quod tanti molem ponderis pellat, ... quod tantum -s vi sua labefactet (*item agitur de terrae motu*: 6, 18, 3 -s omne fert secum. APVL. mund. 18). PLIN. nat. 2, 233 -a in aqua facilius moveri.

B *sensu derivato respicitur vis rei ponderosae, gravitas* (*manifestiora exempla*): PLAVT. Pseud. 198 carnaria tria gravida tegoribus -e uberi. BELL. Alex. 20, 6 *militum* pars proximas nacta naves multitudine hominum atque -e depressa est. VITR. 7, 8, 3 neque eum liquorem potest -e suo premere *lapis* (SEN. Ag. 89 sidunt ipso pondere magna ceditque -i Fortuna s. nat. 6, 17, 2 -s s. sustinere non potuit *unda*. 7, 14, 2 quomodo illa moles ... se -e s. frangit. *cf.* dial. 1, 2, 6 languent per inertiam saginata nec labore tantum, sed motu et ipso sui -e deficiunt). TERT. apol. 47, 1 si non -s voluminis temperarem, excucurrissem in hanc quoque probationem. CARM. de pond. 174 altera quo praestat leviorque est altera moles, sit semissis -s. IVVENC. 2, 556 (*cf. Matth. 11, 28*) -is ... sarcina vasti (*cf.* ENNOD. epist. 9, 29, 1 p. 250, 18 gravis -is sarcinas. *item gen. qual.*: VVLG. Zach. 12, 3 ponam Ierusalem lapidem -is cunctis populis [*Hier. ad l. p. 1509C* lapides gravissimi ponderis; *ibid.* quasi gravissimum lapidem]). IVST. 4, 1, 1 Siciliam direptam esse ab Italia maiore impetu superi maris, quod toto undarum -e illuc vehitur.

II *spectat ad incorporea* (*saepius sublucente imagine portandi sim.; maxime confusis inter se notionibus molestiae et difficultatis*):

A *generatim de variis vitae condicionibus, incommodis, molestiis sim.*: **1** *sine gen.*: **a** *exempla varia selecta*: PLAVT. Amph. 175 habendum et ferundum hoc onust (*i. servitus*) cum labore (CIC. S. Rosc. 10. Cato 14 duo ... -a, paupertatem et senectutem. Ov. am. 1, 2, 10 leve fit, quod bene fertur, -s [*de amore*]. met. 15, 820 *imperii*. Pont. 2, 11, 24 nullum ferre gravaris -s. SEN. epist. 71, 26 esse -i ferendo). Bacch. 499 in te ego hoc -s omne impono (CIC. dom. 16 Phil. 11, 19. de orat. 1, 135 levius. orat. 35. *al.* CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 6 Ov. trist. 3, 4, 62 LIV. 24, 8, 17. *al.*). TER. Phorm. 94 paupertas mihi -s visumst et miserum et grave. CATO or. frg. 77 (229 M.) accipite, si vultis, hoc -s in vestros collos. CIC. S. Rosc. 10 hoc -s ... adlevabitis *eqs.* Verr. I 35 suscepisse magnum ... -s et mihi periculosum (de orat. 2, 66 QVINT. inst. 10, 2, 19. *al.*). II 5, 179 hoc -s ... aut ... deponere, aut ... sustinere (Cato 4 -s ... Aetna gravius. BELL. Alex. 11, 3 Ov. Pont. 2, 7, 77. *al.*). fam. 3, 12, 3 leva me ... hoc -e (ENNOD. dict. 13, 5 p. 465, 19). *al.* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 6 *mortem Tulliae* maius, quam debeat, tibi -s videri. CATVLL. 31, 8 quid solutis est beatius curis, cum mens -s reponit (*cf.* LVCR. 3, 1059 quasi -s *sc. animi* deponere). HOR. sat. 1, 6, 99 -s ... portare molestum (ITALA Gal. 6, 2 [cod. g, Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 583, 18. *al.*, *sim.* VVLG.] invicem -a vestra portate [*gr.* τὰ βάρη]. Gal. 6, 5 [cod. e *al.* = VVLG., *gr.* φορτίον, *cf.* AVG. serm. 164, 2, 4 -a quae unusquisque sua portat, peccata sunt; has detestabilium -um sarcinas portantibus *dicit dominus eqs.*]. *al.*). epist. 1, 5, 18 *ebrietas* sollicitis animis -s eximit. 1, 17, 39 -s horret ut parvis animis ... maius. *al.* -s *est homo* (*dea* Ov. met., mens STAT.; *cf. p. 648, 14 et* PROP. 4, 11, 78 domus coepit ... -s esse tuum): Ov. met. 5, 523 commune est pignus -sque nata mihi tecum. Pont. 2, 3, 74 esse vetus me tibi *amico* ... -s. VAL. MAX. 7, 7, 1 otiosa ... urbi -a (*i.*

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

homines desides). Sen. clem. 1, 4, 1 tot milia militum . . . futura . . . -s et praeda. dial. 6, 16, 6 filias . . ., magna -a, . . . magna solacia. Cvrt. 5, 1, 6 suppellectilem pelicesque et spadonum agmina nihil aliud fuisse quam -a et impedimenta. Stat. silv. 5, 2, 14 succumbit . . . -i et mentem sua non capit aetas. Hier. epist. 39, 5, 5 tanto me liberasti -e (*sc. marito filiisque mortuis*).

b *gen. part.* -is: Plavt. Merc. 672 tantum hoc -ist quod fero (Cic. Planc. 46 de orat. 1, 21 Att. 14, 19, 4 Lvcan. 4, 398). 673 quid -is? :: annos octoginta et quattuor (Clavd. Don. Aen. 1, 665 p. 131, 20). Ter. Andr. 897 quidvis -is inpone (Phorm. 561). Cic. S. Rosc. 10 plus -is sustuli (Verr. II 3, 4 Bell. Alex. 65, 2 Hor. epist. 2, 1, 170 Qvint. inst. 1 praef. 3). Cluent. 142 quicquam (Att. 9, 15, 5 fam. 3, 5, 4). 164 quod vobis -is imposuit ea lex. de orat. 1, 207 id. Att. 5, 18, 1 ne quid . . . -is mihi addatur aut temporis (9, 7, 3). fam. 5, 12, 2 tantum (13, 56, 1 Plin. epist. 3, 9, 8). 14, 3, 5 magnam partem istius -is (Qvint. decl. 338 p. 330, 24 Plin. epist. 2, 9, 6). Liv. 41, 25, 8 non operae est satis superque -is sustinenti res . . . gestas scribere (Tac. ann. 3, 69, 4). *al.*

c *usus praedicativi exempla notabiliora*: α -s est *c. inf.* (*enunt.* Sen.; *cf. l. 18. p. 645,6. 650,2*): Plavt. Truc. 470 mulieri . . . male facere melius -s (opus *Scaliger*) est quam bene. Cic. Verr. II 1, 22 putetis -s esse grave et incommodum iudicare. Prop. 2, 24, 40 ferre ego formosam nullum -s esse puto. Ov. Pont. 3, 4, 84. Sen. dial. 9, 10, 6 quod . . . cogantur. Mart. 12, 98, 7. Avg. serm. 339, 3, 4 magnum -s, magnum pondus, magnus labor. β -is esse: Cic. or. frg. B 1 custodiam sacrorum non honoris, sed -is esse (Sacr. Leon. 1005 Petr. Chrys. serm. 9 p. 214^{A}). Colvm. 8, 13, 3 non quia magni sit fructus, sed quia minimi -is *anserum genus*. Boeth. cons. 4, 6, 4 W. quae quanti -is sint, ipse perpendis. γ -i esse *sim.*: Caes. civ. 1, 32, 7 illis se -i non futurum. Sall. Catil. 2, 8 quibus . . . contra naturam corpus voluptati, anima -i fuit. 10, 2 -i miseriaeque. 46, 2. Iug. 14, 4 quibus . . . cogor prius -i quam usui esse (Ambr. bon. mort. 4, 13. Heges. 2, 15, 7 [*Ps. Rufin.* impedimento]). epist. Pomp. 9 nobis sumptui -ique (*V*, aerique *palimps.*) sunt *civitates* (Liv. 23, 48, 2. 42, 1, 8). Ov. epist. 17, 169 Liv. 1, 56, 3. 23, 43, 3. Sen. benef. 6, 16, 4 nullum ministerium illi -i, nullum fastidio fuit. epist. 17, 1 Plin. nat. 18, 31 Tac. hist. 5, 24, 2. *et saepius.* *dat. praed. pendet e verbis aliis*: Tac. hist. 4, 3, 2 quia gratia -i, ultio in quaestu habetur. Apvl. apol. 19, 4 quicquid aptam moderationem supergreditur, -i potius quam usui exuberat. Vvlg. II reg. 19, 35 fit (*var. l.* sit). Clavd. 26, 225 -i creduntur opes. Consvlt. Zacch. 1, 4 p. 10, 10 reputat (Sidon. epist. 3, 10, 2).

d *iuxtaponuntur, opponuntur, distinguuntur*: α honos (*cf.* Varro ling. 5, 73 honos ab -e; itaque honestum dicitur quod oneratum *allato* Com. pall.; *v. etiam l. 26 et p. 649, 6*): Com. pall. inc. 76 -s est honos, qui sustinet rem publicam. Ov. epist. 9, 31 non honor est, sed -s. met. 2, 634 mixto . . . -i . . . honore. Stat. Theb. 8, 285 Qvint. inst. 4 prooem. 2 decl. 315 p. 240, 24. Paneg. 3, 1, 4 honorem -e pensare. Avson. 322, 99 p. 266 P. Hier. epist. 60, 10, 5 non honorem . . ., sed -s. Avg. serm. 277, 4, 4. 301, 10, 8. *al.*
β *subst. alia notabiliora*: Cic. Verr. II 1, 62 hoc -is negotiique (2, 1. 3, 1. 5, 38 fam. 2, 11, 1. 3, 8, 9 Vell. 2, 114, 1). 3, 7 plus . . . -is ac muneris (de orat. 1, 116 Vatin. Cic. fam. 5, 9, 1 Caecin. Cic. fam. 6, 7, 6; *opp.* munus: Sen. benef. 6, 41, 1). Sull. 9 *opp.* gloriae. Pis. 82 sollicitudinis atque -is. Ov. met. 12, 626 -s invidiamque. trist. 2, 222 *iuxta* moles (Liv. 27, 40, 6. *al.*). Sen. benef. 5, 12, 6 -s suum et perniciem et occasionem miseriae. epist. 22, 7 *syn.* officio (Novell. Maior. 11. *cf. infra l. 67*). Lvcan. 5, 355 quantum fortuna umeris iam pondere fessis amolitur -s (Avson. 417, 26 p. 276 P. Pavl. Nol. carm. 26, 199. *similia saepius, cf. ex. gr. p. 646, 13. 33*). Itala Matth. 11, 30 (cod. a *al.* = Vvlg.) iugum . . . meum suave est et -s meum leve est ([*gr.* φορτίον, *cod. k* sarcinas]. Hil. in Matth. 11, 13 i. suavis et levis -is blandimenta proponens. Vvlg. II par. 10, 4 pater tuus durissimo i. nos pressit; tu . . . paululum de -e subleva).

2 *accedit gen.* (*vel adi. pro gen.*): **a** *rerum aggravantium*: α *in univ.*: (i) *cum respectu potius difficultatis operum, officiorum sim.*: Cic. S. Rosc. 10 opprimi . . . -e officii (112. div. in Caec. 5 -s huius laboris atque o.). fam. 5, 12, 2 susceptarum rerum. Ov. fast. 1, 616 suscipiat . . . orbis -s *Augustus*. 2, 197 vires et -s . . . urbis (*de eadem re*: Liv. 2, 49, 1 civitatis). Vell. 2, 97, 2 cura . . . atque -s Germanici belli. Sen. dial. 6, 2, 3 imperii (Heges. 1, 39 p. 83, 13 -a i. et moles negotiorum [*gr. 461* βάρος, *Ps. Rufin.* pondus]). Qvint. inst. 1, 9, 6 Graeci *rhetores* . . . operum suorum et -a et modum norunt (12 prooem. 1). 2, 1, 2 -s dicendi (11, 3, 136. *item cum gen. gerund.*: 2, 3, 2 -s . . . dedocendi gravius . . . quam docendi. Tac. ann. 1, 11, 1 regendi). 4 prooem. 7 separatim scribere maluerunt, velut -s totius corporis veriti. 10, 1, 62 epici carminis. Paneg. 7, 11, 7 rei publicae. Hier. epist. 51, 1, 5 (*Epiphan.*) sacerdotii. *al.* *aggravant homines*: Vvlg. num. 11, 17 ut sustinent tecum -s populi (*cf. Itala Lugd. et Aug. quaest. hept. 4, 18* impetum populi *sec. gr.* τὴν ὁρμήν). (ii) *cum respectu potius molestiae, laboris, incommodi sim.*: Cic. Sull. 65 -e deposito domestici officii (fam. 3, 13, 1. Ov. trist. 5, 6, 4 o. . . . pium . . . ponis -s). Cato 2 senectutis (Firm. math. 5, 1, 35). Tusc. 3, 56 *paupertatis* (Ps. Cato dist. 1, 21 Firm. math. 3, 2, 22. 6, 18 *syn.* incommoda. *al.* Avg. serm. 164, 7, 9). ad Q. fr. 2, 1, 1 simultatis. Hirt. Gall. 8, 6, 4 expeditionum. Ov. epist. 18, 166 gemini . . . laboris (Pont. 3, 9, 20 longi. Firm. math. 5, 3, 10 l. et infelicitatis. 8, 29, 4. 6). Pont. 1, 10, 38 tristitiae. Manil. 2, 593 quanta est scelerum moles . . . quamque -s invidiae non excusabile terris (Firm. math. 4 prooem. 1 periculorum cumulus et grave -s i.). Sen. benef. 2, 27, 2 paupertatem sub -e nobilitatis laborantem. epist. 71, 25 rerum adversarum. 92, 16 incommodorum. 104, 27 domestica (Tert. castit. 12 l. 12). Colvm. 6, 24, 4 *ne* forda simul operis et uteri gravetur -e. Qvint. decl. 259 p. 57, 16 infirmitatis. Ivv. 13, 8 ut mediocris iacturae te mergat -s (Arator act. 2, 1111 i. populantis -s). Apvl. met. 4, 21, 7 -e vecturae simul et asperae viae . . . fatigati. Cypr. epist. 66, 4 p. 729, 14 proscriptionis. *al.* *aggravat homo* (*cf. l. 60. p. 646, 81. 647, 79*): Lvcan. 5, 725 seponere tutum coniugii (*i. uxoris, v. vol. IV 325, 21*) decrevit -s (*i. ipsam Corneliam*).
β *respicitur aggravatus pudor, verecundia sim.*: Cic. Planc. 72 -s beneficii reformidant. Att. 13, 11, 1 -s observantiae. Ov. epist. 3, 102 me i. *Briseidem* quaedam . . . dominam captiva vocabat; 'servitio', dixi, 'nominis addis -s'. trist. 5, 14, 16 honoris (Greg. M. moral. 5, 2. *cf.* Drac. laud. dei 3, 470 laudis -s metuens). Liv. 29, 21, 11 praetori . . . haud mediocre -s demptum erat de Scipione cognoscendi. Min. Fel. 36, 6 non sub divitiarum -e suspirat (Pallad. hist. mon. I 49 p. 333^{D} [*gr. p. 156, 23 B.* φορτίον]. *cf.* Consvlt. Zacch. 3, 2 p. 99, 15 facultatum [3, 10 p. 117, 14 Regvla mag. 91, 10]. Arator act. 1, 285 auri). Tert. adv. Iud. 2, 13 sine -e legis (adv. Marc. 2, 19 p. 361, 4 beneficium, non -s l. 3, 22 p. 415, 7 l. obligamenta et -a. pudic. 6 p. 228, 13 -a . . . l. . . ., non remedia. *al.* Hier. epist. 21, 28, 3 Pelag. in Gal. 2, 1). adv. Marc. 2, 18 p. 360, 10 sacrificiorum . . . -a et operationum et oblationum negotiosas scrupulositates. Symm. epist. 7, 104, 1 debiti. Ambr. obit. Valent. 11 -a disciplinae (*ibid. iterum. cf.* Consvlt. Zacch. 1, 36 p. 45, 23 praeceptorum). Hier. epist. 22, 24, 6 saeculi (Svlp. Sev. Mart. 25, 4). Avg. cons. euang. 2, 30, 72 alia sunt -a participandae infirmitatis, alia reddendae rationis deo. pecc. mer. 2, 16, 24 vitae huius. spir. et litt. 36, 66 corruptionis huius. serm. 164, 3, 5. *al.*

b *imponentis hominis* (*item diaboli et rei, unde -s oritur*): Cic. leg. agr. 2, 69 huic subvenire vult succumbenti iam et oppresso, Sullanis -bus gravi. off. 3, 6 suscepisti -s . . . grave et Athenarum et Cratippi (*sc. de labore studiorum*). Vvlg. Is. 14, 25 auferetur ab eis iugum eius et -s illius ab humero eorum tolletur (*Itala Hier. ad l.* gloria *sec. gr.* κῦδος). Os. 8, 10 quiescunt . . . ab -e regis (*hebr.* măśśa', *cf. Aq.* ἄρματος, *Symm.* φόρου). Avg. conf. 1, 14, 23 Latina didici sine ullo metu atque cruciatu . . .; didici . . . sine poenali -e urgentium. Arator act. 1, 689 *eunuchus* gurgite mersus deposuit serpentis -s (*cf. schol. cod. Vat. Reg. 300* peccatum). 2, 968 veteris . . . in corpore portas transgressoris *i. Adae* -s. Orig. in Matth. ser. 12 p. 23, 13 levissimum Christi -s. *laxius gen. rei, unde -s oritur*: Arator act. 1, 177 ligni vacuatur -s (*i. tollitur culpa per arborem paradisi orta*).

c *ferentis hominis vel rei*: Cic. fam. 15, 14, 4 -a tuorum (*i. crimina*). Sen. contr. 2, 1, 4 gaudia dominorum an -a sunt *patrimonia* (*cf.* Sen. epist. 84, 11 divitias aut periculum possidentium aut -s). 2, 4, 12 omnes aliquid ad vos inbecilli, alter alterius -a, detulimus. Vell. 2, 127, 3 principalium (*cf.* 2, 128, 4 principis). Sen. Oed. 687 solutus -e regio regni bonis fruor. dial. 1, 6, 2 divitias . . . -s . . . bonae mentis existimans. epist. 28, 2 animi. Qvint. decl. 247 p. 13, 30 pudoris. Svet. Cal. 42 nec . . . imperatoria . . ., sed . . . patria . . . -a. Firm. math. 6, 17, 4 malae conscientiae (Avg. in Gal. 59). Clavd. carm. min. 41, 12 ingrati. *aggravant homines*: Sen. benef. 3, 31, 2 me . . . genuisti, -s alienum. dial. 12(11), 3, 2 quantum tu et ornamentum tuorum esses et -s.

B *speciatim et usu fere technico*: **1** *de tributis et muneribus publicis* (*item de ipsius rei publicae impensis*): **a** *usu vario* (*exempla selecta*): Cic. Verr. II 2, 138 in tributis imperandis tantum -is plebi imponebatur. 3, 164 quibus tanta -a res publica imponeret. 4, 76 quidquid erat -is in nautis remigibusque exigendis, in frumento imperando, Segestanis . . . imponebat (*item de parandis sociis navalibus*: Liv. 26, 35, 9 privatis id seu aequum seu iniquum -s iniungendum esse). fam. 13, 7, 2 maximis. Caes. civ. 2, 18, 5 graviora. Hirt. Gall. 8, 49, 3 nova. Bell. Alex. 56, 3 (*iuxta*: ampliorem pecuniam). Liv. 1, 43, 9 in dites a pauperibus inclinata -a; deinde est honos additus. 1, 47, 12 communia. 43, 17, 3 -bus inpensisque. Val. Max. 6, 2 ext. 2 intolerabilia. Tac. Germ. 29, 1 -bus et collationibus. ann. 2, 42, 5 *provinciae* fessae -bus deminutionem tributi orabant. Svet. Claud. 25, 3 ab omni -e immunes. Gaivs inst. 1, 172 (*de tutela sim. ut*: Cod. Iust. 4, 26, 1 *a. 196.* Vlp. dig. 27, 1, 3 tria [27, 1, 5]. Mod. dig. 27, 1, 15, 16 (*ex Vlp.*) inter -a. *disting.* tutela: Cod. Iust. 5, 62, 10 *a. 229*). Vlp. dig. 47, 10, 13, 5 (*e Labeone*) hoc -s (*i. legatio*). Pavl. dig. 50, 1, 21, 6 (= Cod. Iust. 10, 41, 1, 1 *impp. Sev. et Ant.*) pro . . . filio, quem decurionem esse voluisti, . . . -a sustinere. *al.* Paneg. 5, 11, 5 nimia mole depressi levato -e consurgimus (*de capitum exactione diminuta ut*: 5, 12, 3). Capitol. Aur. 2, 5 *Proculum* usque ad proconsulatum provexit -bus (honoribus

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trad.) in se receptis. VVLG. exod. 1, 11 *Pharao* praeposuit . . . eis magistros operum, ut adfligerent eos -bus (*cf. Aq. et Symm.* βαστάγμασιν, *sed Itala Lugd.* operibus [*gr.* ἔργοις], *quod respondet verbum etiam* 5, 4 deut. 26, 6). COD. Theod. 7, 20, 2 pr. (= Iust. 12, 46, 1, 2) muneribus et -bus (13, 5, 5. 17). 12, 1, 41 fungantur -bus et honoribus universis (CIL IX 665, 5. X 1805, 4 h. -bus muneribusque. 4559, 3 *post Constantinum.* 5200, 2). 12, 5, 3 (= Iust. 10, 32, 52; *de decurionatu*). *et saepe.* *adde de impensis ipsius rei publicae* (*cf. l. 40*): TAC. ann. 1, 78, 2 imparem -i rem publicam. SVET. Dom. 12, 1 in explicandis -bus (*antea*: exhaustus operum ac munerum impensis stipendioque, quod adiecerat).

b *cum determinationibus genus -is indicantibus*: **α** *per gen.* (*onerantis an oneratae rei vel hominis haud ubique dinosci potest*): CIC. Flacc. 33 imperatae pecuniae. Rab. Post. 31 gravi -e tributorum (VAL. MAX. 5, 6, 8 PAPIN. dig. 2, 14, 42. 49, 14, 36 AMM. 30, 5, 6. 31, 14, 2. *al.*; *v. etiam* VAL. MAX. *infra*). BELL. Alex. 49, 1 gravissimis -bus provinciae. VELL. 2, 28, 4 -a ordinis sui (*i. senatorii*). VAL. MAX. 4, 3, 8 tributi praestandi -e (*cum gen. gerund. ut*: CIL III 7251, 7 [*a. 49/50*] vehiculorum praebendorum. VLP. frg. Vat. 194 iudicandi. COD. Theod. 14, 27, 2 [= Iust. 11, 29, 1] repurgandi fluminis. NOVELL. Theod. 25, 1 metatorum praebendorum). TAC. hist. 4, 65, 3 vectigal et -a commerciorum (*cf.* CASSIOD. var. 2, 30, 2 negotiationis). 5, 25, 2 sociorum. PLIN. paneg. 40, 1 vicesimae *hereditatium.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 78, 1 -bus (honoribus *trad.*) eius *civitatis.* SCAEV. dig. 32, 102, 3 -a . . . et introitus militiae. CIL II 5232, 15 (*a. 167*) muneribus et -bus r(ei) p(ublicae). X 114, 19 (*saec. II*) Augustalitatis. XI 4086, 8 (*a. 202*) honoribus et -bus civitatis (NOVELL. Valent. 3, 3). COD. Iust. 5, 69, 1 pr. (*a. 205*) tutelae vel curationis (VLP. frg. Vat. 128 tria -a . . . sive tutelarum sive curarum sive *eqs.* 183 PAVL. dig. 27, 1, 31 pr. *al.*). VLP. dig. 37, 6, 1, 16 dignitatis. 49, 18, 2, 1 vectigalia et patrimoniorum -a sollemnia (50, 4, 3, 11. 14 non personae, sed patrimonii [*cf.* NOVELL. Valent. 3, 1 tam personalia quam patrimonii -a]. 50, 4, 4, 2 *opp.* corpori . . . indicta obsequia. 50, 5, 2, 4. COD. Iust. 10, 42, 3 [*impp. Val. et Gal.*]). 50, 4, 3, 7 -a munerum civilium (COD. Iust. 1, 2, 9 pr. = 11, 18, 1 pr. *a. 439*). PAVL. dig. 50, 1, 21, 3 -a decurionatus (COD. Theod. 12, 1, 12 = Iust. 10, 39, 5). MOD. dig. 26, 7, 32, 6 annonarum et contributionum temporariarum. COD. Iust. 4, 31, 11 (*imp. Diocl.*) primipili. 11, 59, 1 (*imp. Constantinus*) agrorum (INTERPR. cod. Theod. 11, 1, 17). AMM. 19, 11, 6 tributariorum. *al.* *adde de impensis ipsius rei publicae* (*cf. l. 8*): QVINT. decl. 306 p. 201, 23 rei publicae (CIL XII 3311, 3). PLIN. paneg. 37, 1 -a imperii pleraque vectigalia. SVET. Iul. 54, 3 -a bellorum civilium et triumphorum ac munerum . . . impendia. CASSIOD. var. 9, 25, 9 expensarum. **β** *per adi.*: VLP. dig. 27, 10, 6 civilia (COD. Iust. 7, 71, 3 *a. 259*. COD. Theod. 12, 1, 36 [= Iust. 10, 65, 4] c. -bus muneribusque. 13, 5, 7 a c. muneribus et -bus et obsequiis. *cf.* 12, 1, 26 civica). 50, 4, 4, 3 municipalis (COD. Iust. 4, 12, 3 [*a. 293*] civilium munerum vel -um m.). COD. Iust. 7, 64, 9 (*Diocl. et Max.*) -um et munerum personalium (*cf. l. 33*). 12, 46, 1, 7 (*a. 320*) portorio. COD. Theod. 6, 2, 15 glebalia (6, 23, 4, 1). 11, 1, 17 (= Iust. 11, 59, 4) fiscale ([INTERPR.: agrorum -s, id est tributum]. CASSIOD. var. 11, 7, 4). 11, 16, 1 (= Iust. 11, 65, 2) extraordinariis (4 [= Iust. 11, 48, 1]. 12, 6, 31 [= Iust. 10, 72, 14]. 13, 5, 4. 15, 2, 1 [= Iust. 11, 43, 1]). 11, 16, 6 (= Iust. 12, 23, 1) temonariis (COD. Iust. 12, 1, 4 *a. 346—349*). 11, 20, 3 superindicti -is pondus (*cf.* CASSIOD. var. 5, 14, 6 superindicticiis). 12, 1, 40 oppidaneis. 98 curialia (155 c. -a honorum. NOVELL. Theod. 22, 1, 1). 13, 5, 2 navicularia (12 n. -is munus). INTERPR. cod. Theod. 12, 1, 1 publici -is necessitas. CIL X 5348, 2 decurialib(us).

2 *de debitis, obligationibus sim. privatis*: **a** *sine gen.* (*de homine* SEN. epist.): CIC. Sull. 58 ut sui procuratores quicquam -is absente se sustinerent. rep. 2, 59 huic -i (generi *trad.*) . . . sublevatio et medicina quaesita est (*antea*: aere alieno medendi). SEN. contr. exc. 6, 3, 1 ex altera parte patrimonium . . ., ex altera -s. SEN. epist. 50, 2 fatuam, . . . hereditarium -s (*metonymia sublata*: SCAEV. dig. 29, 2, 98 integra h. -a subire. GAIVS inst. 2, 254. 257 PAPIN. dig. 28, 6, 12. *al.*). QVINT. decl. 336 p. 323, 25 sicut bona, ita -a quoque esse communia (*cf.* p. 325, 4 eadem -a . . ., eadem bona). p. 324, 26 -e *sc. aeris alieni* . . . liberari. PLIN. epist. 6, 32, 2 partem -is tui *sc. dotis solvendae.* CIL II 2959, 12 (*a. 119*) quidquid praesentes quique egerint, id communis -is erit. POMPON. dig. 29, 2, 99 totum . . . -s *hereditatis.* GAIVS inst. 3, 121 si quis ex sponsoribus . . . solvendo non sit, hoc -s ad ceteros . . . pertinet. MARCELL. dig. 25, 3, 8 quod filia parit, non avo, sed patri suo esse -i. SCAEV. dig. 31, 88, 2 -a legatariis imposuisse. 34, 1, 13 pr. -a, quae adscripta erant . . . summae. PAPIN. dig. 19, 1, 41 improvisi. 31, 76, 1. 34, 1, 8 -bus menstruis atque annuis. 34, 9, 16, 2 cum suo -e fiscum succedere *in locum heredis* (COD. Iust. 4, 53, 1 [*a. 205*] fundum . . . cum s. -e obligare fisco. VLP. dig. 31, 61, 1. 36, 1, 3, 5. *al.*). *al.* *in imag.*: PETR. CHRYS. serm. 88 p. 446^{D} in tali fenore animae non -is, sed honoris praedulcis currit usura.

b *accedit gen.*: **α** *rei vel personae oneratae*: CIC. Rab. Post. 41 ille -a multorum huius amicorum excepit. QVINT. decl. 273 p. 119, 1 detracto aere alieno omni, detractis -bus bonorum. CIL III 7086, 23 (*a. fere 113/4*) ⟨ad⟩ -s Iuli Quadrati . . . ⟨spectent⟩ *impendia.* CELS. dig. 33, 2, 14 ipsius *i. heredis* -s est, ut *eqs.* IVLIAN. dig. 38, 2, 20, 6 hereditatis (GAIVS inst. 2, 226. SCAEV. dig. 2, 15, 3 pr. [*rescr. div. fratr.*]. VLP. dig. 25, 6, 1, 10 [*e Papin.*] legata ceteraque -a h. *al. cf.* COD. Iust. 6, 49, 2 [*a. 244*] successionis -a seu legatorum praestationem). AFRIC. dig. 15, 1, 38, 3 peculii. GAIVS dig. 39, 2, 20 refectio aedium ad eius ipsius *i. fructuarii* -s pertinet (*cum gen. personae ut*: SCAEV. dig. 26, 7, 47, 5 tutorum. 31, 88, 2 eorum. PAPIN. dig. 46, 1, 51, 4 eius. 50, 4, 15 coheredis filii. *al. cum gen. rei*: SCAEV. dig. 40, 5, 41, 7 damna, quae casu contigerunt, ad -s reliquorum non p. [*ibid. iterum*]. 40, 5, 41, 17 reddendarum rationum). 46, 1, 26 ceterorum *sc. fideiussorum.* MARCELL. dig. 23, 3, 59, 1 fideicommissum et -a eius. *al.* **β** *rei (personae l. 31), quae -i est*: QVINT. decl. 298 p. 176, 25 ne haec quidem ducendae uxoris et educandorum liberorum -a recusavi (*cum gen. gerund. ut*: SCAEV. dig. 17, 1, 60, 3 exhibendae uxoris. VLP. dig. 10, 2, 20, 8 [*e Papin.*] dotis solvendae. 30, 57 liberandorum praediorum. COD. Iust. 3, 34, 3 [*a. 223*] perferendae servitutis). 336 p. 322, 6 aeris alieni (CLEM. dig. 31, 53 pr. [*ex Iulian.*]. SCAEV. dig. 32, 34, 2 PAPIN. dig. 34, 9, 18, 1 VLP. dig. 10, 2, 20, 3. *al.*). CELS. dig. 36, 1, 2 legatorum (AFRIC. 37, 5, 18 VLP. dig. 30, 50, 2 MOD. dig. 31, 34, 6). IVLIAN. dig. 11, 1, 18 satisdationis (CALL. dig. 35, 3, 6 *e rescr. imp. Commodi*). POMPON. dig. 17, 1, 47 pr. (*e Iulian.*) matrimonii (TRYPH. dig. 23, 3, 75. 76 VLP. dig. 10, 2, 20, 2. *al. cf.* PAPIN. dig. 49, 17, 16 pr. eius *i. matrimonii*). POMPON. dig. 39, 2, 29, 1 damni infecti -s possessoris esse (*substituendum vid.* stipulationis, *cf.* VLP. dig. 18, 4, 2, 14 damni . . . infecti stipulationis -s). SCAEV. dig. 32, 37 pr. fideicommissi (34, 2, 15. 36, 1, 79 pr. VLP. dig. 38, 16, 2, 7 PAVL. dig. 34, 8, 5. 48, 10, 14, 2. *cf.* PAPIN. dig. 35, 2, 14, 1 huius). 34, 1, 15 alimentorum. PAPIN. dig. 3, 3, 67 obligationis (46, 1, 48, 1. *cf.* 3, 3, 67 eius). 18, 6, 19 pr. habitationum. 24, 3, 42, 1 mulieris -bus . . . absumptos *fructus praedii dotalis.* 31, 77, 1 collationis (CALL. dig. 14, 2, 4, 2 PAVL. dig. 37, 6, 2, 2). 35, 1, 77, 3 cautionis (VLP. dig. 35, 3, 3, 4 [*e rescr. div. fratr.*]. MARCIAN. dig. 36, 3, 12). *al.*

3 *de parte apud iudicem sustinenda incommoda* (*cum gen. praeter l. 41. 44*): CIC. Vatin. 33 nullum -s inponam mihi testimonii. QVINT. decl. 338 p. 334, 12 nullum -s probationis ad me pertinere (PAVL. dig. 22, 3, 25, 3 COD. Iust. 7, 16, 5, 2 [*imp. Alex. Sev.*]. 4, 19, 15 [*a. 293; bis*]. *ibid.* 20 [*a. 294*]. 8, 42, 25 [*a. 294*]. 4, 30, 10 [*impp. Diocl. et Max.*]. EDICT. Theodor. 132). p. 334, 18 totum igitur -s *sc. probationis* redundat ad diversam partem. CELS. dig. 31, 22 -s . . . probandi. GAIVS dig. 6, 1, 24 adversarium ad -a petitoris compellere (VLP. dig. 5, 1, 62. 43, 17, 1, 3). 10, 2, 3 actionis (VLP. dig. 12, 2, 3 pr.). VLP. dig. 16, 3, 1, 37 (*e Iuliano*) hoc -s *sc. defendendi.*

III *in interpretatione Vulg., ubicumque voce hebr.* māśśā' *non pondus sim., sed 'effatum' significatur; quibus locis Itala posuit aut* visio (*gr.* ὅραμα, ὅρασις) *vel* verbum (*gr.* ῥῆμα) *aut* assumptio (*gr.* λῆμμα, *sed Aq.* ἆρμα): **A** *explicationes Hieronymi*: HIER. in Ier. 4, 62, 3 p. 290, 20 ubicumque . . . grave est, quod dominus comminatur, et plenum ponderis ac laboris et inportabile, in titulo quoque ἆρμα, hoc est pondus, dicitur; ubicumque autem prospera dominus pollicetur . . ., ibi visio dicitur vel certe verbum domini. in Is. 30, 6 p. 340^{B} quod iuxta consuetudinem prophetalem -s id est pondus et sarcina cruciatuum atque poenarum . . . super Babylonem . . . pervenerit. in Nah. praef. p. 1232^{A} assumptio, quam Septuaginta interpretantur λῆμμα et Aquila ἆρμα interpretatus est, apud Hebraeos massa ponitur, id est grave -s: eo quod eam *sc. urbem,* adversus quam videtur, premat nec sinat elevare cervicem. *al.* *sed aliter explanavit* HIER. in Is. 19^{a}, 1 p. 249^{A} ubi in Hebraeo scriptum est massa Mesraim, quod nos interpretati sumus -s vel pondus Aegypti, . . . possumus dicere ab eo, quod tollat propheta et portet iugum domini, eum exstitisse condignum, qui prophetiam Aegypti cerneret sive portaret. *similiter explicantur nom. propr.*: HIER. nom. hebr. 8, 20 Massa: levans sive pondus vel -s. 46, 12 Maasa: -s sive adsumptio. **B** *in sacra scriptura*: VVLG. IV reg. 9, 25 memini . . ., quod dominus -s hoc levaverit super eum dicens *eqs.* Is. 13, 1 -s Babylonis, quod vidit Isaias. Ier. 23, 33 si . . . interrogaverit te populus iste . . . dicens: quod est -s domini? dices ad eos: vos estis -s, proiiciam quippe vos. 23, 36 et -s domini ultra non memorabitur (*cf.* HIER. *ad l.* -s . . . in ore vestro ultra non resonet, quia singulis hominibus sermo suus et opus suum in -s pondusque reputabitur). Nah. 1, 1 -s Ninive; liber visionis Nahum (*cf.* HIER. in Nah. praef. p. 1232^{A} attendendum quod haec ipsa vel assumptio vel -s vel pondus prophetae visio sit; . . . liber est visionis intelligentis universa quae loquitur et pondus hostium facientis in suo populo visionem). *et saepe in proph.*

deriv.: onerarius, onero, onerosus, onustus.

compos.: onerifer, oneriger.

2. onus *v.* onos.

onusto, -ātum, -āre. *ab* onustus. *scribitur* hon- *in codd.* [*variat cum* honestare GREG. M., *restituitur* CASSIOD., *falsa var. l.* VVLG. Iudith 15, 7 (*perperam adprobata vol. VI 3, 2901, 56*); *falso* PS. AVG. serm. 119, 2 *v. Corp. Vind. 21 p. 228, 10.*] *i. q.* onera-

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

re: **a** *structura originaria aliquem aliqua re*: AVG. serm. coll. Morin p. 489, 1 ut duas naviculas -rent. VICTRIC. 5 manus ... sanctorum reliquiis -tas. GREG. M. dial. 3, 14 p. 166, 23 M. quos *fures* statim collectis holeribus -ari fecit. *transl.*: CASSIOD. hist. 5, 4, 3 nomen *sc. imperatoris* sollicitudinibus -tum ([h]onestatum *trad.; Socrat. 2, 28 p. 276*^A μεστόν). **b** *structura inversa alicui aliquid (in imag.)*: CAES. AREL. epist. ad virg. 3, 3 p. 146, 21 utrum gravia an levia onera collo sororum -es.

compos.: coonusto.

***onustus**, -a, -um. *ab* onus. *de orig.*: SERV. Aen. 1, 289 (= ISID. diff. 1, 285) oneratus adspirationem non habet, quia ab onere venit, -us vero, quia etiam (*om.* ISID.) ab honore descendit, retinet adspirationem. *scribi* hon- *apud veteres testatur* GELL. 2, 3, 3 (*cf.* SERV. *supra*), *saepius occurrit in codd., e. g.* PLAVT. Epid. 375 (*EI*). Stich. 276 (*A*). LVCR. 3, 113 (*pars codd.*); hono- AMM. 23, 5, 3 (ono- AMM. 20, 7, 15). NOT. Tir. 80, 71. *comp.* -ius GREG. M. moral. 1, 22, *cf.* magis -us HIER. epist. 60, 14, 3; *superl.* -issimus IVL. VAL. 2, 26, *cf.* longe gravius -us APVL. met. 4, 4, 1 (*elat. an comp., parum liquet*). *de notione*: PROB. app. gramm. IV 201, 35 inter honestum et -um hoc interest, quod honestum nobilem designat, -um vero onus ferentem demonstrat. SERV. Aen. 1, 289 (= ISID. diff. 1, 285) oneratus est qualicumque pressus pondere, -us vero cui ipsum onus honori est, ut si quis spolia hostium ferat. DIFF. ed. Beck p. 62, 7 -um oneratum significat; honestum vero moribus, hoc est honorificum. GLOSS. -us: πεφορτισμένος. μεστός. κατάγομος. ἔνγομος. -um: γεγομωμένος. gravosum. plenum. oneratum. GLOSS.^L II Abav. HO 15 -us: gravatus vel ⟨15^a honestus:⟩ gloriosus. *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, AFRAN., SISENNA, CIC.; *vocis q. e.* oneratus (*inde a* PLAVTO, TER., CATONE, VARRONE, RHET. Her.) *in poesi aetatis melioris vix differt frequentia exceptis* OV. (*10*), SEN. trag. (*2*), LVCAN. (*3*), *quibus* -us *omnino deest* (*cf. Axelson, Unpoet. Wörter 60*). [*confunditur in codd. c.* honestus PLAVT. Pseud. 218 Rud. 909 LVCR. 3, 113 VERG. Aen. 1, 289 (*Serv.*) *al.* (*restituitur* PLAVT. Cist. 126 [*vers. interpol.?*]. Pseud. 1306. *al.*). *loco corrupto* VAL. MAX. 9, 2 ext. 6 SEN. nat. 3, 27, 7, *? in tit. mutilo* CIL XII 2169, 2.]

I *de eis, quibus onus impositum est i. q. oneratus, refertus, plenus*: **A** *corporaliter*: **1** *de rebus* (*de hom. corp. et part. corp. v. sub 2*): **a** *de navibus, vehiculis sim.*: **α** *non indicatur onus*: NAEV. carm. frg. 46 onerariae. CIC. Verr. II 4, 150 navem (CAES. civ. 3, 8, 3 *opp.* inanibus. LIV. 25, 15, 4. MELA 1, 55 magnis -isque n. CALL. dig. 14, 2, 4 pr. LAMPR. Heliog. 32, 2 IVST. 2, 9, 17). ALF. dig. 9, 2, 52, 2 plostra. ELEG. in Maecen. 6 ratis (CLAVD. 24, 325). LIV. 42, 65, 3 vehicula (CVRT. 6, 6, 15 PS. QVINT. decl. 6, 9 p. 119, 16). PLIN. paneg. 31, 4 navigia ... plena et -a ([*opp.* inania et vacua]. AVIEN. ora 364. COD. Theod. 13, 5, 34 [= Iust. 11, 2, 6 pr.]). CAPITOL. Maximin. 6, 9 raedam. IVL. VAL. 2, 26 *fluvium* viabilem ... carris etiam quam -issimis. *in imagine*: PLAVT. Pseud. 1306 unde -am celocem agere te praedicem? :: cum tuo filio perpotavi. PROP. 2, 14, 30 ad te, mea lux, veniet mea ... navis ... an mediis sidat -a vadis? **β** *indicatur onus*: *per abl.*: SISENNA hist. 40 plaustra scorpiis ac minoribus sagittis -a. CIC. Verr. II 1, 46 signis. 4, 23 furtis. 5, 44 navis -a praeda Siciliensi (LIV. 29, 5, 1 FLOR. epit. 2, 2, 21). off. 3, 50 *naves* frumento -as (CAES. civ. 3, 23, 2. LIV. 25, 31, 13 onerarias. 28, 46, 14 f. ... commeatuque. 42, 66, 6 TAC. hist. 4, 52, 2 RVFIN. hist. mon. 18). ALF. dig. 39, 4, 15 cotibus. LIV. 25, 27, 3 onerarias naves ... omni copia rerum -as. 36, 45, 3 commeatu (*cf. supra*). VAL. MAX. 6, 6, 4 multis et inlustribus Carthaginiensium viris. CVRT. 6, 11, 3 auro argentoque vehicula eius -a. PLIN. nat. 12, 62 ture. FRONTIN. strat. 2, 5, 42 milite (*cf.* IVST. 25, 1, 6 copiis. AMM. 15, 10, 10 manu valida). *al. aliter*: BELL. Afr. 63, 3 *triremem* -am remigum epibatarumque. PLIN. nat. 7, 82 vehicula cum (*vel* tum *trad.*, vini *Mayhoff*) culleis -a, donec exinanirentur, sustinere solitus *centurio quidam.*

b *de variis rebus*: *accedit gen.*: PLAVT. Aul. 611 aulam -am auri (617. *cf.* 809 *infra*). *accedit abl.*: PLAVT. Aul. 809 aulam auro -am. SALL. Iug. 87, 1 in agrum fertilem et praeda -um proficiscitur (*cf.* IVST. 24, 6, 1 opimam praedam *i. Macedoniam* et Orientis spoliis -am). VAL. MAX. 1, 6 ext. 2 -is auro atque argento gazis. PLIN. nat. 15, 136 laureum ramum -um suis bacis (*cf.* 17, 120 arborem ... omni genere pomorum -am. 18, 95 scapus ... fabis -us). TAC. ann. 12, 13, 3 pharetras telis -as (*opp.* vacuis). APVL. met. 11, 16, 9 vannos -as aromatis et huiuscemodi suppliciis. mund. 1 *caelum* divinis corporibus -um ... pulcherrimis ignibus et ... solis et lunae reliquorumque siderum (*gr.* πλήρης ... σωμάτων). AMM. 20, 11, 16 faces sitellasque ferreas -as ignibus ... iaciebant. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 33 vas ... lacte -um. ORIENT. comm. 1, 556 quae lentato per lubrica fila metallo alternos frangit vestis -a gradus. ARATOR act. 1, 863 mundum ... -um gentibus esse locum. *absol.* (*add. fortasse* SEN. nat. 3, 27, 7 *contextu parum sano*): PLIN. nat. 16, 116 in ... arboribus ... -is.

2 *de animantibus* (*item de corpore humano eiusque partibus*): **a** *de hominibus*: **α** *indicatur onus* (*non nisi per abl.*): PLAVT. Bacch. 1069 ut ovans praeda -us incederem (Rud. 909 NEP. Alc. 5, 7 LIV. 1, 4, 9. 3, 29, 4. 9, 23, 17. 23, 45, 10 spoliisque. 24, 16, 6. 29, 27, 3 VELL. 2, 115, 2 VAL. MAX. 1, 1 ext. 1. *al. cf.* AMM. 16, 11, 9 opimitate praedarum -i). Pseud. 218 amicos tot habes tam probe oleo -os. CIC. div. 1, 60 -i cibo et vino. BELL. Afr. 65, 2 magno numero frumenti -os *legionarios.* 93, 1 oppidum deserit seque ... pecunia -us subducit. VERG. Aen. 1, 289 *Caesarem* spoliis Orientis -um (LIV. 34, 16, 3 SEN. contr. 1, 4, 1 VIR. ill. 4, 8. *al. cf.* AMM. 20, 7, 15 *gens* -a spoliorum genere omni. *v. et supra*). HOR. epod. 8, 14 -a bacis *marita.* sat. 2, 2, 77 corpus -um hesternis vitiis (*i. epulis*). LIV. 44, 26, 1 inimicum mercede -um. VAL. MAX. 3, 2, 23 p. 123, 30 duabus loricis -us (PANEG. 2, 33, 4). 3, 8, 1 catenis -um *senatum* (AMM. 15, 3, 10. *cf.* APVL. met. 7, 9, 2 vinculis -a *puella* [HEGES. 1, 45, 1]). 4, 7, 7 *grex* laudibus et praemiis -us (CVRT. 7, 1, 23). 7, 2 ext. 3 pretiosarum rerum pondere -is fugientibus (VAL. CEM. hom. 2, 3 p. 697^D *viator* gravi p. -us). PHAEDR. 4, 11, 3 *fur* -us ... sacrilegio. CVRT. 5, 6, 6 auro argentoque -i *milites* (APVL. met. 5, 8, 5 gemmosisque monilibus. HIER. epist. 22, 3, 1 -a incedis a., latro vitandus est). FRONTIN. strat. 3, 3, 6 -i venatione, quam ferebant. TAC. ann. 1, 63, 4 -um sarcinis armisque militem (PS. AVR. VICT. orig. 9, 1 *Aeneas* tanta -us pietatis s.). APVL. met. 5, 15, 5 muneribus. 6, 29, 8 rapinis suis -i *latrones.* *in imagine*: PLAVT. Aul. 414 omnes exegit foras ... -os fustibus (*i. verberibus. cf.* TAC. ann. 2, 15, 1 -a vulneribus terga). HIER. epist. 14, 6, 5 -us auro (*i. dives*). 60, 14, 3 magis senex -us peccatorum fasce. **β** *non indicatur onus*: PLAVT. Cist. 126 (*vers. interpol.?*) sum -a (*Camerarius*, honesta *trad.*) mea ex sententia (*de lena ebria*). Merc. 746 nos confido -os redituros domum (*antea*: nobis coquendast *cena*). LVCR. 3, 113 molli cum somno dedita membra effusumque iacet sine sensu corpus -um (*sc. ciborum plenum, vix quod non iam anima sustentetur, ut Heinze, Bailey aliique; cf. 4, 956 sqq.* cibum sequitur somnus ... et multo sopor ille gravissimus exstat, quem satur ... capias). HOR. sat. 1, 1, 47 reticulum panis ... -o ... vehas umero (STAT. Theb. 4, 571 u. vectantem [*Ker, ClQu. 3, 1953, 178*; iactantem *trad.*] funus -o). epist. 1, 7, 18 teneor dono, quam si dimittar -us *sc. piris.* TAC. hist. 4, 35, 3 frumentatoribus. APVL. met. 6, 25, 2 latrones. TERT. pall. 5, 2 quid te prius in toga sentias, indutum an -um, habere vestem an baiulare. SPART. Pesc. 11, 2 -i milites *sarcinis sim.* VVLG. I reg. 17, 20 *David* -us abiit *sc. panibus etc.* VEN. FORT. carm. 2, 16, 129 fructus uteri ... -i ([honesti *trad.*]. *item de utero*: 8, 3, 337 quis gemitum partus verbis aequare valebit ..., cum sua secretum compago relaxat -um [*vix pro subst. de ipso fetu, ut Leo in indice affirmat*]).

b *de bestiis* (*fere iumentis; de apibus* PLIN.; *c. gen.* TAC.): CIC. Att. 1, 16, 12 asellus -us auro (*item de asino*: APVL. met. 4, 4, 1 me longe gravius -um. 6, 25, 4 multis -os rebus. 7, 19, 4 stuppae sarcina me satis -um [10, 1, 1 sarcinis propriis]. *al.* VVLG. iud. 19, 10. ROMVL. fab. 53, 3 rec. gall. [*rec. vet.* onerato, *rec. W* gravato]). LIV. 44, 6, 8 iumento (FRONTIN. strat. 3, 2, 8 saccis frumentariis. AMM. 30, 1, 15). PLIN. nat. 11, 21 *apes* -ae remeant sarcina pandatae. TAC. ann. 15, 12, 1 magna vis camelorum -a frumenti (*cf.* ROMVL. fab. 92, 1 rec. gall. camelus -us [*rec. W* honoratus]). PANEG. 6, 9, 2 *pecorum multitudo* -a velleribus (*cf.* PS. AVG. serm. ed. Mai 71, 3 oves lanis ... ut vestibus et conpositae sunt et -ae). AMM. 19, 2, 3 elephantorum agmina ... armatis -a. ROMVL. fab. 68, 2 rec. gall. (*al.*) animal. SIDON. epist. 4, 20, 1 equi ... gemmis -i.

B *incorporaliter* (*fere cum abl.; cum gen. l. 60. 67*): **1** *de hominibus* (*item de corpore, pectore, mente*): PLAVT. Epid. 375 eam permeditatam meis dolis astutiisque -am mittam. Men. 757 consitus sum senectute, -um gero corpus *sc. senectute.* Stich. 276 -um pectus porto laetitia lubentiaque (AFRAN. com. 17 pectus ... l. [*var. l.* laetitiae] -um). VAL. MAX. 4, 7, 7 laudibus et praemiis (*v. l. 13*). TAC. ann. 12, 28, 1 praeda famaque (DICT. 2, 47 -i p. atque victoria). MIN. FEL. 26, 8 -i et immersi vitiis (VAL. CEM. hom. 2, 3 nisi -um v. pectus exoneres [*item* 6, 8]). DRAC. Romul. 9, 108 *Chiron* cum mentis -ae *sc. doctrina* (*Vollmer in indice ed. mai.*) post Centaurorum raptas de flumine praedas ingentes animos puerili in corde levaret. GREG. M. moral. 1, 21 -os idolorum cultibus gentilium populos. *in appellando* (*m. pro subst.*): CE 525, 8 vale ... bone, pietatis -(e). **2** *de variis rebus*: PLIN. epist. 4, 9, 23 orationem plenam -amque *sc. ornamentis oratoriis sim.* TERT. nat. 1, 10, 23 ⟨agri tri⟩buto -i (apol. 13, 6). pudic. 13 p. 244, 6 libidinem.

II *de ipso onere i. q. onerosus, magnae molis sim.* (*vix huc trahendum l. 28. 40. p. 651, 78*): PLIN. nat. 36, 108 vehem faeni large -am. *translate*: GREG. M. moral. 1, 22 quid esse gravius atque -ius potest quam afflictionem saeculi ... perpeti.

deriv.: onusto.

compos.: inonustus. *cf. Onom.* *Beikircher.*

? **onychanthes** *n.*, *ὀνυχανθές (*cf. André, Notes de lexicogr. botan. grecque 45*). *inter nomina herbae, q. e. artemisia*: PS. APVL. herb. 10 l. 15 a Graecis dicitur toxotis, ..., alii -es (*Howald-Sigerist*, onicanthen *sec. ed. vet. vol. II 682, 21*, onicantes *vel* onocantes *codd.; cf.* GLOSS. III 570, 56 onocantis).

onychintinus *v.* onychitinus.

onychinus, -a, -um (onychnus *metri causa* CYPR. GALL. exod. 1103), ὀνύχινος. *scripturam* onychi- *testatur tit.* CIL VI 5306, 4

[Bier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*aet. Aug.?*); *in codd. scribitur etiam* hon-, (h)un-, -yci-, -ic(h)i-, -yc(h)y-, -uche- *sim., cf.* VVLG. *ed. comm. pontif. IV in indice.* GLOSS.[L] V Abba ON 16 -um: genus lapidis. II Abav. ON 3 -um: genus metalli (V Aa o 407 GLOSS. V 508, 34 -us: g. m. *cf.* VVLG. I par. 29, 2 *v. infra*). GLOSS. V 392, 42 (= GLOSS.[L] Corp. s 466) sper (*?*) qui est -us (*de sardo? cf.* GLOSS.[L] Corp. s 82 sardonix habet colorem sanguinis, qui est -us, *eqs.*). *legitur in poesi non nisi apud* LAEVIVM *et* CYPR. GALL., *in sermone pedestri inde a* COLVM., PLIN. nat. [*e coni. dub.* PLIN. nat. 15, 41 -a *pruna Sillig*, ac nigra ac *codd.*]

i. q. ad onychem pertinens: **1** *i. q. ex onyche constans vel confectus sim.* (*in comparatione* LAEV.): **a** *e marmore* (*cf.* onyx *sub I*): LAEV. carm. frg. 9 (Gell. 19, 7, 15) tegimine . . . -o *flumina gelu concreta* (*quam comparationem imitatus esse vid. Ov. fast. 4, 918* marmoreo . . . gelu). CIL VI 5306, 4 (*aet. Aug.?*) hydriam -am sibi et suis . . . fecit (*urnam sepulcralem esse putat Hilgers, Lat. Gefäßnamen 197*). ITIN. Anton. Plac. rec. A *et* B 20 calix. COMMENT. Lucan. 10, 117 'calcabatur onyx': -us lapis. LIB. pontif. p. 108, 7 columnae. GREG. M. epist. 1, 42 p. 68, 25 amulas (*sc.* ha- *i. e. vasa offertoria*). *n. plur. pro subst.* (*sc.* 'vasa'): LAMPR. Heliog. 32, 2 in murrinis et -is minxit (onychis *Pal., cf. Lessing s. v.* onychus).

b *e gemma* (*cf.* onyx *sub II*): **α** *m. pro subst.* (*sc. 'lapis'; neutr., ut vid.,* GLOSS. *v. supra*): ITALA exod. 28, 20 (Lugd., *cf.* VVLG.) versus quartus *in rationali pontificis*: chrysolitus et -us *eqs.* ([*gr.* ὀνύχιον, *cf. Epiphan. Avell. p. 745, 21* onychium]. *de eadem re*: VVLG. exod. 39, 13. *inde*: HIER. epist. 64, 16, 2 [*cf. Ios. antiq. 3, 168* ὄνυξ]. CYPR. GALL. exod. 1103 -chnus. EPIPHAN. Avell. p. 757, 23. p. 765, 18 in duobus istis, berylli dico et -i, lapidibus). Ezech. 28, 13 (cod. 175, *cf.* Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 349, 1. *al.*) omnem lapidem . . . habes in te alligatum . . . beryllum et -um (*gr.* ὀνύχιον, *Vulg. alio ordine* onyx). HIER. epist. 64, 15, 4 (*ad* exod. 28, 9 *v. infra*) habet *superhumerale* . . . lapides . . ., qui Hebraice vocantur 'soom', ab Aquila et Symmacho et Theodotione -i, a Septuaginta zmaragdi; Iosephus sardonychas vocat . . ., ut vel colorem lapidum vel patriam demonstraret. **β** lapis -us (*cf.* COMMENT. Lucan. *sub 1a*): PS. PHILO antiq. 26, 11 (*ad* exod. 28, 20 *v. supra*) et lapis duodecimus excisus de excelso Syon, . . ., et l. -us similabatur ei. VVLG. gen. 2, 12 *in terra Evilath* invenitur bdellium et l. -us (*cf. Itala* [*Hier. quaest. hebr. in gen. p. 5, 11 al.*] lapis prasinus. *add. Hier.*: pro . . . lapide prasino . . . ὄνυχα alii transtulerunt). exod. 25, 7 l. -os et gemmas ad ornandum ephod ac rationale (35, 9 [*cf. Lugd.* lapides sardinos]. 35, 27 [*cf. Lugd.* lapides zmaragdinos]. HIER. epist. 64, 21, 1 l. vel -os vel zmaragdinos et gemmas duodecim). 28, 9 sumes . . . duos l. -os (*cf. Lugd.* lapides zmaragdinos. *locum tractat* HIER. epist 64, 18, 4 lapides vel zmaragdinos vel -os . . . duo hemisphaeria interpretantur *eqs.* in Ezech. 28, 11 p. 270[C] duo l. -i *describuntur*). 39, 6 *ad superhumerale* paravit . . . duos l. -os adstrictos et inclusos auro (*cf.* I par. 29, 2 l. -os et quasi stibinos [*fort. stibio circumdatos, sed cf.* GLOSS.]). EPIPHAN. Avell. p. 764, 13 quod . . . -us l. in persona Ioseph interpretari non possit, *eqs.* (*ad* exod. 28, 20. 39, 13 [*v. supra*] *ut*: p. 765, 7. 14. p. 766, 1 relatus est -us l. in Beniamin [*cf. Migne gr. 43, 304*[C] ὀνύχιον]).

c *e testa muricis* (*cf.* onyx *sub IIIB; de unguento, oleo admixtione onychis confecto*): DIOSC. 1, 59 p. 33, 20 M. *olei crocini* virtus similis est -o (*gr. 1, 54, 2* τὸ λεγόμενον ὀνύχινον).

2 *i. q. colori onychis sive unguis sive lapidis similis* (*cf. Plin. nat. 36, 61* mellei coloris; *ad rem Blümner, ALL 6, 1889, 410. André, Termes . . . de couleur 233*): COLVM. 12, 10, 2 pruna -a et pruna silvestria (12, 10, 3). PLIN. nat. 15, 55 quae *pira Signina* alii a colore testacea appellant, sicut -a, purpurea.

onychion *v.* onychium. **[onychipuncta** PLIN. nat. 37, 118 *v. s.* onyx *IIA.*]

onychītēs, -is (*acc. sg.* -ēn, *nom. pl.* -ae, *acc. pl.* -ās), *m.*, ὀνυχίτης (*resp. gr.*), *cf.* onychītis. **1** lapis -es *i. q. onyx*: DIOSC. 5, 95 p. 200, 1 ex una parte habet *cadmea* colorem lapidis -is (onici-, onichi-, onictis *codd.*), *eqs.* **2** *solum ponitur ad designandos lapides onychi similes*: EPIPHAN. Avell. p. 755, 26 (*antecedit descriptio onychii lapidis*) sunt . . . et alii, -ae qui aequivoce nuncupantur, id est non veraciter, similes cerae, quae coloris est mellei; . . . -as . . . cognominant, eo quod ungues urbanorum virorum instar sunt marmoris quadam mixtione sanguinis obrubescentes; unde nonnulli lapidem marmoreum . . ., -en falso nomine vocitant ob albedinis puritatem.

onychītinus, -a, -um. [*cf.* onychites. *Sch.*] *i. q. onychinus* (*de marmore, ut vid.*): SIDON. epist. 9, 7, 3 *structura verborum* liquida . . . et ductilis, veluti cum crystallinas crustas aut -as (*Luetjohann,* onychint- *vel* onichint- *codd.*) non impacto digitus ungue perlabitur *eqs.*

onychītis, (-idis) *f.*, ὀνυχῖτις, *cf.* onychites (ὀνυχίτης). -es *male* DIOSC. *i. q. nomen cadmeae, quae est onychi similis*: PLIN. nat. 34, 103 tertia *cadmea* est . . . placitis . . .; fiunt ex ea duo alia genera: -is extra paene caerulea, intus onychis maculis similis; ostracitis tota nigra *eqs.* DIOSC. 5, 95 p. 200, 6 utilis est vero votritis (*i.* βοτρυῖτις) confectionibus colliriorum, quae et -es (onicitis *P*, onichites, onochalii) dicitur *eqs.* (*gr. 5, 74, 2* ἡ ὀνυχῖτις καλουμένη).

onychium (-on CAEL. AVR., ORIBAS.), -ī *n.*, ὀνύχιον (*resp. gr. in* EPIPHAN.). *i. q. onyx*: **1** *de gemma*: EPIPHAN. Avell. p. 745, 21 (*ad exod. 28, 20 v. s.* onychinus) primus lapis chrysolithus, deinde beryllum, post -um (oni- *ex* onichilum *V*). p. 755, 23 de lapide -o; -um lapis flavum nimis ostentat colorem *eqs.* **2** *de perniciosa albedine oculi*: CAEL. AVR. acut. exc. 13 p. 711 apparente in eis oculis signo, quod -on (oniscon *trad.*) appellatur. *?* **3** *de extrema parte herbae i. q. ungula diagridii* (*sc. scammonii*): ORIBAS. syn. 9 add. La p. 400 *in compositione medicamenti cathartici*: -a (onicia *Bulhart,* onicui *trad., mavultg en. sg. vocis q. e.* onyx *Arnaldi, ALMA 20, 1950 s. v.* onyx) id est diacridiu ungula munda *eqs. fort. huc spectant*: ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 345 *ad conficiendum pessarium* cassia *unciae duae*, storace *unciae duae*, -on *unciae duae* (onycon *trad., mavult gen. plur. vocis q. e.* onyx *Arnaldi l. c., sed cf. in eadem compositione* 9, 45 add. Aa p. 363 onicion *trad.*).

onychnus *v.* onychinus.

onychoīdēs *adi.*, ὀνυχοειδής, *cf. e. g.* hyaloides. *i. q. onychi similis*: ORIBAS. syn. 2, 56, 53 La p. 126, 24 Mø. smirna . . . intrinsecus habens alborem, -es (*Bulhart, cf. gr.* ἔχουσαν λευκὰς ὀνυχοειδεῖς διαφύσεις, unicu id est *vel* unicuidis *trad.*, *Aa* habit albas unguellae similes).

[onychus *Lessing in indice affert* LAMPR. Heliog. 32, 2 *v. s.* onychinus *1 a.*]

onyx (onix), -chis *m. et f.*, ὄνυξ. *scribitur* hon- *in var. l.* PLIN. nat. 34, 103 VVLG. exod. 30, 34; un- PS. SORAN. quaest. med. 53 ORIBAS. syn. 2, 56, 68 La p. 128, 17 Mø.; -ny- *testatur tit.* CE 1135, 7, -ni- *passim in codd.; litt. graec.* PLIN. nat. 32, 103 ISID. orig. 16, 8, 3. *genus indicatur per adi. (pron.) masc. inde a* CATVLLO, HOR., *fem.* PLIN. nat. 37, 90 (*ter*). 91 (*inde* ISID.). MART. 7, 94, 1 (*ceterum bis masc.*). ORIBAS. syn. 2, 56, 46 La p. 126, 3 Mø. (*semel masc.*). VEN. FORT. carm. 10, 10, 18. *formas flexas vitant poetae* (*nom. plur.* CE; *de gen.* -cui *v. s. v.* onychium); *acc.* -em *inde a* PLIN. nat. 36, 59 (-im *var. l.*), -en PLIN. nat. 32, 134 (*cf.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 4, 12, 17 -xen), -a VVLG. exod. 30, 34 (-am *var. l.*). CAEL. AVR. acut. 2, 32, 169; *gen. plur.* -ōn ORIBAS. syn. 3, 214 (*bis; v. etiam s. v.* onychium); *acc. plur.* -as PLIN. nat. 32, 103. 37, 90. ORIBAS. syn. 3, 214 (*?, in gr. gen. plur.*). NOT. Tir. 99, 97[a]. *de notione* (*v. infra passim*): PS. SORAN. quaest. med. 53 quid est -es? ungues, qui finitis nervis ex ipsis procedunt, *eqs.* ISID. orig. 16, 8, 3 Graeci . . . unguem -*a* dicunt. GLOSS.[L] II Abav. ON 4 -x: genus marmoris (III Abol. OM 2 [omax *trad. cf.* GLOSS. V 377, 3 ontax *trad.*]. V Abba ON 5 GLOSS. V 316, 25. 376, 26. 545, 16). III Abol. ON 3 -x: genus lapidis. *cf. etiam p. 639, 53. legitur inde a* CATVLLO, NEP. (*l. 47*), HOR., PROP., LVCAN., PLIN. nat. [*var. l. in cod. uno pro* onychinus VVLG. exod. 28, 20.]

i. q. ὄνυξ (*notionem graecam q. e. unguis v. supra l. 35; ad rem cf. Salmasius ad Sol. p. 393b*[F] *sqq. Schramm, RE XVIII 1, 535, 40*):

I *de genere marmoris q. d. alabastrites* (*test.* PLIN. nat. 36, 59 -em . . ., hunc . . . lapidem alabastriten vocant [*inde* 1, 36, 12. *cf. Diosc. gr. 5, 135*]; *ibid. fusius describit vasa, amphoras, columnas sim. ex -e factas, cf. ibid.* NEP. frg. 16). *disting. a gemma* PLIN. nat. 37, 90 *v. sub II A* (*cf.* IVL. VAL. *sub I B*). *accedunt adi. notabiliora*: murreus PROP. 3, 10, 22; flexus STAT. silv. 1, 2, 149; lubricus *ibid.* 2, 6, 92; pinguis MART. 6, 42, 14; teres CE 1135, 7. *usu poetico praeter* PLIN. nat., IVL. VAL., SCHOL. *sim.*

A *de vasis ipsis, quae ex -e facta sunt, fere unguentariis q. d. alabastra* (*distingui vid.* CE *v. infra; de urna sepulcrali* STAT. *l. 62; ad rem v. Hilgers, Lat. Gefäßnamen 234*): CATVLL. 66, 82 sq. (*loq. coma Berenices*) iocunda mihi munera libet -x, vester -x *eqs.* HOR. carm. 4, 12, 17 nardi parvus -x eliciet cadum *vini* ([PORPH.: genus ampullae est marmore(ae). *sim.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ*. SCHOL.: -x metallum est gemmae simile; de hoc ad unguenta . . . fiebant vasa]. MART. 7, 94, 1 unguentum . . . -x . . . parva gerebat). PROP. 2, 13, 30 *mortuo* dabitur Syrio munere plenus -x (*sim. in funere*: CE 1135, 7 teretes -es fusi gracilesque alabastri. *cf. de urna sepulcrali*: STAT. silv. 2, 6, 92 gremio . . . lubricus ossa . . . vallavit -x). 3, 10, 22 crocino *unguento* nares murreus ungat -x. MART. 11, 49(50), 6 Cosmi *unguentarii* nunc mihi siccus -x. **B** *de materia, quae variis modis adhibetur*: LVCAN. 10, 117 tota . . . effusus in aula calcabatur -x ([COMMENT.: onyc(h)inus lapis]. MART. 12, 50, 4 calcatus . . . tuo sub pede lucet -x). STAT. silv. 1, 2, 149 digna deae sedes *Violentillae* . . ., hic flexus (*i. e. flexuris varii coloris speciosus*) -x *nitet*. 1, 5, 35 maeret -x longe (*sc. absens*), queriturque exclusus ophites (*sed de iisdem Claudii Etrusci thermis*: MART. 6, 42, 14 siccos pinguis -x anhelat aestus). IVL. VAL. 3, 35 (*describitur domus reginae Candacis*) -x pro saxis et columnae de gemmis (*gr. non resp., sed cf. coniecturam* ὀνύχων *in app. crit. Hist. Alex. M. I p. 120, 1 Kr.*). SIDON. carm. 11, 25 limina *templi Veneris* crassus -x crustat.

II *de specie gemmarum*: **A** *de natura, generibus, similitudine vel cognatione sim. cum aliis gemmis lapidibusve*: PLIN. nat. 34, 103 onychitis . . . intus -is maculis similis (*cf. Diosc. gr. 5, 74* ὀνυχίτῃ λίθῳ. *item resp. graec.* ORIBAS. syn. 2, 56, 68 La p. 128, 17 Mø. *cadmea* similans -i lapidem). 37, 90 (*huc spectat* 1, 37, 24) exponenda est et -is ipsius natura . . ., hoc aliubi lapidis, hic gemmae vocabulum est; Sudines dicit in gemma esse candorem unguis humani similitudine, . . ., Zenothemis Indicam -em plures habere varietates . . ., Sotacus et Arabicam tradit -em (*ibid.* Arabicas. *singula genera fusius descripta sunt et* 91. *sim.* ISID. orig. 16, 8, 3). 37, 118 est *iaspis* et -i iuncta

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(onychipuncta *pars codd.*), quae iasponyx vocatur. 37, 186 triophthalmos in -e (*Detlefsen*, synonice, ionice *sim. trad., v. app. crit.*) nascitur. Schol. Iuv. 6, 382 'sardonyches': id est sardi et -es, nomina gemmarum (*cf.* Isid. orig. 16, 8, 4 sardonyx . . . est . . . ex -is candore et sardo). **B** *exempla varia*: Marcian. dig. 39, 4, 16, 7 species pertinentes ad vectigal: cinnamomum . . ., sargogalla, -x Arabicus, . . ., lapis universus *eqs.* (*notionem q. e. testa muricis commemorat Mommsen v. app. crit.*). Vvlg. Ezech. 28, 13 omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, et iaspis, . . . et -x, *eqs.* (*gr.* ὀνύχιον, *cf.* Hier. *ad l., alias vers. v. s. v.* onychinus. *allegorice explicat* Isid. sent. 1, 10, 15 numero lapidum ipsi ordines designati sunt angelorum). Ven. Fort. carm. 10, 10, 18 (*describitur statua Martini*) datae sibi sunt alba topazus -x.

III *de animalibus quibusdam testaceis vel de eorum testa*: **A** *de quodam genere concharum* (*cf. Leitner, Zoolog. Terminologie b. Ält. Plin. 48 sq.*): Plin. nat. 32, 103 (*cf.* 1, 32, 32) *pectines* mares alii δόνακας vocant, alii αὐλούς, feminas -ας (onycas *B*). 32, 151 (*in enumeratione aquatilium*) solen sive aulos sive donax sive -x sive dactylus *eqs.* (*cf. 9, 184* concharum e genere sunt dactyli, ab humanorum unguium similitudine appellati. *de confusione synon. v. Leitner l. c.*).

B *de testa muricis, cochleae odorem et fumum praebente* (*cf. Steier, RE XVI 792, 38 sqq. Gossen-Steier, RE II A 601, 1 sqq.*): **1** *in re medica*: Plin. nat. 32, 134 invenio . . . ostraceum vocari quod aliqui -en vocent (*cf. Diosc. 2, 8* πῶμα κογχυλίου, ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας). Oribas. eup. 4, 109(111), 1 ad suffucationem matricis iubat . . . -x id est ungula de coclea pota (*resp. gr.* ὄνυξ ὁ ἐκ κογχύλης *ut*: syn. 9, 41, 1 La onix o[n] e[t] concilion [*Aa* ungula concilii]). *ibid.* 3 -x, qua est in purpura (*resp. gr.* ὄνυξ ὁ ἀπὸ τῶν πορφυρῶν *ut*: syn. 9, 41, 3 La -x a cocleas purpori [*Aa* ungula]). syn. 2, 56, 10 La p. 121, 8 Mø. bdellio . . . odoratus, similiter tymiame -i (*gr.* τῷ ὄνυχι, *Aa* ungellae). 2, 56, 46 La p. 126, 3 Mø. *inter medicamina*: -x (ionix *trad.*) bona est *eqs.* (*gr.* ὄ. καλός κτλ.). syn. 3, 214 *in compositione thymiamatum*: -as *unciam* (*gr.* ὀνύχων). *ibid.* -on megalon *uncias duas.* **2** *in re sacra*: Vvlg. exod. 30, 34 dominus ad Mosen: sume tibi aromata stacten et -a . . . faciesque thymiama (*cf. Iren. 2, 34, 3 = 2, 35 H.* ungula. *huc spectant*: Hil. in psalm. 140, 2 ex . . . odoratissimis generibus . . ., -e. *ibid.* -x terrae atque igni *comparatur* [*sim.* Isid. in exod. 58, 1 sq.]. Rvfin. Orig. in lev. 9, 8 p. 434, 5 '-em', quo velut scuto . . . obtegitur animal).

IV *in herbarum nominibus e graeco sumptis* (*cf. Strömberg, Griech. Pflanzennamen 26. 132*): **A** -x ibeōs *i. q. quinquefolium* (*ad rem v. André, Lex. des term. de botan. 228*): Ps. Apvl. herb. 2 l. 31 *v. vol. VII 1, 157, 36 sqq.* (*adde* Gloss. med. ed. Heiberg p. 54, 9).

B -x mios, ὄνυξ μυός (*resp. gr.*), *i. q. sanguinaria* (*v. André, l. c. 227*): Ps. Apvl. herb. 18 l. 28 (*interpol. e Ps. Diosc.*) *herba proserpinaca* a Graecis dicitur poligonos . . ., alii -x m. (oximios *vel* oximius *codd.*; *cf. Ps. Diosc. 4, 4 p. 171, 13*), Romani sanguinaria, *eqs.*

V *de perniciosa albedine oculi* (*cf. s. v.* onychium *2*): Cael. Avr. acut. 2, 32, 169 ex oculi circulo . . . nata albedo, quae in unguis similitudinem . . . paulatim sumat augmentum, hanc Graeci -a vocaverunt.

cf. iasponyx, sardonyx. *v. etiam Onom.* (Onyxs). *Baer.*

ōō *v. p. 1, 41. 3, 45; cf. p. 12, 11.*

ōopaectēs *v.* obelopaectes. **op** *v.* ob *p. 13, 42 sqq.*

opa (opē), *acc. pl.* -ās *f.*, ὀπή. [*de loco dubio* Vitr. 4, 2, 2 *v. Fensterbusch, Gnomon 33, 1961, 657. 659.*] Vitr. 4, 2, 4 ὀπάς . . . Graeci tignorum cubicula et asserum appellant, uti nostri ea cava columbaria; ita quod inter duas -as (-ph- *var. l.*) est intertignium, id μετόπη est apud eos nominatum. Heges. 4, 17 p. 269, 10 caverna . . . Graeco sermone -ή (-e, opere, opo *var. ll.*) dicitur (*derivat vocem q. e.* opobalsamum). *W.*

opācitās, -ātis *f.* *ab* opacus. *plur.* Avg. civ. 22, 24 p. 615, 18 D. in psalm. 28, 9 l. 3. Gloss. -s: umbella delectabilis. *inde a* Sen. *phil.*; *deest poetis.*

i. q. umbrositas, obscuritas, umbra sim.: **1** *proprie*: **a** *usu sollemni*: **α** *accedit gen.* (*rei opacantis vel opacatae; adi. pro gen. l. 70*): Sen. benef. 6, 7, 3 multos aestu laborantes ramorum -s texit (Plin. nat. 17, 5 lotoe patula r. -e lascivae. Clavd. Don. Aen. 6, 280 p. 547, 8 r. ac frondum). Plin. nat. 2, 52 *sol* noctium -e terras reficit (Apvl. Plat. 1, 10. *cf.* Evstath. Basil. hex. 6, 8, 3 nocturnam [*gr.* σκίασμα]). Frontin. aq. 93 *Anio* nemorum -e inumbratus frigidissimus . . . eo pervenit (Apvl. mund. 4 Clavd. Don. Aen. 1, 170 p. 39, 5. 8, 95 p. 128, 17. 9, 1 p. 184, 20 Avg. civ. 22, 24 p. 615, 18 D. *cf.* Clavd. Don. Aen. 4, 125 p. 371, 6 loca nemorosa, quae -e sui omnium visum excludant). Porph. Hor. carm. 3, 13, 9 eius (*i. fontis Bandusiae*). Sol. 7, 5 locus novem collium -e umbrosus. Clavd. Don. Aen. 7, 495 p. 75, 21 arborum (Veg. mil. 3, 2). Evstath. Basil. hex. 5, 8, 2 densior -s foliorum (*gr.* σκιᾶς). Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 61 p. 931[D] quam bene . . . tegebaris -e lignorum. *nota gen. inhaer.* -s umbrae (*cf. p. 656, 27*): Clavd. Don. Aen. 1, 690 p. 136, 17 -s umbrarum. Sidon. epist. 2, 2, 15 tiliae duae conexis frondibus . . . unam umbram . . . conficiunt; in cuius -e . . . pilae vacamus. **β** *omisso gen.*: Sen. epist. 41, 3 stagna quaedam vel -s vel immensa altitudo sacravit. Colvm. 8, 17, 5 *piscibus* plus nocet putris unda, quam prodest -s. Plin. nat. 2, 115 madefacta inclusa -e conceptacula. 15, 130 *laurus* spadonina, mira -is patientia (*cf.* 17, 24 -e atque etiam rigore gaudent *arbores quaedam*). 16, 124 nulla -s brevior, nec auferunt (rami) (*ins. Mayhoff*) solem hieme decidentibus foliis. 31, 39 *puteorum* frigori . . . -s necessaria. 32, 60 -s cohibet incrementum *ostreorum*. Frontin. strat. 1, 11, 10 *lucum* densissimae -is. Porph. Hor. carm. 1, 21, 9 Tempe locus est . . . -e . . . amoenus. Garg. Mart. pom. 2, 7 *foliorum* tenuis umbra -is incommodum non parat. Chalc. comm. 90 (*variationis causa pro voce q. e.* umbra).

b *metonymice de ipso nemore, statu frondoso sim.* (*certiora tantum exempla*): Plin. nat. 6, 93 Ariana regio ambusta fervoribus desertisque circumdata multa tamen interfusa -e. 6, 197 colles amoena -e vestitos. Tac. ann. 11, 3, 2 ne -s arborum vapore ignis minueretur. Avg. civ. 22, 1 p. 553, 2 D. eadem videtur viriditas *arboris* permanere, dum labentibus et cadentibus foliis subinde alia, quae nascuntur, faciem conservant -is (*cf.* 22, 6 p. 564, 18 perennis est -s oleae).

c *vi derivata de temperie*: Ivst. 36, 3, 5 cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepidi aeris naturalis quaedam ac perpetua -s inest (*nequiquam post vocem q. e.* aeris *lacunam indicavit Ruehl*). Zeno 2, 74 (1, 53, 2 L.; *ad Dan. 3, 19 sqq.*) mira res: -s intus *i. in fornace*, incendium foris.

2 *in imagine et translate*: **a** *spectat ad obscuritatem*: Philipp. in Iob 36 p. 738[B] propter arcanorum caelestium -em (*cf. p. 738[A]* obscuritate sui et profunditate mysteriorum). Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 175, 16 intellegentiam scripturarum . . . crebra -e contextam. Avg. in psalm. 28, 9 l. 3 revelabit -es divinorum librorum et umbracula mysteriorum. 59, 1 l. 53 -em umbrarum in lucem verbi revocare. Ps. Avg. serm. 157, 1 orationis. Greg. M. moral. 27, 49 p. 428[D] maligni spiritus sub -e fraudis latentes. **b** *spectat ad refrigerationem*: Rvfin. Orig. in num. 27, 12 p. 277, 17 umbra . . . quae nobis -em praestat ab omni aestu tentationum. Avg. mor. eccl. 1, 7, 11 illa -s auctoritatis . . . veluti signis temperatioribus veritatis umbrisque blandiatur (*cf. 1, 2, 3* opacata . . . auctoritas). Greg. M. in Ezech. 1, 5, 1 *profunditatem eloquiorum dei ut* silvarum -em ingredimur, ut in eius refrigerio ab . . . aestibus abscondamur.

opāco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* opacus. *inter verba activa coniugationis primae* Char. gramm. p. 473, 28 B. *perf. act. non nisi* -asset Cic. nat. deor. 2, 95, -vit Avg. c. Faust. 22, 76 p. 674, 22. Gloss. -o: συνσκιάζω. -at: inumbrat. -ant: obumbrant. *inde a* Pacvv., Cic. [*abrut.* appaká '*obscurare*'. *M.-L. 6068. G.*]

i. q. obumbrare, obscurare, umbra tegere (*accedit abl. passim*, umbris Avg. c. Faust. 13, 10 p. 390, 7 [u. *pro subi.* Plin. nat. 17, 90], umbraculis Avg. epist. 137, 3 Ps. Avg. serm. ed. Mai 118, 2, *pro abl. add.* de Philipp. in Iob 38 p. 764[B], in *c. abl.* Ioh. Med. [?] Ps. Chrysost. hom. Migne suppl. 4, 775): **1** *proprie*: Pacvv. trag. 362 -at flore lanugo genas. Cic. de orat. 1, 28 platanus ad -andum hunc locum patulis est diffusa ramis (*item spectat ad umbram singularum arborum*: leg. frg. 4. Lvcan. 6, 645 taxus. Stat. silv. 2, 3, 1 arbor aquas. Prob. Verg. ecl. 6, 82 ripae . . . lauro. Avg. gen. ad litt. 8, 7 p. 242, 13 ligna . . . terram *paradisi*). nat. deor. 2, 49 sol . . . ita movetur ut, cum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus -et (*item spectat ad noctis caliginem*: 2, 95 cum . . . terras nox -asset). Verg. georg. 2, 55 rami matris -ant *surculum* ([Gloss. V 126, 22 inumbrant]. Aen. 6, 195 ubi pinguem dives -at r. humum. *similiter de palmitibus*: Colvm. 4, 24, 3 palmites submittantur, qui laborantem matrem fervoribus aestivis -ent [4, 27, 6]). Colvm. 5, 5, 15 nisi teguminibus vites -entur. Plin. nat. 14, 11 vitis . . . subdiales inambulationes umbrosis pergulis -at. Sil. 13, 331 cingit acuta comas et -at tempora pinus. Stat. Theb. 5, 153 lucus . . . -at humum (Avson. 325, 2 p. 110 P. myrteus amentes ubi l. -at amantes. *cf.* Avg. gen. ad litt. 8, 1 p. 231, 13 *paradisum* nemoribus -tum. Sidon. epist. 8, 6, 12 -andis habilia lustris . . . nemora). Ach. 1, 679 Delos -at aequor. Hil. in psalm. 56, 3 *gallinae* collectas intra pinnas fetus suos aut -ant aut tuentur. *absolute (obi. suppl. l. 53) i. q. umbram facere*: Plin. nat. 17, 90 *umbra* ulmorum lenis, etiam nutriens, quacumque -at. Ven. Fort. carm. 7, 8, 17 si iam prope lucus -et et vitrei fontis sibilet unda.

2 *in imagine vel translate*: Anian. Chrysost. hom. 5, 3 p. 1025/6 multa . . . sunt ad -andum (*gr.* συσκιασθῆναι) illius mysterium obducta velamina (Avg. in psalm. 93, 1 l. 3 *opp.* revelat. *cf.* c. Faust. 22, 76 p. 674, 22 secretum . . . operuit et quodam modo umbrosius -vit. Primas. in apoc. p. 829[D] arcana . . . umbrosius -antur). Philipp. in Iob 38 p. 764[B] scripturae de mysteriorum obscuritatibus -tae sunt (Greg. M. moral. 33, 2 testamentum bene mons umbrosus . . . dicitur, quia spissis allegoriarum o. -atur. *cf.* Avg. epist. 137, 3 multiplicibus mysteriorum umbraculis. c. Faust. 13, 10 p. 390, 7 umbris futurarum adhuc rerum [*opp.* manifestantur]. Ps. Avg. serm. ed. Mai 118, 2 *vitis i. Christus in utero Mariae* umbraculis -ta caelestibus). Avg. doctr. christ. 3, 86 verbis translatis. mor. eccl. 1, 2, 3 quia . . . hominum mentes . . . rationis aspectum . . . intendere nequeunt, saluberrime comparatum est, ut in lucem veritatis aciem titubantem veluti ramis humanitatis -ta inducat auctoritas. Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. hom. Migne suppl. 4, 775 bonitas radicem fixam habens in conscientia culmescit, frondescit, grandescit, -atur in

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

virtutibus ..., umbraculum virtutum habens anima contextum requiescit a laboribus suis. Primas. in apoc. p. 793C librum apocalypsis ... multis mysteriis -tum.

compos.: inopaco.

opācus, -a, -um. [*ab adverbio locali* *op- (*cf.* ob) *et suffixo* -āqo- *sensu '(soli) obstans, (a sole) aversus' similiter formatum videtur atque ind. vet.* áp-ākaḥ *'aversus sim.', slavon.* opako *et* opaky *'retro-(versus)', quibus potius* *apo- (*cf.* ab) *subest. Sch.*] -a *inter mobilia primae declinationis nomina* Gramm. suppl. 95, 23. *compar.* -ior Colvm. 8, 17, 5 Plin. epist. 5, 6, 33, *super l.* -issimus Colvm. 6, 22, 2 (*dub. trad.*). Plin. epist. 1, 3, 1 Sol. 24, 8 Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 200, 19 Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 3 p. 265, 29; *cf.* maxime -us Cic. de orat. 3, 18. Not. Tir. 69, 74 -um (*post* apricum). *de notione*: Fest. p. 185 -a vocantur umbrosa. Synon. Cic. p. 436, 21 -um. amoenum. delicatum. frondosum. nemorosum. contectum. consitum. coopertum. Isid. orig. 14, 8, 35 -a vero loca, quasi operto caelo, aprico contraria (diff. 1, 42 apricum contrarium est -o, quasi apertum caelo vel soli sine horrore frigoris; ... at contra -um condensum est et umbrosum sicut et amoenum). Gloss. -us: κατάσκιος. εὔσκιος. umbrosus. -um: σύνσκιον. σύμφυτον τὸ πολλὰ φυτὰ ἔχον. obscurum aut umidum. umbrosum, contectum, obscurum. aestivum. arbustum, silvestre, nemorosum, st[r]irpet[r]um. -a: κατάψυχα. tenebrosa vel spissa. secreta. Gloss. I p. 86 adn. 1 -um fronduosum, ⟨u⟩mbrosum, nemorosum. *ad singulos locos v. infra.* *legitur inde a* Cic. Arat., Varrone, Catvllo; *occurrit frequentius quam vox q. e.* umbrosus, *apud* Cic. (*6:1*), Verg. (*19:5*), Ov. (*22:14*), Sen. *trag.* (*11:3*), Plin. nat. (*27:9*), Val. Fl. (*6:2*), Sil. (*12:2*), Stat. (*21:5*), *sed contra rarius usurpatur a* Prop. (*1:6*) *et* Cvrt. (*2:3*); *deest* Catoni (u. *semel*), Caes., Sall. (u. *deest utrique*), Tib. (u. *ter*), Sen. *philos.* (u. *ter*), *at vox q. e.* umbrosus *non invenitur apud* Catvllvm (-us *ter*), Lvcr. (-us *ter*), Liv. (-us *ter*), Colvm. (-us *decies*), Tac. (-us *bis*). [*it. vet.* ombaco, *it.* opaco, *tusc.* ombaco, ombáo, ubaco, *aemil.* bec, *langob.* vac, *pedem.* uvá, uvayk; *raet. centr.* vak; *prov. vet.* ubac, *delph.* übá, lubá, *prov.* ubac, (l)ibac *etc.*, *langued.* ubac; *vasc.* ubac, bac; *cat.* obac, bac, *cat.*, *arag.* obaga, baga, *arag.* bago, paco. — *e forma subditicia* *ópicus: *langob. alp.* ǫvi, óuga, ǫvitś *etc.*, *ligur.* lüvegu, *march.* òppego, *rom.* obbəkə. *cf. M.-L. 6069. Battisti-Alessio IV 2646. 2660. Wartburg VII 357 sq. Corominas III 562. G.*]

i. q. aversus a sole, luce carens, plenus umbrae (*syn. vel iuxta pos.* umbrosus Vitr. 2, 10, 1 Sen. Med. 741 Cvrt. 5, 4, 9 [*sim.* umbra *rei -ae* Verg. georg. 1, 156 Stat. silv. 2, 2, 48 Gell. 10, 3, 15; umbrare *rem -am* Verg. Aen. 3, 508; *cf. infra l. 79*]; *opp.* apricus Cic. part. 36 Varro rust. 3, 14, 2 Vitr. 2, 10, 2 Colvm. 7, 5, 2 Plin. nat. 9, 96. 16, 59. 196): **I** *proprie*: **A** *usu communi*: **1** *spectat ad umbram*: **a** *de rebus umbrosis* (*sc. sive umbrantibus sive umbratis*): **α** *variis* (*fere locis*): ① *sine additamento* (*exempla selecta*): Cic. de orat. 3, 18 maxime et -us et frigidus *locus* (part. 36 *opp.* aprici [Varro rust. 3, 14, 2 Vitr. 2, 10, 2]. Catvll. 63, 3 silvis redimita. Colvm. 5, 5, 14 -is l. humidisque et frigidis. *al.* Plin. nat. 19, 74. Vlp. dig. 8, 2, 17, 1 *opp.* solis ... plenus. *al.*). leg. 1, 15 viridi -aque ripa (Sil. 4, 85. 6, 311 Amm. 22, 8, 23). Varro Men. 322 lucus (Verg. Aen. 6, 673 Ov. fast. 6, 425 Calp. ecl. 5, 62. *al. cf.* Catvll. 63, 32 per -a nemora [Verg. Aen. 8, 107 Plin. nat. 3, 41 tam aprici colles, ... tam -a n. *al.*]. Verg. Aen. 11, 905 silva [Ov. met. 6, 637. 8, 376. *al.* Plin. nat. 2, 209. *al.*]). Lvcr. 4, 575 montis (Plin. nat. 25, 29. 117 Stat. Theb. 7, 627. silv. 2, 2, 48 m. -i umbra. *al. cf.* Cvrt. 5, 4, 9 iugum -um et umbrosum. Colvm. 4, 33, 1 -o et septentrionali clivo. Avson. Mos. 189 colli [Cypr. Gall. iud. 421]). Verg. georg. 1, 156 ruris -i ... umbras (Colvm. 7, 5, 2 *opp.* aprica). Aen. 3, 619 *Cyclopis* domus (*item de antris sim.*: Cvlex 78 antra [Ov. met. 13, 777 Sen. Phaedr. 539 Stat. silv. 5, 3, 172]. Liv. 1, 21, 3 specu. Colvm. 8, 17, 5 latebrae. *cf. de hiatibus terrae*: Ov. met. 2, 274 -ae viscera matris). 7, 36 fluvio (*cf.* 7, 84 Albunea. Sil. 4, 738 stagnis. Ivv. 3, 54 Tagi. Tert. bapt. 5 p. 205, 19 fontes [Avson. 298, 30 p. 153 P.]. Clavd. 22, 199 Histrum. carm. min. 26, 41 gurges). Hor. carm. 2, 15, 15 arcton. epist. 1, 16, 5 valle (Ov. met. 11, 277 Sen. Phoen. 16 Colvm. 4, 22, 8 Val. Fl. 2, 538. *cf.* Plin. nat. 24, 83 convallibus). Prop. 4, 9, 61 postes *fani sub nemore latentis*. Liv. 40, 22, 3 tam -um iter, ut prae densitate arborum ... perspici caelum vix possit. Vitr. 2, 10, 1 umbrosis et -is perpetuitatibus. *et saepe. per interpretationem ambiguae vocis gr.* αὐχμώδης (*cf. Hesych.* αὐχμηρόν· ξηρόν. σκοτῶδες): Itala I reg. 26, 2 (Lucif. Athan. 1, 15 p. 92, 10) in desertum -um (*gr.* εἰς τὴν ἔρημον Ζίφ, *cod. 93* eremum auchmode [*v. Hier. nom. hebr. p. 159, 18* Zif: mons squalidus vel caligans sive nebulosus, *ubi Euseb. p. 258, 43* αὐχμῶδες]. *cf.* Vvlg. I reg. 23, 14 in monte solitudinis Ziph, ⟨in monte -o⟩ [*add. pars codd. sec. gr.* αὐχμώδει, *cui 23, 15 respondere vid.* in silva]. *huc respiciunt fortasse p. 659, 37 et* Avg. civ. 14, 17 p. 40, 32 D. solitudines). ⓘ *accedit abl.*: Liv. 3, 25, 7 quercus ... praetorio imminebat, cuius umbra -a sedes erat (Qvint. inst. 1, 6, 34 lucus. Stat. Theb. 4, 804 [796] -a virentibus umbris devia. Plin. epist. 5, 6, 33). Cvrt. 9, 1, 13 nemus -um arboribus (Vlp. dig. 7, 1, 13, 4 virdiaria vel gestationes. Sol. 24, 8 Atlas [*cf. Plin. nat. 5, 14* repletas silvis]. Evstath. Basil. hex. 2, 3, 8 montium ... vertices [*gr.* κατάσκιοι, *cf.* Ambr. *infra*]). Plin. nat. 6, 198 mons -us silva (Avien. ora 309. 624). Tac. hist. 5, 3, 2 rupem nemore -am (Ambr. hex. 1, 8, 28 *terra* -a nemoribus [Evstath. *p. 657, 83*]). Plin. epist. 7, 21, 2 cubicula obductis velis -a nec tamen obscura. 8, 8, 2 *collis* antiqua cupresso nemorosus et -us (Pass. Mar. Iac. 6, 12). Sol. 27, 55 latifundium ... lucis -um.

β *de nubibus sim.*: Cic. Arat. 201 -am pellere nubem (Ov. ars 2, 619 si non tenebras, at quiddam n. -ae quaerimus atque aliquid luce patente minus. carm. frg. 1, 2. Stat. silv. 4, 6, 72 mortis -a n.). Lvcr. 6, 524 tempestatem inter -am. Clavd. Mam. anim. 2, 12 p. 145, 2 in hoc -o rerum caligantium nubilo ... consulta repetamus.

γ *de arboribus earumque ramis, foliis* (*de saepe viva* Plin., Drac.): Verg. Aen. 6, 136 latet arbore -a aureus ... ramus (Ov. trist. 3, 1, 40. Clavd. Don. Aen. 6, 280 p. 547, 5 a. annosa ... -a frondibus. *ibid. l.* 7). 6, 208 ilice (11, 851). 6, 283 ulmus. Ov. fast. 4, 753 si mea falx ramo lucum spoliavit -o (*cf.* Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 3 p. 265, 29 ramulos). Plin. nat. 12, 22 intra saepem ... -am (*cf.* Drac. laud. dei 1, 187 frondibus intextis ramorum murus -us stringitur). Val. Fl. 3, 427 silva (*i. e. fronde*). 3, 533 piceae. Clavd. 10, 217 palmite. carm. min. 25, 4 -a pampinus.

δ *de humani corporis partibus densitate vel situ umbrosis*: Catvll. 37, 19 -a quem bonum facit barba. Ser. Samm. 192 ut ... supercilio ... tegerentur -o *oculi*. Avson. 359, 11 p. 216 P. *de cunno versibus Vergilianis* (Aen. 8, 392 *et* 7, 84) *in obscaenum flexis.* *transfertur ad artus per vitam sub umbra actam pallidos*: Apvl. Plat. 2, 16 nec ... coloratos sole ..., sed (*Thomas*, et *codd.*) -os umbra ... artus magni faciat (*cf. Plat. Phaedr. 239c* τεθραμμένον ... ὑπὸ ... σκιᾷ).

b *de ipsa umbra sim.*: Ov. met. 14, 330 -ae (amoenae *Serv. Aen. 7, 715*) Farfarus umbrae ([undae *dett.*]. Sen. Oed. 155 non silva sua decorata coma fundit -as [*Bentley*; -is *codd.*] montibus u. Mart. 1, 88, 5 palmitis. *cf.* Apvl. Socr. 19 p. 164 sub quodam arboris -o umbraculo). Lvcan. 8, 372 nec per -as bella geret tenebras *Parthus* (*umbras silvarum intellegit Burmannus coll. 6, 646* taxus opacat *humum*; ... intus tenebrae. *aliter sub 2a*). *audacius transfertur ad ipsas umbrae qualitates* (*sc. gratas*): Verg. ecl. 1, 52 frigus -um (*cf.* Philarg. *ad l.* rec. I -um idest auras prosperas vel pro nemore; ... -um utrum ⟨pro⟩ -is locis, incertum, an pro valde frigidum). Gratt. 38 qua .. per -a silentia Thybris labitur (CE 1504B, 25 [*s. II vel III*] per silvas ... perque -a s. incruenta. *aliter sub 2a*). Drac. laud. dei 1, 455 *locus* deliciis hominum ... constructus -is.

2 *spectat ad tenebras* (*cf. iuxta* obscurus Ov. fast. 6, 425 Sen. Phoen. 16, *sed disting.* Plin. epist. 7, 21, 2; *disting.* tenebrae Ov. ars 2, 619): **a** *de ipsa nocte, tenebris sim.*: Cic. Arat. 450 sese Centaurus *sidus* -is eripit e tenebris. Verg. Aen. 4, 123 nocte tegentur -a (8, 658. 10, 161 Ov. epist. 15 [16], 47 Sen. Thy. 790 Val. Fl. 7, 372 Sil. 6, 70. 15, 591 obscuro n. -ae. Stat. Theb. 1, 520 tenebras et -am vincere n. *luminibus*. Apvl. met. 11, 1, 1 -ae n. silentiosa secreta. Clavd. 5, 525 Cypr. Gall. Ios. 203 Boeth. cons. 4 carm. 5, 8). Ov. met. 10, 54 trames *qui est per Tartarum* ... obscurus, caligine densus -a. 14, 122 crepuscula *Tartari*. *audacius transfertur ad res nocturnas*: Val. Fl. 2, 288 -a silentia noctis (7, 389. Sedvl. carm. pasch. 4, 219 noctis [*cf. op. pasch. 4, 17 p. 268, 3* nocturno silentio]). Stat. Theb. 6, 686 *Luna* Solis -a soror (*cf.* 8, 159 Vesper -us). 10, 89 limen *sc. domicilii Somni* -a Quies et pigra Oblivio servant. 10, 114 *Somnia* noctis -a cohors.

2 *varii* (*sc. daemones, satanas sim.*): ITALA II Thess. 2, 9 (cod. d *al., cf.* VVLG.) secundum -em satanae (*gr.* ἐνέργειαν). TERT. apol. 2, 18 ratio aemulae -is (*sc. daemonum. cf. nat. 1, 3, 3* occulta vis. *sim.* 2, 19 [*Fuld.*, rationis *cett., v. Hoppe, Beiträge 77*]. *cf.* adv. Marc. 3, 4 p. 380, 24 -e aemuli). 22, 4 (*bis*) eorum *daemonum* (RVFIN. Orig. in num. 16, 7 p. 147, 21. *al. cf.* IREN. 2, 31 [48 H.], 3 daemonica). patient. 11 p. 17, 1 mali (*i. diaboli; cf.* IREN. 4, 33, 6 [4, 52, 3 H.] mali spiritus). IREN. 1, 3, 5 (1, 1, 6 H.) duas -es *Hori* ..., confirmativam et separativam ([*gr.* ἐνεργείας]. *al.*). 1, 15, 6 (1, 8, 17 H.) apostaticae virtutis -es, quae tibi praestat ... Satanas (*gr.* ἐγχειρήματα). 4, 29, 2 (4, 45, 2 H.) magicam (5, 28, 2). AVX. Maximin. c. Ambr. 58 inimici. HIER. hom. Orig. in Is. 8, 2 *zabuli*. AVG. civ. 7, 3 p. 276, 7 D. *Saturni*. 12, 25 p. 551, 21 adhibent ... -em suam rebus (*angelorum ut*: 12, 26 p. 553, 9). 12, 27 p. 554, 21 *minorum deorum*. PASS. Petr. 10 p. 32, 20 S. *Agrippa* minister est alienae (satanae *var. l.*) -is. *al.* *c. gen. rei susceptae*: TERT. adv. Marc. 5, 16 p. 631, 23 fallaciae -e.

III *specialia quaedam*: **A** *-o fit creando, fere i. q. creatio* (*dubia v. sub IIC; cf. Braun, Deus Christianorum 384*): **1** *usu sollemni*: TERT. adv. Hermog. 20, 3 cum in omni -e tria sint principalia, qui facit et quod fit et ex quo fit *eqs.* 32, 4 -o divina otiosa videri possit (HIL. in Matth. 33, 6 AMBR. hex. 1, 5, 17. *al.*). resurr. 6 p. 34, 3 (*de creatione hominis ut*: IREN. 5, 15, 2 *plasmationem hominis* per -em fecit. HIL. in psalm. 118 iod 5 *bis*. AVG. gen. c. Manich. 2, 8, 10 *ut* insufflatio ... -em dei significet). adv. Prax. 6 p. 234, 26 adsistentem ... *Christum* ⟨in⟩ ipsa -e cognosce (*cf.* 19 p. 262, 12 -i patris ministravit). adv. Val. 18 p. 197, 14 *demiurgi*. IREN. 1, 5, 3 (1, 1, 9 H.) causam ... talis -is (opinationis *edd. vet. sec. gr.* οἰήσεως). *ibid.* dominum ... universae -is ([*gr.* πραγματείας]. 2, 30, 8 [2, 47, 1 H.] *bis*). 2, 5 (4 H.), 3 non est fabricator causa huius -is (2, 30, 8 [2, 47, 1 H.]). CHALC. comm. 289 duo totius rei sumunt initia *Stoici*, deum ut opificem, silvam ut quae -i subiciatur. 320 effectu opificis atque -e. HIL. in psalm. 138, 32 ἀκατέργαστον significat id, quod sine -e maneat (*fusius de h. loco v. vol. VII 1, 1741, 51*). AMBR. hex. 1, 3, 8 (*quater*) tantum opus brevi ... momento suae -is absolveret. *al.* *accedit gen. rei effectae*: HIL. in psalm. 118 he 6 mundi (AVG. epist. 160, 2). 118 iod 5 hominis. *per pleonasmum*: PS. AVG. solut. 34 l. 27 *Christum* ab -e facturae excludere (MAX. TAVR. serm. 43, 1 M. f. -is. PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 16 -em f. [*item* 7, 7 rec. II]. *cf.* 7, 24 -em ... in factura esse [7, 31]).

2 *metonymice*: **a** *de creatura* (*sc. de mundo eiusque partibus*): TERT. adv. Marc. 1, 16 p. 311, 8 tota -o eius *creatoris* ex diversitatibus constat, ex corporalibus et incorporalibus *eqs.* ([*cf. apol.*

48, 11 universitatem]. resurr. 9 p. 37, 26 *hominem* incolatui fructui dominatui t. suae -is praeposuit). HIL. trin. 1, 7 (*ad sap. 13, 5* de magnitudine ... operum [creaturae *Vulg.*]) cum sensum ipsum egrediatur -o *eqs.* 3, 10 coelestes -es (*sc. sol sim.*). PRISCILL. tract. 6, 102 speciosa (*syn.* creaturae). **b** *de carne hominis vel de homine ipso*: TERT. resurr. 5 p. 31, 13 istud corpusculum *hominis* ... etsi angelorum fuisset -o *eqs.* (*postea*: extructio). PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 30 rec. II per -em suam, id est hominem.

B *-o fit tractando, fere i. q. tractatio* (*accedit saepius gen. rei tractatae*): **1** *variarum rerum corporearum*: IREN. 5, 29, 1 ad -em auri. PS. ORIG. tract. 12, 20 B. lini cultura multiplex et laboriosa -o. HIL. myst. 1, 6, 4 quae *hostia Cain* ex -bus terrae est (EVSEB. EMES. serm. 22, 22 ad -em t. ORIG. in Matth. 15, 31 [*gr.* γεωργίας]. *cf.* AVG. c. Faust. 12, 11 p. 340, 7 [*explic. gen. 4, 12* cum operatus fueris eam *terram*] terrena -o). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 407^{A} lapidis -em (*Migne gr. 44, 253D* ἐργασία). **2** *in arte rhet. et phil. de explicatione argumenti propositi i. q. gr.* ἐργασία (*cf. Volkmann, Rhet. 258 sq.; v. etiam s. v.* exergasia): DON. Ter. Andr. 37 dulcem libertatem fecit -e et tractatione verborum dicendo: '*eqs.*' PRISC. rhet. 2, 9 p. 553, 8 ad -em et ordinationem. 3, 13 p. 554, 13 -o ... sententiae. 9, 28 p. 558, 20 *in allocutione vel ethopoeia*. CASSIOD. inst. 2, 3, 7 actualis dicitur *philosophia*, quae res propositas -bus suis explicare contendit.

C *-o fit generando, fere i. q. generatio* (*sc. subolis*): **1** *pertinet ad procreationem Christi* (*dubia v. sub IIC1; metonymice* FAVST. REI.): IREN. 1, 30, 12 (1, 28, 6 H.) Iesum ... per -em dei generatum. HIL. trin. 2, 24 in hac -e. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 68, 11 (= I 2 p. 53, 38) non indigens viri -e (*gr. I 1, 2 p. 39, 24* ἐνεργείας, *item* I 3 vers. Tur. p. 122, 11. *sim.*: II 3, 1 p. 204, 8 NICET. symb. 3 p. 41, 9). FAVST. REI. spir. 1, 3 p. 105, 27 homo ... adsumptus ex Maria -o spiritus sancti, non portio fuit (*ibid.* p. 106, 2 -e, non participatione). **2** *alia*: AVG. c. Faust. 14, 13 prolis -o (nupt. et concup. 1, 21, 23 propagandae p.). nupt. et concup. 2, 6, 16 divisit in sexu *deus*, quod in -e coniungeret. 2, 13, 26 (*sim.* 2, 14, 28) vis illa voluptatis ... non explet -is viam, sed ... offert deo, unde ille hominem dignetur operari.

D *in serm. philos. ad reddendum t. t. graec.* ἐνέργεια (*resp. in graecis*): **1** *opp. possibilitas, potentia sim.*: CHALC. comm. 222 sunt quaedam sola possibilitate animalia, ut ova ..., quaedam cum effectu et -e, ut *gallina* (288 ut *silva* p. quidem sit corpus, effectu vero atque -e nullum corpus). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 14 p. 26, 8 W. absconditi vero manifestatio generatio est, siquidem et potentia ὂν -e ὂν generat (*al. apud eundem.* PS. AVG. categ. 11 p. 1431 omnia ... quae sunt aut naturali p. dicuntur esse aut -e faciendi, quas Graeci δύναμιν καὶ ἐνέργειαν vocant). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 2 p. 52, 28 virtute et nondum -e filius est; cum autem bene utitur hac potestate, etiam -e fit filius (*cf. etiam sub IIC1*). **2** *varia*: CHALC. comm. 76 ipsa haec agitatio, [vita] actus atque -o mundi existens et vita divina. 262 *motus aeternae substantiae* -o moventis est in eo, quod movetur, ut sectio -o secantis in eo, quod secatur. DIONYS. EXIG. Conc.^{S} IV 2 p. 200, 15 sqq. homo naturaliter editus non statim procedit -e perfectus, sed ... processu temporis vim sumit, quae consummationem sensuum -umque (-emque *P*) contineat. PRISC. LYD. solut. 3 p. 59, 23 est ... phantasia motus ex facto sensu secundum -em.

operātīvus, -a, -um. *ab* 2. operatus (operari), *cf. Recueil Niedermann 48.* *scribitur -ib- saepius apud* ORIBAS.

i. q. operans, efficiens sim.: **1** *de potentia divina*: AVG. divers. quaest. 63 (= EVGIPP. exc. Aug. p. 1054, 12) quae per verbum (*i. Christum*) facta sunt -a potentia.

2 *n. pro subst. ad reddendum gr.* τὸ ἐργατικόν (*de strenuitate hominum asperas regiones incolentium*): HIPPOCR. aer. 24 p. 48, 3 -um (*Kühlewein*, opera tiū *trad.*) acutum (acutos *trad.*) in natura huiusmodi *est* (*gr. v. p. 78, 4 Heiberg*).

3 *spectat ad salubritatem fere i. q.* δραστικός, δραστικώτατος (*ubi resp. gr., non adnotatur*): **a** *in bonam partem* (*de medicamentis*): ORIBAS. eup. 2, 1 A 22 La multum -us eis *herbae* sucus est ([*Aa* utilissimus]. 4, 66, 3 La pulver. 4, 79, 2 *porcacla*. 4, 79, 3). B 4 La bdellion malactica est nimis et -a virtute (*sim.* Aa, *gr.* δραστηρίου). C 1 Aa nimium ... ad haec -a est *herba* ([La satis, *gr. K 3* δραστηρίως]. *cf.* syn. 3, 17 pr. -us nimis [*gr.* ἐνεργόν]. ALEX. TRALL. 1, 123 succus ... est -us ad maximos et nimis surdos [*gr. II p. 103 P.*]). C 1 Aa est ... plus -a, que *herba* in montibus fuerit collecta ([*sim.* La, *gr. K 8* πρακτικωτέρα]. D 6 Aa La *gr.* δραστήριον. R 1. ALEX. TRALL. 1, 89 *collyrium* p. -um est illis [*gr. II p. 15 P.*]). 4, 10, 1 utilissimum et -um medicamen. 4, 103, 3 in nullo minor -us est ponfololix (*gr.* δραστήριον). 4, 112, 4 calamenthis ... fortiter -a est ([*Aa* f. operatur, *gr.* δραστικῶς ἐνεργεῖ]. syn. 9, 9, 1 La). 4, 113, 8 amplius. syn. 3, 26 pr. (*de emplastro*) mirabilis est et -us et usque ad sanitatem perducit (*gr.* δραστηρίως). 9, 2, 1 La (*Aa* melius ... prestat). 9, 2, 2 La. 9, 16, 16 La magis. 9 add. p. 400 catharticum. ALEX. TRALL. 1, 65 *genus medicamenti* ad hanc causam non satis est -um vel ... expediens (*gr. I p. 547 P.* τὸ δραστικόν). **b** *in malam partem* (*de umoribus*): ALEX. TRALL. 1, 21 fortiores capitis dolores fiunt

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secundum -as qualitates (*sc. umorum*) et maxime ex calore (*gr. 1 p. 467 P.*).

***operātor,** -ōris *m.* *ab* operari. *scribitur* ho- VVLG. Is. 22, 11 *cod. C.* GLOSS. *v. infra sub 3b.* *vox ecclesiasticorum, ut vid. (cf. Mohrmann, Études sur le Latin des Chrétiens I 34); legitur inde a* TERT., IREN., *in poesi* PAVL. NOL. carm. 20, 309 SEDVL. carm. pasch. 5, 69 VEN. FORT. carm. 5, 5, 1 ARATOR act. 1, 749. [*confunditur cum* operatio TERT. apol. 23, 14. *loco interpol.* FIRM. math. 3, 9 *edd. vet.* (*non exhibent Kr.-Sk.*).]

i. qui operatur (*in appos.* deus -r AMBR. epist. 44 [31], 1 in Luc. 6, 105 IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 76): **1** *loci generales*: TERT. adv. Hermog. 20, 3 tria nomina sunt edenda in legitima operis enarratione, persona factoris, species facti, forma materiae; si materia non edetur, ubi et opera et operae -r eduntur, apparet ex nihilo eum operatum. CANDID. gen. div. 8 p. 10, 4 W. non . . . ipse -r opus; opus igitur non consubstantiale operanti. AMBR. off. 1, 13, 48 quis -r negligat operis sui curam? VVLG. Esdr. 9, 17 qualis -r, talis et creatio. AVG. gen. ad litt. 8, 12 p. 249, 26 manente opere, quod factum est, cum -r (operatur *cod. unus*) abscesserit. PS. AVG. solut. 9 l. 35 (*ter*) nec opus ante auctorem potest esse, cum opera ipsa principium de -e suo sumant, *eqs.*

2 *usu communi de auctore, effectore quarumlibet rerum*: **a** *de hominibus fere opera bona vel mala facientibus* (*fig. de bubus* HESYCH. in lev. *l. 28. 34*): **α** *acced. gen. obi., quo indicatur id quod actione efficitur, impletur sim.*: TERT. apol. 46, 18 philosophus et Christianus, . . . famae negotiator et vitae, verborum et factorum -r (*cf. Iac. 1, 22* factores verbi). LACT. inst. 6, 18, 3 iustitiae (HESYCH. in lev. 16, 3/4 p. 986[B] *figurative de bubus.* GREG. M. moral. 29, 39 -es i. et defensores rectae fidei). HIER. in Gal. 2, 16 p. 344[A] *legis* (AVG. serm. 270, 3). epist. 100, 1, 4 malorum. AVG. conf. 10, 34, 53 pulchritudinum exteriorum -es et sectatores. EVAGR. sent. mon. 70 p. 1183[D] vir . . . -r boni ([*gr.* πρακτικός, *cf. versionem alteram Leclercq* vir . . . actuosus]. CASSIOD. var. 2, 40, 4 bonorum). HESYCH. in lev. 3, 6/17 p. 816[C] bovem legalium mandatorum -em ostendimus (*ibid.* p. 818[A]). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 162, 36 lasciviae. IOH. BICL. chron. II p. 212, 571, 4 mirabilium. CASSIOD. hist. 3, 2, 37 miraculorum ([*gr.* δημιουργόν]. FACVND. defens. 10, 6 p. 787[A] qui m. -is cognomen accepit, ut θαυματουργός vocaretur . . . a Graecis). in psalm. 57, 5 (6) l. 99 mundanae artis. VITA Amator. (BHL 356) p. 58[A] sanitatum. **β** *absolute* (*fere de eo, qui bona opera facit*): TERT. castit. 3 l. 16 agere quaedam . . ., in quibus non indulgentia -i (*R*, operatur *NF*, *om. A et Oehler*) patrocinatur. RVFIN. Orig. in Rom. 3, 9 p. 953[D] *opera bona sine fide* -em suum iustificare non possunt (*cf.* CHRYSOST. repar. laps. p. 410 a 28 *opera* bona -em suum ad regionem vivorum . . . revocabunt). AVG. in epist. Ioh. 8, 9 bonus -r (*antea*: eleemosynam facis). serm. 13, 3 l. 60 designat et se -em, qui invocat adiutorem (*cf.* 156, 11 si non esses -r, ille non esset cooperator). GREG. M. epist. 7, 27 p. 473, 15 verus. *al.*

b *de deo*: TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 20 putativus habitus, putativus actus: imaginarius -r, imaginariae operae. 5, 17 p. 634, 24 nec incredulitatis -r videri potest. IREN. 2, 30 (46 H.), 4 *deus haereticorum* in omnia -r et efficax et aptabilis fuit, uti per eum omnium imagines fierent. AMBR. in Luc. 9, 15 (*ad Luc. 19, 37*) mysterii spiritalis. parad. 7, 35 deum -em mortis esse (*postea*: auctorem). in psalm. 40, 20, 4 suae resurrectionis. PAVL. NOL. carm. 20, 309 unus . . . -r . . . qui diversa facit . . . rerum miracula Christus. epist. 5, 10 dominus unitatis -r (SACR. Gelas. 1, 80 p. 123). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 76 nec sine deo -e exsistere posse nascentes. *al.*
in imagine: PELAG. in I Cor. 3, 12 p. 143, 11 *parietes* ab -e constructi.

c *de diabolo*: TERT. adv. Marc. 5, 17 p. 635, 11 diabolum habens -em, cum persequeretur ecclesiam *Paulus.* HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 1 p. 306, 3 omnium tentationum -r.

3 *specialia quaedam*: **a** *i. q. creator* (*sc. mundi, hominis sim.; iuxta pos.* creator RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 89, 10, *cf.* AMBR. in Luc. 6, 1 -r . . . non creatura, sed creator): **α** *absolute*: HIL. trin. 1, 7 sensum *creaturae* longe necesse est excedat -r (*antea affert sap. 13, 5* de magnitudine . . . operum . . . conditor [creator *Vulg.*] conspicitur. *sim.* PRISCILL. tract. 6, 102 AMBR. hex. 1, 5, 17). AMBR. epist. 44 (31), 1 -em atque opera distinxit. *ibid.* ad deum -em. 45 (34), 16 hominis auctor deus et diligit opus suum -r bonus. hex. 1, 3, 8 quam incomparabilis -r esset. 1, 3, 9 miraris opus, quaeris -em (*Migne gr. 29 p. 8C* ποιητής). 3, 5, 23 quam *pulchritudinem pelagi* vidit -r (*gr. p. 93B* τοῦ ποιήσαντος, *cf. Eustath. Basil. hex. 4, 7, 7* conditori). AVG. in psalm. 144, 7 l. 7 *syn.* creatorem. 144, 8 l. 11 si te deserit -r. 148, 7 l. 4 *syn.* factorem, creatorem. in Iob p. 625, 26 iste talis -r et dispensator (SERM. Caspari Anecd. p. 320, 20). SEDVL. carm. pasch. 5, 69 sanctus (*item* op. pasch. 5, 4). VEN. FORT. carm. 5, 5, 1 -r (operatur *pars codd.*) opime, . . . Christe. *al.* **β** *accedit gen. obi.*: HIL. trin. 12, 43 mundi (AMBR. in Luc. 6, 105 *bis.* HIER. in Is. *v. infra*). *ibid.* effectorem atque -em universitatis (*cf.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 89, 10 creatorem -emque universorum). AMBR. epist. 62, 3 corporis nostri. hex. 2, 1, 2 -r naturae (*postea*: operatoria . . . dei virtus). Iob 4, 5, 21 generis -r humani (*cf.* parad. 8, 40 hominis). in psalm. 118 serm. 11, 11, 2 omnium (spir. 2, 9, 90. CONC.[S] I 5 p. 308, 26 o. dominus et -r [*antea*: opificem omnium, *gr. I 1, 4 p. 13, 7* δημιουργός]. *al.*). CANON. Turner I 2, 1 p. 334 l. 43 (*ad Col. 1, 15*) creaturae totius -r. VVLG. prov. 22, 2 utriusque (*i. divitis et pauperis*; operatus *pars codd.*, *cf. Ps. Aug. spec. 22 p. 391, 4* fecit . . . ambos). Is. 22, 11 eius *aquae* (*cf. Itala Hier. in Is. 22, 10/11* creatorem. *idem explicat* l. 18 -em mundi). AVG. conf. 11, 13, 15 -r omnium temporum (gen. c. Manich. 1, 2, 3. *al.*). ENNOD. opusc. 2, 44 p. 301, 18 caeli. FACVND. defens. 3, 3 p. 591[C] angelorum. *al.* **γ** *accedit pron. poss. pro gen.*: AMBR. Noe 9, 28 noster. off. 1, 14, 56 sui -is. VVLG. Iob 36, 3 meum.

b *de eo, qui operam praebet*: **α** *strictius de operariis* (*cf.* GLOSS.[L] II Abav. ER 9 ergata: -r [*al. v. s. v.* ergata]. GLOSS. II 564, 38 adventor: praepositus -um [-rato- *suprascr.*]. 583, 50 institor: introductor, qui -bus praeest): AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 24 p. 361, 9 Cain . . . -r terrae legitur (*sec. gen. 4, 2* Cain agricola, *cf. Ambr. hex. 1, 7, 25* operarius t.). SVLP. SEV. dial. 1, 19, 4 aquarius ille . . . -r (*antea*: labor . . . operantis *monachi*). MAX. TAVR. serm. 27, 1 M. pauper, qui sibi est ad pastum -r inutilis. GREG. M. moral. 35, 42 -es vineae (*de iisdem operariis sec. Matth. 20, 10 sqq.*: ORIG. in Matth. 15, 35 p. 452, 5 [*gr.* ἐργάται]. *al. apud eundem*). **β** *liberius in quibuslibet ministeriis*: PAVL. NOL. epist. 49, 3 *de angelis nautarum opera suscipientibus.* CASSIOD. Ios. antiq. 19, 163 qui -es (*cod. apud Niese*, co- *ed. Frobenii*) in nece Caii fuerunt. Ios. c. Ap. 1, 55 historiam . . . belli conscripsi multarum quidem actionum ipse -r, plurimarum vero inspector (*gr.* αὐτουργός). *de ministris Antichristi*: GREG. M. moral. 29, 15 in suis -bus ipse iniquorum auctor iam apparet, qui needum venit.

f. **operātrīx,** -īcis (*subst. vel adi.*). *i. quae operatur*: **1** *de rebus* (*fere adi.; c. gen. obi.* TERT., AMBR. *l. 34*, CASSIOD. *l. 37*, **suus** *l. 51*): **a** *incorporeis*: ITALA Philem. 6 (Hier. *ad. l.*) ut communicatio fidei tuae -x fiat in agnitione omnis boni (*gr.* ἐνεργής, *Vulg.* evidens; *explic.* HIER.: in Graeco melius . . . efficax, ἐνεργής enim proprie transferri potest efficax sive -x. *inde ibid. iterum*). TERT. anim. 52, 3 ratio -x mortis. AMBR. apol. Dav. I 13, 62 iniquitas . . . -x culpae atque delicti (*postea*: radix et seminarium peccatorum). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 4 perfectio ex fide -e consistens (*gr.* ἐνεργεῖ). inst. 2, 3, 20 *Plato et Aristoteles dicunt* artem esse habitudinem -em contingentium. *de qualitatibus sim. dei*: TERT. anim. 11, 4 cecidit . . . ecstasis super illum *Adam*, sancti spiritus vis (sui *A*) -x prophetiae. AMBR. fid. 1, 2, 17 non sunt . . . haec nuda nomina, sed -is virtutis indicia (EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 2 -x dei v. et passibilis natura materiae [*gr.* δραστική . . . δύναμις]). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 52 p. 1081[A] (l. 36 H.-H.) *vita dei* dicitur esse vel progressio aut elevati spiritus manifestatio, -x in vivefaciendum *eqs.* AMBR. hex. 3, 7, 29 sapientiae -is . . . argumentum (spir. 2, 9, 92 *sec. sap. 7, 21* artifex). HIER. Didym. spir. 23 -em et . . . distributricem naturam spiritus sancti (*ad 1 Cor. 12, 11* operatur . . . dividens). TRACT. de indur. cord. Phar. 17 l. 8 -em misericordiam *dei.*

b *de partibus corporis* (*in imagine de manu dei*): AMBR. in Luc. 5, 97 in parte quadam -e corporis nostri (*antea de digito*). 10, 70 (*ad gen. 2, 7 et Iob 36, 3*) operatorem suum limus agnoscit et -em suam domini manum sequitur caro (*inde* PS. AVG. serm. 151, 2 *om.* manum). AVG. in psalm. 83, 7 l. 42 (*allegorice*) in huius . . . carnis -is persona (*antea*: non operamur nisi per carnem).

2 *de animantibus* (*c. gen. obi.*: AVG. serm.): **a** *de apibus, formicis* (*subst. vel adi.*): ITALA prov. 6, 8[a] (cod. 167 *al.*) vade ad apem et vide quam -x sit (*gr.* ἐνεργάτις, *in hebr. et Vulg. deest, Ambr. hex. 5, 21, 70* operaria). HESYCH. in lev. 22, 22 p. 1075[A] (*ad prov. 6, 6* vade ad formicam) -em formicam. ENNOD. opusc. 9, 9 p. 418, 7 (*in benedictione cerei*) castae -is munus.

b *de mulieribus* (*subst.*): SCHOL. Hor. Gloss. *Γ* carm. 3, 27, 30 (opifex coronae) opifex: -x (*cett. Schol.* artifex). AVG. serm. 10, 7 l. 232 *mulierem* iniquitatis -em. PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 627[G] defuncta -e (*cf. act. 9, 36 Tabitha* plena operibus bonis et elemosynis).

deriv.: operatorius.

operātōrius, -a, -um. *ab* operator, *cf.* effectorius, fabricatorius. *inde ab* ITALA, AMBR. (*de cuius usu cf. Pépin, Théol. cosmique et théol. chrétienne 1964, 333 sqq. 472 sqq. et Patronnier de Gandillac, REL 43, 1965, 150*).

i. q. operatoris vi praeditus, efficiens, efficax sim. (*? accedit gen. rei effectae* AMBR. parad. 6, 30): **1** *de verbo, virtute sim.* (*sc. dei*): verbum: ITALA Hebr. 4, 12 (Ambr. fid. 4, 7, 73) vivum . . . v. dei et validum adque -um (*per duas voces redd. gr.* ἐνεργής, *Vulg.* efficax, *cf. cod. e* validum et acutum. *inde pendet* AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 39). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 21, 3 si aliis verbum apostolicum, . . . aliis v. -um datum est (*spectat ad 1 Cor. 12, 10* operatio virtutum). sermo: AMBR. (?) sacr. 4, 4, 15 vides . . ., quam -us s. sit Christi. *ibid. iterum* (operatoris *vel* operarius *var. ll.*). HIER. tract. in Marc. p. 331, 28 s. ipse domini -us erat: et quodcumque dicebat, opere efficiebat. virtus: AMBR. fid. 5, 16, 198 (= PS. AVG. solut. 90 l. 79) -a v. et scientia. fug. saec. 2, 10 p. 170, 15 -a v. dei . . . non videtur, tamen ex suis operibus aestimatur operatoremque opera sua produnt (*sim.* 3, 14 p. 174, 8). hex. 2, 1, 2 -a inpassibilis dei v. et passibilis materiae natura. 2, 4, 17 nec praeterit rettulisse aliquos caelos . . . ad intellegibiles virtutes, firmamentum ad -as (*cf. Migne*

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gr. 29, 76^{B} *τὰς πρακτικὰς καὶ ποιητικὰς sc. δυνάμεις, Eustath. Basil. hex. 3, 9, 5* factricem dei potentiam). in Luc. 7, 93 (*ad Luc. 11, 20 et Matth. 12, 28*) digitus . . . cum dicitur spiritus, -a v. significatur, quod divinorum operum . . . spiritus sanctus operator sit (*inde* ISID. orig. 7, 3, 22 operaria *var. l.*). potentia: AVG. in psalm. 118 serm. 18, 3 l. 7 si -a dei p. rebus subtrahatur, intereunt (*inde* PROSP. in psalm. 118, 73 p. 348^{A}).

2 *de variis rebus*: AMBR. Abr. 2, 8, 46 -ae atque civilis disciplinae. parad. 6, 30 (*ad gen. 2, 17* de ligno . . . scientiae boni et mali) bonum . . . est -um cognitionis boni et mali lignum. HESYCH. in lev. 19, 9 p. 1023^{A} relinquere . . . pauperi . . . de messione . . . reliquias et deo, qui fructus ipsos oriri facit, -is gratiarum actionibus compensare.

3 *in sermone philos. i. q. δύναμις ποιητική* (*v. Pépin l. c. 475*): AMBR. hex. 1, 1, 1 *ut* alii . . . ut Aristoteles . . . duo principia ponerent, materiam et speciem et tertium cum his, quod -um dicitur, cui suppeteret . . . efficere *eqs.*

n. subst. **operātōrium,** -ī *n.* *i. q. locus operandi*: GLOSS. V 498, 57 ergasterium -um. *v. etiam s. v.* operarius.

1. operātus, -ūs *m.* *ab* operari. [*ad verbum q. e.* operor *referas* TERT. adv. Prax. 16 p. 258, 14.] *i. q. operatio*: PS. RVFIN. in Os. 13, 14/15 p. 1031^{A} ut totum illud agmen afflatu *venti* potius quam -u (*sc. Assyriorum*) quopiam videretur absumptum. AVG. in psalm. 101 serm. 1, 1 l. 45 partus virginis est 'lapis sine manibus de monte praecisus' (*Dan. 2, 34*), ubi nullus hominum -us est.

2. operātus, -a, -um *v.* operor. *Baer.*

operculo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* operculum. *i. q. operculo tegere*: COLVM. 11, 2, 50 si sunt pleni atque -ti favi (11, 2, 57). 12, 15, 2 vasa . . . -are et oblinire (12, 16, 2 v. nova sine pice -ta et gypsata. 12, 48, 5 v. -tum pelliculant. *cf.* PALLAD. 11, 22 ubi vas inpleveris, item pampinos addes . . . et -bis). 12, 30, 1 *cum* dolia -veris.

*****operculum,** -ī *n.* *ab* operire. *scribitur* opor- COLVM. 12, 10, 4 (*S*). GLOSS. *πῶμα. πωμάτιον.* cooperimentum vasis. -o: *σκεπάσματι.* *legitur maxime apud rei rusticae scriptores inde a* CATONE, VARRONE, CIC. (*semel*); *deest poetis.* [*langob. alp.* vérklo, -u, *langob.* livärk, rivérkol; *raet. occ.* vierkel. *cf. M.-L. 6073. G.*] [*variat c.* cooperculum PLIN. nat. 14, 135 (*falsa var. l.* 23, 109), opusculum HIER. epist. 7, 5; *restituitur ex* opertum VITR. 8, 3, 3.]

i. q. instrumentum operiendi: **1** *strictius claudit faucem, os, aditum sim.*: **a** *vasorum, doliorum sim.*: **α** *usu communi*: CATO agr. 13, 2 haec opus sunt: dolia olearia, -a *eqs.* 104, 2 -um in dolium inponito (112, 1 -um i., relinquito qua interspiret *aqua*. COLVM. 12, 8, 2 -o . . . inposito oblinito *ollam*. 12, 44, 2. *et saepius in eodem libro*). 112, 3 ubi inpleveris dolium, -o operito, relinquito qua interspiret. VARRO rust. 1, 22, 4 dolia cum -is. frg. Non. p. 544, 5 mori longi cum -is (*def. Marx, RhM. 78, 1929, 335 sq.*; *vulgo conicitur* oris longi ⟨vasa⟩ cum -o). LIV. 38, 7, 12 per -i foramina. 40, 29, 3 lapideae arcae . . . -is plumbo devinctis. VITR. 7, 12, 1 *dolia* -is obturant (*inde* PLIN. nat. 34, 110). 8, 3, 3 -um . . . in eo *vase* conlocatum. *ibid. aqua* spiritibus extollens -um (*cf. ibid.* sublato . . . -o). COLVM. 8, 3, 9 *canales* superpositis -is clauduntur (*seq.* nisi -is muniantur. 8, 8, 7 pulli . . . fictilibus ollis conduntur spirantibusque -a s. 12, 38, 4 ne quid eo decidat. 12, 44, 6. 12, 45, 3 SCRIB. LARG. 122 = MARCELL. med. 29, 8). 12, 10, 4 -um deinde impositum gypsato (12, 39, 2 g. et pelliculare. PLIN. nat. 15, 61 *sorva servantur* scrobibus g. -o). 12, 16, 4 -a picata imponito (12, 16, 5 p. -a diligenter gypso linunt. *al.*). *al.* PLIN. nat. 14, 136 -a . . . sudantia. 15, 62 exclusa omni aura -o et gypso. 33, 131 modus coquendi, donec se ipsa -a aperiant. VVLG. num. 19, 15 vas, quod non habuerit -um (*Itala Lugd.* patens, *Aug. loc. hept. 4, 63* apertum, *gr. ἀνεῳγμένον*). APIC. 5, 207 (5, 4, 6 M.) *pullum* in -o deponis et in furnum mittis (*item pro patella est -um, sc. inversum ut vid.*: 9, 431 [9, 10, 1] *sarda* supra vaporem ignis in -o componitur). CIL VI 27731 ollae . . . quae sunt -is et titulis marmoreis. *al.* *c. gen.*: CATO agr. 10, 2 aheni (11, 2). 11, 2 -a doliorum et tectaria priva (LIV. 38, 7, 11 ferreum. COLVM. 12, 44, 2 PLIN. nat. 14, 135). COLVM. 12, 44, 7 eorum *vasorum* (PLIN. nat. 15, 65). 12, 47, 6 arcularum. SCRIB. LARG. 230 minoris *pyxidis*. APVL. met. 3, 21, 4 de quis unius *pyxidos* -o remoto. *c. dat.*: CATO agr. 10, 4 -a doliis, seriis priva. **β** *in imag. proverbialiter* (*cf. Varro Men. tit. εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα*): HIER. epist. 7, 5 accessit huic patellae iuxta tritum populi sermone proverbium dignum -um. 127, 9, 1 invenit . . . protinus patella -um. adv. Rufin. 3, 24 numquid nosse potuimus, . . . quod librum Eusebii pro Pamphili verteres, quod tuum quasi -um venenatae patellae imponeres?

b *alvariorum et favorum*: VARRO rust. 3, 16, 17 qua mellarii favum eximere possint, -a imponunt *alvis*. 3, 16, 32 -a alvorum. COLVM. 9, 7, 6 duos vel tres aditus in eodem -o . . . fieri (*Pallad. 1, 37, 8* in uno cortice). 9, 13, 10 *pulli apium* sedes suas adaperiunt et velut -a foraminum obductas ceras erodunt (*item per similitudinem*: 9, 15, 4 superpositis ceris tamquam -is obliti *favi*). 9, 14, 13 apricissimo die purgatis domiciliis -a intus usque ad favos admovenda sunt. 11, 2, 50 *si favi* maiore parte vacant aut sine -is adaperti sunt. PLIN. nat. 21, 80 *alvarii* -um a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magna sit alvus *eqs.*

c *variarum rerum*: CIC. nat. deor. 2, 136 *aspera arteria* tegitur quodam quasi -o (*cf. Aristot. respir. 11 p. 476 a 34 ἔχει ἡ ἀρτηρία οἷον πῶμα τὴν ἐπιγλωττίδα*). COLVM. 12, 46, 4 tum factae scrobi -um imponitur (*cf.* PLIN. nat. 15, 63 in scrobe . . . fictili -o, dein terra operto). VLP. dig. 19, 1, 17, 8 -a puteorum. HIER. nom. hebr. p. 55, 26 Thof gehenna vel -um oris (*idem vocabulum explicatur 48, 4* protectio oris, *in Ier. 7, 31* latitudo).

2 *laxius de quovis tegmine*: LEX par. fac. Put. (CIL I^{2} 698) 2, 3 -a . . . abiegnea imponito, ex tigno pedario facito (*significantur tabulata asseribus imposita; cf. Wiegand, FlJb., Suppl. 20, 1894, 753 sqq.*). VARRO ling. 5, 167 quibus operibantur, operimenta, et pallia -a dixerunt. PLIN. nat. 8, 140 *coclea* adhaerente -o eiusdem testae se operiens. CIL IV 7124 -a, colliquia ven(alia) (*c. pro subst. accepit editor; an potius* -a colliquia(ria) *coll. Catone agr. 14, 4* conliciares *tegulae?*). TERT. cult. fem. 2, 7 l. 8 affigitis . . . nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis et -um verticis, nunc in cervicum retro suggestum. LACT. opif. 5, 9 eos nodos *ossium* . . . leni quodam -o texit, quod dicitur cartilago, scilicet ut sine attritu . . . flecterentur *membra*. HIER. in eccles. 12 p. 1113^{B} in hirsutis castanearum -is absconditus fructus. CIL X 6 *legavit municipibus* pugillares membranaceos -is eboreis.

deriv.: operculo. *compos.*: cooperculum.

[opericon *v.* hodoeporicum *et Henriksson, Büchertit. 67.*]

*****operīmentum,** -ī *n.* *ab* operire. operm- *metri causa* PRVD. psych. 462, *praeterea in var. lect.* PLIN. nat. 13, 94 VVLG. num. 4, 25 OROS. hist. 3, 15, 5. NOT. Tir. 97, 76. *de notione*: AVG. c. Pelag. 1, 16, 32 generale nomen est tegmen, quo indumentum et -um omne possit intellegi. GLOSS. II 426, 60 *πῶμα*: -um, cooperculum. IV 466, 15 tegmen: -um. *legitur (singulis modo locis, nisi aliud adnotavimus) inde a* CATONE (*bis*), VARRONE, CIC., SALL., VITR., SEN. *philos.*, PLIN. nat. (*novies*), GELL. [*variat c.* operamentum PLIN. nat. 13, 94, cooperimentum THEOD. PRISC. log. 78.]

i. q. instrumentum operiendi: **1** *proprie*: **a** *de rebus inanimis* (*de vermibus tamquam strato p. 681, 21*): **α** *de vestibus variisque textilibus*: ① *generatim*: CATO agr. 10, 5 instragula VIII, pulvinos XVI, -a X, mappas III, centones pueris VI (*eadem serie* 11, 5. *similiter distinguitur a veste stragula*: CAEL. AVR. acut. 1, 9, 59 straminum vel -orum [chron. 2, 13, 151]. 1, 9, 60 stramenta . . . mollia atque -a). VARRO ling. 5, 167 quibus operibantur, -a *dixerunt*. PLIN. nat. 8, 189 -a ei *ovi tecto* ex Arabicis praecipua. TERT. virg. vel. 7, 9 coma pro -o est *mulieribus* (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 21, 14 non -a sunt isdem *animalibus*: sufficiunt pili; . . . capilli et pro domibus et tectis et tunicis et palliis et -is *sufficiunt*). ITALA exod. 26, 14 (Ottob., Aug. quaest. hept. 2, 177; *cf.* VVLG.) facies -um tabernaculo de (*om.* Aug.) pelles arietum rubricatas et -a pelles hyacinthinas desuper (*gr. κατακάλυμμα . . . ἐπικαλύμματα*). I Tim. 6, 8 (Cassian. inst. 1, 2, 1) habentes . . . alimenta et -a his contenti simus (*gr. σκεπάσματα, Vulg.* quibus tegamur, *aliae vers.* vestitum, tegimentum, vestimentum; *cf.* CASSIAN. *l. c.* -a inquiens non vestimenta, ut in quibusdam Latinis exemplaribus non proprie continetur, id est quae corpus operiant tantum, non quae amictus gloria blandiantur). IVL. VAL. 3, 24 tergis *leonum sim.* . . . ad -a abuti homines (*Hist. Alex. M. I p. 112, 14 Kr. περιβολαῖς*). AMM. 16, 8, 8 mensam -is paribus (*i. purpureis*) tectam. CHIRON 136 *iumentum* copertum dimitte . . ., deinde abicere cum -is. HIER. epist. 60, 10, 2 vili tunica et -o pari, quod tecto tantum corpore frigus excluderet. VVLG. II Macc. 3, 25 equus . . . optimis -is adornatus (*gr. σαγῇ, recc. LX* opertorio [*item Ambr. off. 2, 29, 147*], *P* strato, *BM* compositus ornamentis). *al.* *c. gen. obi.*: PLIN. nat. 8, 156 detracto oculorum -o. ITALA num. 3, 25 (Lugd., *cf.* VVLG.) tabernaculum et -um eius (*gr. κάλυμμα*). *ibid.* -um ianuae tabernaculi (*gr. κατακάλυμμα*). deut. 22, 30 (Lugd., *cf.* VVLG.) non accipiet homo uxorem patris sui et non denudabit -um patris sui (*gr. συγκάλυμμα, Monac.* tegumentum. *cf.* VVLG. deut. 27, 20 maledictus, qui . . . revelat -um lectuli eius *i. patris* [*Lugd.* decoperimentum]). RVFIN. hist. 6, 2, 11 pectoris. PRVD. psych. 462 lateris. AVG. quaest. hept. 3, 32 capitis. VEN. FORT. vita Leob. 10, 32 iacentis sub lecti -o (*cf. l. 62*). DYNAM. vita Max. (BHL 5853) 13 vehiculi. *c. gen. (adi.) materiae*: ITALA num. 4, 11 (Aug. quaest. hept. 4, 8) -o pelliceo hyacinthino (*item* 4, 12 [Lugd., *ubi antea bis* cooperimentum]; *utrobique gr. καλύμματι*, VVLG. ianthinarum pellium [*item* 4, 10]). iud. 8, 26 (Aug. quaest. hept. 7, 41) -a purpurea (*gr. cod. Alex. τῶν περιβολαίων τῶν πορφυρῶν, sed Vatic. τῶν ἱματίων καὶ πορφυρίδων ut* Lucif. reg. apost. 1 p. 35, 24 -a et purpuram; *Vulg.* veste purpurea). HEGES. 5, 9, 3 lineo (*gr. 5, 231 ὑποδύτην*). CASSIAN. inst. 1, 2, 4 cilicii. de (*cf. l. 43*): VVLG. exod. 39, 33 opertorium de pellibus arietum rubricatis et aliud -um de ianthinis pellibus.

② *speciatim de lorica, armatura sim.*: SALL. hist. frg. 4, 65 equis paria -a erant; ⟨nam⟩que linteo ferreas laminas in modum plumae adnexuerant. PANEG. 4, 22, 4 -o ferri equi atque homines pariter obsaepti. AMM. 24, 2, 10 lamminae singulis membrorum lineamentis cohaerenter aptatae fido -o totam hominis speciem contegebant. 24, 6, 8 -is scorteis equorum multitudine omni defensa. *huc forsitan pertineat locus obscurus* ITALA Ier. 15, 12 (Hier. in Ier. 3, 55, 1) si cognoscet ferrum et -um aeneum (*gr. περιβόλαιον, Hier. hom. Orig. in Ier. 11 p. 670*^{A} ferrum et opertorium aereum virtus tua, *aliter Vulg.*; *de discrepantia versionum egit Hier. ad l.*).

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *de variis rebus* (*per comparationem l. 17*): ① *c. gen. rei, qua quis (quid) operitur*: CIC. leg. 2, 56 redditur . . . terrae corpus et . . . quasi -o matris (*i. terrae*) obducitur. SEN. nat. 4, 2, 18 argentum replumbatur . . ., nullum materiae superadornatae manet -um. PLIN. nat. 13, 94 *mensam* -o lamnae *citreae* vestitam fuisse (*cf.* 16, 231 quae *ligna* in lamnas secentur quorumque -o vestiatur alia materies). ITALA cant. 2, 14 (Rufin. Orig. in cant. 4 p. 234, 13) veni in -o petrae (*gr.* ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, *Vulg.* in foraminibus p.; *cf. Rufin. l. c.*: sub umbra petrae incedat obtecta). AMM. 31, 2, 18 *Halani* plaustris supersidentes, quae -is curvatis corticum per solitudines conferunt. MACR. somn. 1, 2, 17 intellectum sui vario rerum tegmine -oque subtraxit *natura*. ⑪ *alia*: VITR. 10, 11, 8 chelonii replum, quod est -um *sc. regulis superpositum*. PLIN. nat. 2, 137 *fulmine* dolia exhauriuntur intactis -is (*cf.* MACR. Sat. 7, 12, 15 dolia . . . -is . . . muniunt. GREG. M. dial. 2, 29 p. 120, 6 M. coepit -um . . . dolei . . . sublevari). GELL. 14, 6, 4 -is, quibus Achillis clipeus munitus est. ITALA Is. 50, 3 (Hier. *ad l.*) induam caelum tenebris, et quasi cilicium -um eius (*gr.* περιβόλαιον, VVLG. saccum ponam -um eorum *caelorum*). AMM. 20, 11, 10 *de cratibus vimineis*. HIER. interpr. Iob 38, 9 circumposui illi *mari* nubem -um (*gr.* ἀμφίασιν, *Vulg.* vestimentum). VVLG. Is. 14, 11 subter te (*i. cadaver tuum*) sternetur tinea et -um tuum erunt vermes. Ezech. 28, 13 omnis lapis pretiosus -um tuum (*cf.* HIER. *ad l.* p. 270^{A} -um tuum sive colligatio tua et circumdatio). *al.*

b *de partibus corporis, frugum*: PLIN. nat. 11, 153 insectorum omnium et testacei -i (*gen. qual. ut vid.*; *cf. Aristot. part. anim. p. 658a1* τοῖς σκληροδέρμοις) oculi moventur . . .; quibus fragilia -a, iis oculi duri (*cf.* AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 43 quae *cocleae* nisi intra testae -um sint, spirare non possunt [EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 6 -a testarum, *gr.* περιβολὴν τοῦ ὀστράκου]). 11, 226 cute -isque corporum magis aut minus bruta esse *animalia*. 15, 86 honor iis *nucibus iuglandibus* naturae peculiaris gemino protectis -o, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis (15, 88 pomum natura compactili -o clausit. 15, 89. *cf.* MARCELL. med. 11, 7 alii tunicula vel -um). AMM. 22, 1, 2 *iecur* -o duplici viderat tectum *haruspex*. AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 21 ut sine admixtione et -o atque nudum sacrificium sit (*spectat ad lev. 1, 6. cf. l. 56*). Noe 15, 50 *corpus humanum* deus ad omnium membrorum protectionem naturalibus vestivit exuviis et quodam circumfuso induit -o. RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 45, 16 adhibete . . . etiam labiis falcem (*sc. ut praeputio*) et oris -a desecate, quandoquidem talis (*i. non figuralis*) vobis in divinis litteris complacet intellectus. MACR. Sat. 7, 15, 11 ἐπιγλωττίς . . . provisa est, quae, cum cibus sumitur, -o sit arteriae. THEOD. PRISC. eup. faen. 78 sub -o cutis.

2 *in imagine maxime a vestibus sumpta et translate*: HIL. in Matth. 4, 13 lucerna Christi non recondenda sub modio est neque -o occultanda synagogae. 5, 11 coelestis gloriae. 24, 11 quodam corporis sui tamquam alarum -o calorem ut pullis suis vitae immortalis indulgens. AMBR. Hel. 4, 9 bonum -um, quod et animam tegit, . . . ne a temptatore nudetur; bonum velamen, quod tegit culpam *eqs.* Iob 3, 4, 10 remitte pallium iniquitatis, sume -um fidei atque patientiae, quo se operibat David in ieiunio, ne amitteret integimenta virtutis; ipsum ieiunium -um est. Noe 29, 112 animae (*postea*: gemino amictu . . . mens nostra vertitur). Ps. HIER. in II Cor. 3, 13 *Iudaeos* in corde habere velamen . . ., qui ubi conversi fuerint . . ., de super sensu eorum -um intellectus auferetur. RVFIN. Orig. in lev. 5, 12 p. 357, 14 (*allegorice explicantur praecepta lev. 7, 18 sqq. de sacrificio faciendo data*) ablatum fuerit a corde tuo omne, quod crassum est et emundatum fuerit ab omni -o, quod igni tradendum est. CASSIAN. conl. 2, 13, 12 absque ullo confusionis -o omnia debent senioribus revelari. EVCHER. form. 2 p. 10, 14 caligo: divinorum secretorum -um. CASSIOD. in psalm. 118, 18 quodam . . . -o ignorantiae interior aspectus obducitur (*infra*: velamen). FACVND. defens. 12, 3 p. 840^{A} superbia, quae in -um sui talia *verba* solet obtendere.

cf. cooperimentum.

*operio, -uī, -tum, -īre. [*praeverbio* ob- *formatum diceres ut oppositum* aperio *praeverbio* ab-; *de radice s. v.* aperio *allata parum constare monemus. Sch.*] *scribitur* opp- *e. g.* TER. Phorm. 816 *A*. CYPR. GALL. gen. 133 *A* (op- *metri gratia productum*). NOT. Tir. 97, 73. 74. *de formis*: *imperf.* -ib- VARRO ling. 5, 167 PROP. 3, 13, 35 AMBR. Iob 3, 4, 10 (-ieb *var. l.*); *fut.* -ibo POMPON. Atell. 147. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 11 abditum . . . involutum. -tum. obtectum. GLOSS. πωμάζω. καλύπτω. σκεπάζω. σκέπω. -it: celat, velat, tegit. cooperit. -ite: περιβάλετε. -or: ἐγκαλύπτομαι. *cf. p. 687, 68 et vol. VII 1, 1741, 72.* *legitur inde a* NAEV., PLAVTO *aliisque scaenicis*, CATONE. [*confunditur in codd. imprimis c.* aperio (*saepe, e. g.* TRAG. inc. 76 Ov. fast. 5, 486; *falso trad.* TAC. ann. 2, 57, 3 TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 612, 6; *restituitur* VARRO ling. 5, 165 SEN. nat. 4 praef. 6. 17 *p. 682, 31*. PETRON. 14, 5 STAT. silv. 4, 4, 30 CHIRON 447), cooperio (HEGES. 5, 42, 1. *al. cf.* CONSENT. gramm. p. 11, 4 N. *barbarismus* fit, . . . si quis dicat coperit pro -it [*sim.* p. 4, 2]), operor (COLVM. 12, 6, 2 PLIN. nat. 18, 227. *al.*), opperior (*falso trad.* TAC. ann. 11, 12, 2 AVR. VICT. Caes. 16, 11). *dub. trad.*: CIC. Scaur. 29 (*contextu lacunoso*, obruissem *Heinrich*). CELS. 8, 1, 15 a cervice duo lata ossa utrimque ad scapulas tendunt: nostri scutula -ta (*J*, scapulas *tantum V et fortasse F*), omoplatas Graeci nominant (*idem os appellatur 8, 1, 16. 19 al.* latum scapularum os; *cf. etiam 3, 22, 12* sub imis ossibus scapularum, quas omoplatas Graeci vocant). *obscurum*: VVLG. Sirach 40, 28.]

CAPVT PRIVS: *c. obi. vel obi. supplendo i. q. tegendo obducere, obtegere sim.* (*graece respondere solet* καλύπτειν [ἐπι-, κατα-, συγ-], *quod fere non adnotatur. absolute*: PAVL. sent. 3, 6, 79 TERT. pall. 5, 3 ITALA gen. 28, 20 [Hier. epist. 120, 2, 4 *al.*]. VVLG. Is. 11, 9):

I *pertinet ad indumenta vel texta alia, quibus teguntur animantia, sc. fere homines* (*distinguitur ab* induo: AVG. in psalm. 108, 21 induitur . . . quisque tunica, -itur pallio [*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 79 indutui vel -endi . . . causa], *opp.* amicio *infra l. 69. adhibetur proprie vel in imagine, hic illic c. colore occultandi vel protegendi; ad II relegare maluimus vestes opprimendi causa iniectas [p. 685, 74], ornamenta, armaturam sim.*): A *transitive*: 1 *structura originaria* (-o *aliquem veste*) *vel formis inde derivandis*: a *caput sim.* (*obvolvit caput interfector sui*: HOR. sat. 2, 3, 37 VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 SEN. nat. 4 praef. 17, *cf. Waltz, Rev. Et. Lat. 17, 1939, 298 sqq. de discrimine inter caput velandum et obvolvendum; ceterum v.* AVG. quaest. hept. 3, 32 p. 264, 19 in nostra consuetudine, quia caput apertum magis habetur, -itur in luctu [*cf. l. 27*] *et Plut. quaest. Rom. 10 sqq.*): α -tus (*vi fere adi.*): NAEV. carm. frg. 4 noctu Troiad exibant capitibus -tis (PLAVT. Amph. 1094 invocat deos . . . manibus puris, c. -to. Curc. 288. 389 -to c. Aesculapium salutat. CIC. Cato 34 *Masinissam* nullo frigore adduci, ut c. -to sit [PETRON. 16, 3 SERV. auct. Aen. 8, 288. MACR. Sat. 3, 6, 17 *opp.* aperto]. HOR. sat. 2, 3, 37 cum vellem mittere -to me c. in flumen. VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 -to c. flens et gemens. *al.*; *c. abl.*: HIER. epist. 14, 2, 2 c. -tum linteo). PLAVT. Curc. 293 -to capitulo calidum bibunt. SEN. Oed. 623 donec in apertum efferat vultus -tos. nat. 4 praef. 17 non . . . ferro incubui nec in mare -to (*Axelson, Senecastudien 66*; aperto *trad.*) ore desilui. CLAVD. DON. Aen. 3, 170 p. 289, 22 *Penatium* comae -tae ex more et ora manifesta. HIER. epist. 22, 27, 7 -ta facie. β *formae verbales*: PLAVT. Most. 523 cave respexis, . . . -i caput (Poen. 744 ne nos leno noverit. POMPON. Atell. 147 negato esse hic me; ego -bo c. PAVL. FEST. p. 47 quo *vestimento*. p. 184. VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 *de interfectore sui*. CELS. 6, 7, 1^{B} unguento calido perunguere et -ire. PETRON. 7, 4. 20, 3 pallio [GELL. 19, 9, 9 *iuxta* c. convelato]. 90, 1. *al.*; *c. praep.*: PASS. Paul. 17 de maforte). QVINT. decl. 306 p. 203, 19 -es flammeo canos. ITALA Ezech. 12, 6 (cod. 175) faciem tuam -es ([*Vulg.* velabis]. VVLG. exod. 34, 35 Esth. 7, 8. *al.*). AMM. 16, 12, 59 vultum, ne agnosceretur, -ens (VVLG. gen. 38, 15. III reg. 19, 13 pallio. *al.*).

b *alia*: α *operimento non indicato*: PLAVT. Pseud. 666 iube sis te -iri: beatus eris, si consudaveris (*cf.* CATO agr. 157, 11 -ito *mulierem infirmam*. LAEV. carm. frg. 15 complexa somno corpora -untur. CELS. 3, 12, 4 antequam inhorrescere possit, -atur. PLIN. epist. 1, 22, 7 *ut* febrium ardorem inmotus -tusque transmittat). PACVV. trag. 265 opprimite ulcus: nudate . . . -ite (*cf.* NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 p. 551, 24 vulnus [*in imag.*: CYPR. laps. 15 -untur morientium *i. lapsorum* vulnera]). HOR. sat. 1, 2, 86 equos . . . -tos inspiciunt. QVINT. inst. 11, 3, 141 -iri . . . umerum cum toto iugulo *sc. togā*. PS. QVINT. decl. 12, 13 ducimus -tas exsequias (*i. mortuorum corpora*). PLIN. epist. 6, 16, 20 corpus *Plinii maioris* inventum integrum, inlaesum -tumque ut fuerat indutus. TERT. virg. vel. 11, 1 virginem -iri oportere. ITALA Is. 58, 7 (Lucif. Athan. 1, 42 p. 142, 1 *al.*, *cf.* VVLG.) si videris nudum -i ([*gr.* περίβαλε, *Iren. 4, 17, 3 = 4, 29, 3 H. al.* cooperi, *Cypr. testim. 3, 1 p. 108, 20 al.* vesti]. Matth. 25, 36 [cod. a *al.* = VVLG.] *eram* n. et -uistis me [*gr.* περιεβάλετε, *c* vestistis, *ff*^{1} texistis, *var. lect. Vulg.* cooperuistis]. *al.*). *et saepius.* β *c. abl. operimenti*: *nudo*: CATO orig. 113 mulieres -tae auro purpuraque (CAPITOL. Maximin. 14, 2). ACC. trag. 617 -tus squalitate est luctuque horrificabili (*de Telepho; cf. 615* vestitus taeter). VARRO frg. Non. p. 189, 20 *simulacrum Fortunae* undulatis togis est -tum. LAEV. carm. frg. 24 -tus amictu. PROP. 2, 15, 6 tunica duxit -ta moram *puella* (AVG. civ. 22, 8 p. 576, 16 D.). LIV. 21, 4, 7 *Hannibalem* militari sagulo -tum humi iacentem. VAL. MAX. 1, 7 ext. 9 quo . . . pallio . . . dormiens -tum se viderat, interfectus . . . contectus est (GELL. 13, 8, 5 -ti barba et pallio. APVL. flor. 4 p. 18 pallio cadavera -iri et philosophos amiciri. VVLG. iud. 4, 18 *Sisara fugiens* -tus ab ea *i. Iahel* pallio, *sc. ne deprehenderetur*. Zach. 13, 4 nec -entur *pseudoprophetae* pallio saccino, ut mentiantur [*cf.* HIER. *ad l.*: erat habitus prophetarum, ut quando populum ad poenitentiam provocabant, induerentur cilicio]. *al.*). 5, 5, 4 *fratrem mortuum* pretiosa veste -tum rogo inposuit (CELS. 3, 7, 2^{C} multa v. -endus est *aegrotus*. ITALA Bar. 6, 12 [Legion. = VVLG.] *deos ligneos* v. purpurea [*epist. Ier. 12* περιβεβλημένων]. VVLG. III reg. 1, 1 *David senex cum* -retur v., non calefiebat). 9, 2 ext. 5 caput eius et pedes praecisos . . . clamyde -tos. CELS. 3, 9, 2 febricitantem hominem . . . multis vestimentis -bat (ITALA III reg. 11, 29 [Lucif. reg. apost. 4 p. 44, 21] v. novo [*gr.* περιβεβλημένος, VVLG. pallio]. VVLG. I reg. 19, 13 *statuam*. II reg. 20, 12 *Amassam mortuum*). *al.* *pendente e praep.* (*cf. etiam p. 683, 81 sqq.*): ITALA II par. 28, 15 (Complut.) nudos . . . -uerunt de spoliis et induerunt eos ([*gr.* περιέβαλον ἀπό, *Vulg.* vestierunt de]. CYPR. GALL. gen. 133 de vestibus artus. *item accedit* de *l. 39. p. 683, 66*). psalm. 68, 11

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Sangerm. *al.* = Vvlg.) -ui in ieiunio animam meam ... et posui vestimentum meum cilicium (*gr.* συνεκάλυψα [*Sin.*^{2}, συνέκαμψα *cett.*] ἐν. *ad rem cf. p. 681, 51*). Cassiod. hist. 10, 31, 4 ex lineis vestibus (*Theodoret. 5, 39, 15* ἐνδύσασθαι χιτωνίσκον ἐκ λίνου πεποιημένον). γ *operimentum ponitur pro subi.*: Verg. Aen. 11, 680 pellis ... umeros ... -it (Prop. 3, 13, 35 amantes. Sen. Herc. O. 1934 lacertos). Gell. 6, 12, 4 tunicis ... manus totas -entibus. Vvlg. exod. 28, 42 facies ... feminalia linea, ut -ant carnem turpitudinis tuae a renibus usque ad femora. *al.*

2 *structura inversa* '-o *vestem*' (*cf. l. 39. p. 688, 45. ad hanc structuram pertinere videtur* Tert. pall. 5, 3 pallio nihil expeditius ...; moram nusquam *sc. facit* vestiendo, cum ponitur; quippe tota molitio eius -ire est solutim: id uno circumiectu licet): Itala Ezech. 16, 18 (cod. 176) fecisti tibi imagines ... et accepisti tibi vestem versicolorem tuam et -isti illam (*sed gr.* περιέβαλες αὐτά *vel* -άς, *Aug. bapt. 3, 19, 27 p. 221, 5* cooperuisti idola, Vvlg. -uisti illas. *cf.* Hier. *ad l.*: subauditur 'imagines masculinas'). Gloss. III 656 cap. 12 (*e cod. s. IX*) ponite pulvinum, -ite stragula et opertoria (*gr.* περιβάλετε).

3 *structura contaminata* '-o *aliquem vestem*' (*sec. gr.*; *cf. p. 688, 57*): Itala Ezech. 18, 7 (Didasc. apost. 14, 7) nudum -et tunicam (*gr.* γυμνὸν περιβαλεῖ ⌊ἱμάτιον⌋ [*om. Vatic. ut* cod. 175. 176], Vvlg. vestimento).

B *mediopassive*: 1 *forma* '-or *veste*' (*exempla minus certa v. supra; hic illic abl. suppl.*): Varro ling. 5, 167 quibus -ibantur, operimenta, et pallia opercula dixerunt. Cels. 1, 3, 37 neque sub divo noctu dormire, aut certe bene -iri. Gell. 10, 15, 27 *flaminica Dialis* venenato -itur (*eadem* Serv. auct. 4, 137). Tert. virg. vel. 7, 2 *mulieri* convenit -iri (*Vulg. I Cor. 11, 6* velet caput suum. *cf.* 8, 7. 17, 2 modice linteolis ... nec ad aures usque demissis cerebro tenus). Itala Is. 4, 1 (Ps. Aug. quaest. test. I 47, 3, *cf.* Vvlg.) vestimentis nostris -emur ([*gr.* περιβαλούμεθα, *postea in paraphrasi* v. suis induuntur]. Vvlg. exod. 22, 27 *vestimentum* est solum, quo -itur, indumentum carnis eius. deut. 8, 4). I Macc. 14, 43 (recc. LX = Vvlg.) purpurā (*gr.* περιβάλληται, *rec. B* vestiatur). Cypr. epist. 8, 1 lanis. Vvlg. deut. 22, 12 pallii tui, quo -eris (Ruth 3, 4. *cf.* 3, 15 palliolum tuum, quo -iris). *al.* *accedit indicatio partis corp. per acc. relationis*: Prop. 2, 2, 8 *Pallas* Gorgonis anguiferae pectus -ta comis. 2 *forma* '-or *vestem*' (*in usum translatum vergunt* psalm.): Itala psalm. 70, 13 (Veron. *al.*) -antur detrahentes confusionem et verecundiam (*gr.* περιβαλέσθωσαν αἰσχύνην, cod. 400 *al. et* Vvlg. confusione, *Aug. in psalm. 70, 14 l. 63* induantur confusionem). 72, 6 (*ibid.*) -ti sunt iniquitatem et impietatem suam (*gr.* περιεβάλοντο ἀδικίαν, cod. 400 *al. et* Vvlg. iniquitate, *Aug. in psalm. 72, 11* circumamicti sunt iniquitate, *Hier. psalt. sec. Hebr.* circumdederunt iniquitatem sibi). 108, 19 (*ibid.*) *inimicus* induit se maledictionem sicut vestimentum ...; fiat ei sicut vestimentum, quod operietur, et sicut zona, qua ... praecingitur ([*gr.* ὃ περιβάλλεται, cod. 400 *al. et* Vvlg. quo, *Hier. psalt. sec. Hebr.* quo circumdatur]. Bar. 6, 57 [Legion., *cf.* Vvlg.] aurum et argentum et v., quod -ti sunt *dii lignei* [*gr.* περικείμενον]). I Macc. 10, 64 (rec. L) -tum eum purpuram (*gr.* περιβεβλημένον ... πορφύραν, Vvlg. purpura, *rec. B* involutum ... veste purpurea). Matth. 6, 31 (codd. b k *al.*) quid bibemus aut quid -emur? (*gr.* τί περιβαλώμεθα, cod. a *al.* = Vvlg. quo [quid *Vulg. var. l.*]).

C *reflexive*: 1 *forma* '-o me *veste*' (*vel operimento non indicato*): Itala gen. 24, 65 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 38, 21, *sim.* Vvlg.) tulit theristrum et -uit se (*gr.* περιεβάλετο). Ruth 3, 4 (Complut.) -es te ... et dormies (*aliter gr. et* Vvlg.). III reg. 21, 27 (Ambr. Nab. 17, 70) -uit se cilicio et erat indutus sacco ([*gr.* ἐζώσατο, Vvlg. -uit cilicio carnem suam]. I Macc. 2, 14 [rec. L = Vvlg.; *gr.* περιεβάλοντο, *rec. B* cooperuerunt]). Ezech. 34, 3 (cod. 176) lanis vos -etis (*gr.* περιβάλλεσθε, *Tert. pudic. 7* vestimini, *Cypr. epist. 57, 4. al.* vos tegitis, Vvlg. -iebamini). act. 12, 8 (Leo M. serm. app. 18, 1) -i te (*gr.* ζῶσαι, *Vulg.* praecingere). Vvlg. Agg. 1, 6. *in imag.*: Itala Is. 59, 6 (Parm. Aug. c. Parm. 2, 3, 6) tela eorum *sc. impiorum* non erit ad vestiendum neque se -ent de operibus suis (*gr.* περιβάλωνται ἀπό, Vvlg. -entur o.). Ambr. Iob 3, 4, 10 operimentum fidei atque patientiae, quo se -ibat David in ieiunio. 2 *forma* '-o me *vestem*' (*in imag. praeter* act.): Itala psalm. 108, 29 (cod. 325) -ant se deploidem confusionem suam (*gr.* περιβαλέσθωσαν ... αἰσχύνην, *Sangerm.* cooperiant se ... confusionem, *Veron.* circumamiciantur ... confusionem, Psalt. Rom. *al.* -antur ... confusionem, Vvlg. *et* Hier. psalt. sec. Hebr. -antur ... confusione). Is. 59, 17 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 13) induit se iustitiam ut loricam ... et -uit se vestem (*var. l.* veste) vindictae (*gr.* περιεβάλετο, *Hier. ad l.* circumdatus est, Vvlg. -tus est quasi pallio zeli). act. 12, 8 (cod. d, Leo M. serm. app. 18, 2 p. 516^{A}) -i te vestimentum tuum (*gr.* περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιον, *cod. e* = *Vulg.* circumda te [tibi *Vulg.*] vestimentum).

II *pertinet ad quaelibet tegimenta*: A *structura originaria pro obi. est qui (quod) operimento tegitur* (*c. abl. passim; pro abl. ponitur* ex: Itala num. 4, 5 [Rufin. Orig. in num. 4, 2 *sec gr.* κατακαλύψουσιν ἐν]. Vvlg. exod. 26, 12); in [*sc. accedente vi locali*]: Plin. nat. 18, 103. 31, 114 Tert. anim. 55, 1 [ex *var. l.*]. Hier. epist. 49, 21, 2. interpr. Iob 15, 27 [*gr.* ἐκάλυψεν ... ἐν]. Vvlg. thren. 3, 43; *vix recte trad.* de: Sen. epist. 90, 17; *ceterum v. quae p. 682, 81 collegimus. usu fere transitivo; mediopass.* Ov. fast. 1, 153 Plin. nat. 9, 160; *refl.* Plin. nat. 8, 140. 10, 103. 32, 120 Amm. 16, 12, 49 Avg. pecc. orig. 18, 20):

opertio, -ōnis *f.* *ab* operire. *i. q. actus vel effectus operiendi*: VARRO ling. 5, 72 Neptunus, quod mare terras obnubit ut nubes caelum ab nuptu, id est -e *eqs.* (*cf.* PAVL. FEST. p. 184 nuptiae dictae a capitis -e). AVG. in psalm. 10, 8 l. 16 quibusdam scripturarum locis obscuris, tamquam clausis oculis dei, exercentur ut quaerant; et rursus quibusdam locis manifestis, tamquam apertis oculis dei, illuminantur ut gaudeant; et ista in sanctis libris crebra -o atque adapertio tamquam palpebrae sunt dei (*cf.* 10, 12 l. 19 -em atque adapertionem oculorum, quod nomine palpebrarum probabile est positum). *loco parum perspicuo*: ITALA Dan. 12, 2 (cod. 176, Fulg. Rusp. c. Arian. 9 p. 220[C]) multi dormientium in terrae fossura (in terra et f. *cod. 176*) in -e exsurgent (*fortasse per contaminationem duarum versionum gr., sc. Theodotionis* ἐν γῆς χώματι *et LXX interpretum* ἐν τῷ πλάτει τῆς γῆς, *ut Ambr. exc. Sat. 2, 66* in terrae fossu in adapertionem. *ex alterutra tantum versione pendent*: Ps. Aug. spec. 27 p. 425, 2 exurgent in -em terrae, *Ambr. in psalm. 1, 51* in tumulo terrae, *Aug. civ. 22, 3 p. 557, 1 D.* in terrae pulvere [*sic Vulg.*] sive ut quidam interpretati sunt aggere, *Cassiod. in psalm. 95, 13* in terra per fissuras. *cf. Hier. ad l. p. 576[A]* operti erant malorum pondere).

cf. coopertio.

operto, -āre. *ab* operire. *i. q. (bene) operire*: ENN. ann. 508 tergus . . . sagus pinguis -at (*inde pendere videtur* PAVL. FEST. p. 191 -at: saepe operit).

***opertōrium,** -ī *n.* *ab* operire. *scribitur* opor- *var. l.* VVLG. exod. 36, 19 CONC. Arvern. a. 535 p. 67, 13; -tur- ITALA psalm. 101, 27 (cod. 305). GREG. TVR. (*passim*). NOT. Tir. *et var. l.* VVLG. exod. 39, 33. CONC. *l. c.* NOT. Tir. 97, 75. GLOSS. vestimentum. ἐπιβόλαιον. περιβόλαιον. GLOSS. I p. 163 perodites (*?*): -um oculorum.

i. q. instrumentum operiendi: 1 *de textilibus, pellibus, vestibus sim.* ('-um de pellibus' VVLG. exod. 39, 33): SEN. epist. 87, 2 ex duabus paenulis altera stragulum, altera -um facta est (*simili distinctione*: THEOD. PRISC. log. 34 uti plumis et mollioribus -is vel

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

straminibus. GLOSS. III 656 cap. 12 ponite pulvinum, operite stragula et -a [*gr.* περιβόλαια]). ITALA gen. 49, 11 (Maximin. Aug. coll. c. Max. 8 p. 726 *al.*) lavabit in vino stolam suam et in sanguine uvae -um suum (*gr.* περιβολήν, *Vulg.* pallium). exod. 22, 26 (Ps. Aug. spec. 11 p. 366, 6) *vestimentum pigneratum* reddes ei: est enim ei hoc solum -um paupertatis eius (*uno subst. vertuntur duo gr.* περιβόλαιον *et* ἱμάτιον, *Wirc.* cooperimentum . . ., vestimentum, *Ambr. Tob. 14, 46* coopertorium . . ., vestimentum, *Vulg. aliter*). Ezech. 16, 13 (cod. 176, Hier. hom. Orig. in Ezech. 6, 10 p. 388, 21) -a tua byssina (*gr.* περιβόλαια, *Hier. in Ezech. ad l.* amictus, *Vulg.* vestita es bysso. *allegorice interpretatur* HIER. *l. c.* p. 388, 22 profunditas sensuum -um est byssinum). 27, 7 (cod. 175, Hier. *ad l., cf.* VVLG.) de insulis Elissa (Elise et *cod. 175*) facta sunt -a tua (*gr.* περιβόλαια. *explicat Hier.*: operimentum illius *navis*, quod in solis calore . . . vectoribus praebet umbraculum). II Macc. 3, 25 (recc. LX, *sim.* Ambr. off. 2, 29, 147) equus . . . optimo -o ornatus (signatus *X; v. p. 680, 55*). Luc. 23, 11 (cod. d) coperiens eum -um candidum (*gr.* ἐσθῆτα, *cod. a al.* = *Vulg.* veste). HERM. Pal. vis. 4, 2, 1 mitra erat -um eius (*gr.* κατακάλυψις, *cf. vulg.* tegumento). CHIRON 288 -is operitur bene, ut sudet. *al.* *? de armatura* ITALA *p. 680, 83.* 2 *de variis rebus* ('sicut vestimentum' ITALA): ITALA psalm. 103, 6 (cod. 400) abyssus sicut vestimentum -um eius *terrae* (*gr.* περιβόλαιον, *Veron. al. et Vulg.* amictus. *inde* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 76 cuius *dei* abyssus -um est, cuius tenebrae latibulum). AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 31, 3 (2 ne dixeris . . .: 'circumfusus sum tenebris; quis me videt . . .?') nescis illam caliginem noctis non -um, sed incentivum esse peccati? GREG. TVR. Franc. 9, 34 p. 455, 8 arcae. *de operculo sepulcri*: SIDON. epist. 3, 12, 2 supra senis nostri ipsum -um torsi latrones (*an recte* '= *sepulcrum*' *Gruppe in indice edit. Luetjoh.?*). GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 143, 19 vectem, qui decidente -o inter ipsum ac labium sepulchri remanserat. glor. conf. 17 cum -um sarcofagi non inveniret (*seq.* ablatum . . . de hoc sepulchro cooperculum. 34 eius. vit. patr. 7, 4). *ibid.* auferendo -um tumuli (glor. mart. 105 p. 560, 27. *cf. Mart. 2, 43* coopertorium). *al. apud eundem.*

cf. coopertorium.

[Ps. DIOSC. Vind. 1, 1 p. 6, 13 ἶρις . . . Ῥωμαῖοι . . . οἱ δὲ γλαδίολουμ, οἱ δὲ ὠπερτρίτις (*ὀπ- var. l.; corruptum.* σουπερστιτιώσα *Krause,* σουπερσκρίπτα *André*), οἱ δὲ κονσακράτριξ.]

opertum *v.* operio.

opertūra, -ae *f.* *ab* operire. *fere i. q. opertio*: CHIRON 517 et lavacris calidis et -is et deambulatione utere.

cf. coopertura.

1. opertus, -ūs *m.* *ab* operire. [*vix restituendum* MANIL. 4, 800. TERT. resurr. 35 p. 77, 19 (*v. Evans ad l.*). PAVL. NOL. carm. 23, 287.] *i. q. operimentum*: APVL. apol. 56, 2 *linum* non modo indutui et amictui . . ., sed -ui quoque rebus sacris usurpatur. MACR. Sat. 7, 9, 26 nobis ostendit res -u naturae tectas. *Beikircher.*

2. opertus, -a, -um *v.* operio.

operula, -ae *f.* *ab* opera *deminutive.* *i. q. parva vel levis opera*: 1 *de auxilio vel ministerio alicui praebito*: VLP. dig. 50, 14, 3 (*de proxenetis*) -a ista defuncti sunt et ministerium qualequale accomodaverunt (ARNOB. nat. 4, 30). AVG. epist. 47, 1 ne tuae dilectioni negarem -am meam (*cf.* 261, 3. 266, 4). 2 *metonymice de mercede* (*cf.* opera): APVL. met. 1, 7, 10 -as . . ., quas . . . saccariam faciens merebam.

opes *v.* ops.

[**opetes** *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 19 l. 26. *an mera dittographia? cf. l. 25* sopitis *et adn. crit.*]

ōphaz *indecl.* (*sed gen.* ofae ITALA Wirc.), *sec. gr.* ωφαζ *ex hebr.* 'ûpaz (*cf.* păz), *quod hodie nonnulli pro nom. propr. accipiunt.* *scribitur saepius* of-. *de notione*: HIER. epist. 37, 1, 1. 37, 1, 3 plura . . . apud Hebraeos auri sunt genera, unde ob distinctionem nunc (*sc.* Dan. 10, 5) -z positum est, ne quis zaab putaret. *cetera v. p. 155, 65; adde* EVCHER. instr. 1 p. 81, 17 ISID. orig. 16, 18, 2.

aurum (de) -z *i. q. aurum purum*: ITALA Dan. 10, 5 (Weing.) renes eius cincti auro -z (Wirc. -ae, *Vulg.* obrizo). VVLG. Ier. 10, 9 adfertur et aurum de -z (*huc spectat* HIER. *p. 155, 66*). *cf. Onom. s. v.* Ophir.

quod prodesset — **ōphelēma** (ὠφέλημα) enim sic appellemus CIC. fin. 3, 33 (*cf.* 3, 69).

ophiaca, (-ōrum) *n.*, ὀφιακά. PLIN. nat. 20, 258 Petrichus, qui -a (*i. carmen de serpentibus*) scripsit.

ophiasis, -eōs *f.*, ὀφίασις. *in codd. scribitur* of- *vel* off-. *acc. pl.* -īs ORIBAS. syn. 8, 23, 1. *morbus capillorum* (*Cels. 6, 4, 2 v. sub* ophis): PS. SORAN. quaest. med. 218 quid est -is? tinea (*cf.* ORIBAS. eup. 4, 5 *ter* [*bis* -eos]. syn. 8, 23, 1). *ibid.* defectus est capillorum. THEOD. PRISC. eup. faen. 16 ut . . . -is ex serpentum squamis cognomentum acceperit (*cf.* ALEX. TRALL. 1, 1). GLOSS. III 603, 33 -is: ἀλωπηκία.

ophicardelon (*acc.*). [*orig. inc. Sch.*] *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 177 (*cf.* 1, 37, 65) -on barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. OP 101 *ubi additur* de obsiano lapide *eqs.*).

ophidion (-īd-?), (-iī) *n.*, ὀφίδιον. *nomen piscis*: PLIN. nat. 32, 109 -on, pisciculus congro similis (*cf.* 32, 149. 1, 32, 35).

ophiogenīs (-ēs) *m.*, ὀφιογενεῖς. *non nisi nom. et acc. pl.* *i. q. serpentigenae*: 1 *ut appellativum*: VARRO frg. Prisc. gramm. II 524, 4 Parii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum -is cum arbitrantur *eqs.* 2 *ut nom. propr.*: PLIN. nat. 7, 13 quos -es vocat. 28, 30 Psylli Marsique et qui -es (-is *pars codd.*) vocantur.

ophiomachus, -ī *m.*, ὀφιομάχος (-μάχης). *nomen locustae cuiusdam* (*de re v. Plin. nat. 11, 102*): VVLG. lev. 11, 22 et attacus et -us (opimacus *A*) ac locusta (*inverso ordine gr.* ὀφιομάχην. *explicat* HESYCH. *ad l.*: -i . . . ab appellatione manifestatur . . . virtus, quem imitari bonum est et intellegibilibus repugnare serpentibus (*huc spectare videntur* GLOSS. V 574, 27 opinacus ignota [*cf. 562, 5* attacus ignota] *nec non* GLOSS.[L] I Ansil. OB 355 obpiomacem: lacertam [*sim.* OP 202]).

ophiōn, (-nis) *m.*, ὀφίων (*quod alibi non legitur*). *nomen animalis Sardi*: PLIN. nat. 28, 151 animal cervo minus . . ., quod -n vocaretur. 30, 146.

ophiophagī, -ōrum *m.*, ὀφιοφάγοι. *i. qui serpentibus vescuntur*: MELA 3, 81 Panchai . . . quos . . . -os vocant. PLIN. nat. 6, 169 Candaei, quos -os vocant (*inde* SOL. 33, 17).

ophioscordon *n.* *nomen capparis*: DIOSC. 2, 159 p. 241, 2 cappar, quem multi . . . ofioscordon (*gr. 2, 173, 1* ὀφιόσκορδον) . . . appellaverunt.

ophiostaphylē, *acc.* -ēn *f. et* **ophiostaphylon** *n.*, ὀφιοστάφυλον (*fem. in graecis non legitur*). *scribitur disiuncte* ophios staphyle *in codd.* PLIN.; ofiistafilon *vel* epistasilon DIOSC.; epistafilon GLOSS. *nomen herbae*: 1 *i. q. capparis*: PLIN. nat. 13, 127 (*cf.* 1, 13, 44) alii -en vocant. DIOSC. 2, 159 p. 241, 2 (*gr. 2, 173, 1*). GLOSS. III 562, 20. 2 *i. q. vitis alba*: DIOSC. 4, 177 p. 87, 22 ampelos leuce . . . aut -on (*gr. 4, 182, 1; cf. Plin. nat. 23, 21*).

ophis, (-is) *m.*, ὄφις. *scribitur* of- POL. SILV., GLOSS. *i. q. serpens*: 1 *proprie*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 33 *inter nomina colubrarum.* PRAEDEST. 1, 17 coluber . . . Graece -is dicitur (*ex* AVG. haer. 17, *ubi litt. graecis scribitur*). GLOSS. V 125, 31 -is coluber. 2 *translate de defectu capillorum*: CELS. 6, 4, 2 quod a similitudine -is (ophiasis *edd. vett., sed cf. Poll. 4, 192*) appellatur.

ophītēs, -is *m.*, ὀφίτης. *scribitur* of- *saepius,* ob- ISID. 12, 4, 30, obiter GLOSS. *de formis: sing. gen.* -is PLIN. nat. 36, 158; *acc.* -en DIOSC., CAEL. AVR.; *abl.* -e PLIN., IVL. VAL.; *plur. nom.* -ae MART., AVELL. *de genere: fem.* ISID. *sub 2.* *fortasse huc pertinet* NOT. Tir. 100, 99[a] o[r]ph[ir]itis (*iuxta* porphyrites).

1 *nomen lapidis* (GLOSS. genus marmoris): LVCAN. 9, 714 parvis pictus maculis Thebanus -es (ADNOT.: marmor maculosum. COMMENT.: Aegyptiacum marmor). PLIN. nat. 36, 55 cum sit illud *marmor* serpentium maculis simile (*inde* ISID. orig. 16, 5, 3). 36, 56. 136. 158 albo. STAT. silv. 1, 5, 35. MART. 6, 42, 15 flamma tenui calent -ae. IVL. VAL. 1, 3 DIOSC. 5, 169 capp. p. 165 AVELL. p. 752, 17 CAEL. AVR. chron. 3, 8, 138. 2 *abusive i. q. genus serpentis* (*fortasse e falsa interpretatione versuum Lucani ortum, cf. Sofer, Etym. d. Isid. 61 sq.*): ISID. 12, 4, 30 -es dicta, quod colorem arenae habeat (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. OB 182).

deriv.: *?* ophiticus.

? **ophīticus,** (-a, -um). [*ab* ophītēs; *an* *ὀφιτικός *? Sch.*] NOT. Tir. 100, 99[b] o[r]ph[yr]iticus (*iuxta* porphyriticus).

ophiūchus *v. Onom.*

ophiūsa, -ae *f. ab* ὄφις, *cf.* ὀφιοῦσσα. *nomen herbae*: PLIN. nat. 24, 163 (*cf.* 1, 24, 102) *nasci* -am in Elephantine . . . lividam difficilemque aspectu *eqs.* *cf. Onom.*

ophrȳs *f.*, ὀφρῦς. *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 164 (*cf.* 1, 26, 93) denigrat . . . -ys (-os *codd.*) herba, denticulato oleri similis, foliis II.

ophth- *v.* opth-.

[**opicer** FEST. p. 302 *mutilum.* ovicerda (*i. stercus ovium*) *coni. Furlanetto.*]

opicillum (VARRO Men. 116) *v.* pocillum.

opicizo, -āre *et* **opizo,** -āre, ὀππικίζω, *ὀπίζω. LYD. mens. 1, 13 ἐξ ἧς (*sc.* Ὀππικῆς πόλεως) καὶ ὀππικίζειν, καὶ ὡς τὸ πλῆθος, ὀφφικίζειν τὸ βαρβαρίζειν Ἰταλοὶ λέγουσιν. SCHOL. Iuv. 3, 207 opizin (*i.* ὀπίζειν) Graeci dicunt de his qui inperite loquuntur; alii opicos dicunt eos, qui foedam vocem habent. *ibid.* cod. Leid. 82 (p. 245 Wessner) opicizare dicitur minuere litteram loquendo (*sim.* SCHOL. Pers. 1, 35 cod. Bern. 257 GLOSS. V 654, 47. *plura recentiora apud Rönsch, Collect. philol. 146, ubi etiam* opizare).

cf. ὀππικιστής *p. 703, 4 et* opicus.

opicum, (-ī) *n.*, ὀπικόν. *genus medicamenti*: NOT. Tir. 98, 87 (*inter varia unguenta*) -um (hap-, hop-, hup- *codd.*).

opicus, -a, -um, ὀπικός. *nomen priscum Oscorum, cf.* FEST. p. 189 in . . . antiquis commentariis scribitur -um pro Obsco *et gr.* Ὀπικοί (*inde a Thuc.*); *deinde abiit in vocem contumeliosam.* *gen. pl.*: -ōn CATO.

significat aliquid abhorrens a doctrina vel urbanitate hominum eruditorum: 1 *fere i. q. barbarus, rudis*: a *de animantibus* (*praecipue de iis, qui litterarum Graecarum imperiti sunt, cf. Otto, Sprichw. n. 1297*): CATO ad fil. frg. 1 nos quoque *Graeci* dictitant barbaros et spurcius nos quam alios -on (*Jahn,* -os *codd.*)

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appellatione foedant. TIRO Gell. 13, 9, 4 nostri -i (*antea*: rudes Graecae linguae). IVV. 3, 207 divina (*i. Graeca*) -i rodebant carmina mures (SCHOL. *v. sub* opicizo. *inde* GLOSS. V 654, 47. GLOSS.[L] II Philox. p. 149 AP 18 -us: ὀππικιστής ὡς Ἰουβενάλιος). 6, 455 -ae castigat amicae verba (SCHOL.: inperitae, male pronuntiantis. GLOSS. V 654, 46 -ae id est sacra [*cf. p. 162, 1 sqq.*]). FRONTO p. 20, 12 v. d. H. (p. 25 N.). p. 40, 11 (p. 44 N.) laudavi beatius -um tuum (*an neutr. pro subst.?*). AVR. Fronto p. 30, 23 (p. 31 N.). SCAVR. gramm. VII 23, 2 nisi -us legat. GELL. 2, 21, 4 *opp.* Graecas res eruditi. 11, 16, 7 ille -us (*11, 16, 2* litterarum et vocum Graecarum expers). ENNOD. epist. 7, 22, 2 p. 190, 15. **b** *de rebus*: SIDON. epist. 8, 3, 1 turbida et praeceps et -a translatio.

2 *fere i. q. obsoletus, obscurus*: AVSON. 212, 3 p. 68 P. exesas tineis -asque evolvere chartas. 393, 99 p. 249 quod non -ae tegunt papyri.

3 *fere i. q. spurcus*: AVSON. 128, 2 p. 344 P. Eunus Syriscus, inguinum ligurritor, -us magister — sic eum docet Phyllis (*cf.* FEST. p. 189 *et* PAVL. FEST. p. 188 *ubi nomen Opicorum vel Obscorum cum voce q. e.* obscenus *coniungitur*).

deriv.: opicizo. *cf. Onom.*

opidum *v.* oppidum. *Flury.*

opifer, -a, -um. *ab* ops *et* ferre. *notatur* opif CIL XII 2990 (*cf.* add. p. 832). [*dub. lect.* INSCR. Väänänen, Graff. del Palatino n. 51 -r *Correra*, dapifer *Marichal, Rev.Et.Lat. 45, 1967, 157. confunditur in codd. c.* opifex OV. met. 1, 521. 15, 653. *perperam restit. Corsaro* DRAC. laud. dei 1, 434 (*cf. André, Rev.Phil. 38, 1964, 188*).]

i. q. opem ferens: **1** *epitheton deorum*: CIL I² 1480 Dianai -ai Nemorensei. OV. met. 1, 521 *de Apolline*. 15, 653 deus . . . -r *i. Aesculapius* (*cf. 744* salutifer). FAST. ann. Iul. Arv. Aug. 23 (CIL I² p. 214) Opi -ae (PLIN. nat. 11, 174 [*cf. Jordan Ephem.Epigr. 1, 1872, 229*]). CIL XIV 3539 (*fere sub Tiberio*) Fortunae. XII 2990 Letinnoni b(ono) -o (*cf. Cramer, RE XII 2144*). INSCR. Dessau 3331 (*titulo manco*). **2** *de rebus*: PLIN. nat. 16, 64 *folia fraxini* contra serpentes . . . -a. ARNOB. nat. 1, 44 *Christum* nihil nocens aut noxium, sed -um, sed salutare . . . nobis . . . donasse.

opifera, -ōrum *v.* opisphora.

ᴺ**opifex,** -icis *m.* (*f. et n. v. infra*). [*ab* ops *eodem atque* opus *sensu adhibito et* facere, *vix ab* *opos, *ut sit pro* *operifex; *cave conferas exemplum recentius* vulnificus *a dactylicis formatum. Sch.*] GRAMM. suppl. 74, 26 -x id est opus faciens (*cf.* GLOSS.). ISID. orig. 10, 200 -x, quod opus faciat aliquod. *aliter* SERV. auct. Aen. 8, 377 idem valet 'opis' quod 'artis'; hinc -es. NOT. Tir. 29, 13. *gen. plur.* -ium *trad.* ALC. AVIT. hom. 28 p. 150, 11. *de genere*: GRAMM. suppl. 119, 13 communia trium generum ut hic et haec et hoc -x. *fem.*: COLVM. 3, 10, 10 rerum aeterna -x *i. Natura (cf. R. Sobel, Stud. Colum. p. 56); sub II saepius coniungitur c. subst. fem. (adde p. 704, 48) et neutr. adi. v. sub II.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 445, 9 sellulani (*i.* -arii). -es. artifices. redemptores. institores. GLOSS. δημιουργός. χειροτέχνης. artifex. fabricator. operis factor. opus faciens. II 313, 58 ἐργοδιώκτης: institor, -x. 476, 45 χειρουργός: -x. 594, 8 statuarius: statuarum -x. 595, 28 tignarius: tignorum -x. III 271, 7 τεχνίτης: artifex, -x. GLOSS.[L] I Ansil. OP 116 operarius. *legitur inde a* PLAVTO, CIL I² 2125, CIC., VARRONE, SALL., HOR. [*variat cum* artifex QVINT. inst. 2, 15, 4. 2, 21, 24. *restituitur* DRAC. laud. dei 1, 434 (*v. sub* opifer).]

i. qui opus facit, conficit: **I** *ponitur solum vel in appos. mere explicativa* (*imprimis iuxta nom. propr., e. g. p. 704, 35*): **A** *strictius significat animantes, qui victus quaerendi causa artem quandam exercent*: **1** *homines* (*comparationes cum deo, natura v. p. 704, 64*): **a** *de iis, qui in artibus sordidioribus et vulgaribus versantur* (*saepius cum colore contemptus*): **α** *in universum*: PLAVT. Most. 828 non . . . haec pultiphagus -x opera fecit barbarus. CIL I² 2125 incolae -esque dedere. CIC. Flacc. 18 -es et tabernarios atque illam omnem faecem civitatum. rep. 1, 35. fin. 3, 4 -es . . . tueri sua artificia. 5, 52 homines infima fortuna . . . -es denique. ac. 2, 144. Tusc. 4, 44 -um antelucana . . . industria. nat. deor. 2, 150. off. 1, 150 -es . . . omnes in sordida arte versantur (*in descriptione artium ut*: SEN. epist. 88, 21 *sunt artes* vulgares -um, quae manu constant et ad instruendam vitam occupatae sunt). SALL. Catil. 50, 1 -es atque servitia. Iug. 73, 6 uti -es agrestesque omnes . . . relictis operibus frequentarent Marium (*item iuxta rusticos*: PLIN. nat. praef. 6 agricolarum, -um turbae. IREN. 2, 32, 2 [2, 49, 1 H.]. ARNOB. nat. 1, 50 p. 34, 5 LACT. inst. 3, 25, 12. *al.*; *de ipso rustico*: CYPR. GALL. gen. 65 hic positus custos Adamus . . . atque -x [*sec. gen. 2, 15* ut operaretur *paradisum*]). LIV. 1, 59, 9 *Romanos* -es ac lapicidas pro bellatoribus factos. 4, 9, 9. 6, 25, 9 intentos . . . -es suo quemque operi. 8, 20, 4 -um . . . vulgus et sellularii. 26, 16, 8 multitudo institorum -umque. 26, 47, 2 eos *sc.* -*es* publicos fore populi Romani edixit. 27, 17, 7. PAVL. FEST. p. 224 ut denuntiarent -bus, manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. *et saepius.* **β** *indicatur ars vel condicio -is* (*per gen., adi. necnon subst. appos.*): SEN. benef. 6, 17, 1 vilissimae mercis (*cf.* EVTR. 9, 9, 2 vilissimus). CIL VI 8648, 2 (*aet. imp. Hadr.*) praepositus -bus domus Augustianae. VLP. dig. 50, 13, 1, 7 ceterarum artium -bus sive artificibus (CIL XIII 2000, 4 a. vitriae). TREB. trig. tyr. 8, 3 ferrarium (*cf.* AVR. VICT. Caes. 33, 9 ferri). DON. vita Verg. l. 2 Br. -em figulum. AVR. VICT. Caes. 35, 6 monetae. VVLG. act. 19, 25 *argentarios* et eos qui huiusmodi erant -es (*gr.* ἐργάτας, *var. l.* τεχνίτας. *Itala [cod. e] et var. l. Vulg.* artifices; *cod. g* operarios). ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 4 p. 490[extr.] tentoriorum (*gr.* σκηνοποιῷ). PS. RVFIN. in Am. 9, 11–12 p. 1103[A] caementarii. CASSIOD. hist. 6, 27, 3 publici . . . -es artificesque monetae (*gr. Sozom. 5, 15, 6* τῶν δημοσίων ἐριουργῶν). CIL XII 1384 lapidari. XIII 2828, 5 -es loricari.

b *de pictoribus, sculptoribus, architectis sim.*: CIC. orat. 5 ne -es quidem se ab artibus suis removerunt, qui . . . non potuerunt . . . Coae Veneris pulchritudinem imitari (*cf.* COLVM. 1 praef. 31 ne minoris quidem famae -es . . . laborem suum destituisse). fin. 2, 115. Tusc. 1, 34 -es post mortem nobilitari volunt. nat. deor. 1, 77 poetae, pictores, -es. OV. met. 8, 201 *de Daedalo*. SEN. contr. 10, 5, 15 *de Parrhasio*. SEN. epist. 58, 21 -x statuam figuravit. 65, 3 in statua materia aes fuit, causa -x (*seq. l. 51*). QVINT. inst. 5, 10, 10. ITIN. Alex. 20 eius scientiae -bus, quos architectonas vocant. CHALC. comm. 284 *formam* imponit -x. 343 *bis*. SCHOL. Iuv. 9, 145 -es, servi argentarii. PS. RVFIN. in Os. 13, 1–2 p. 1027[B] manus -um fingendi gnara. CLAVD. 18, 163 -x tauri tormentorumque repertor (*de Perillo ut*: OROS. hist. 1, 20, 3 aeris -x). AVG. civ. 12, 26 p. 551, 29 D. homines figuli et fabri atque id genus -es, qui etiam pingunt *eqs.* soliloq. 2, 9, 17. MACR. Sat. 7, 14, 22 si fallax -x materiam quae pomi pondus imitaretur elegit.

2 *crabrones* (*cf. II B 1*): PLIN. nat. 11, 73 *crabronum* duo genera: -es, minores corpore . . .; matres (*cf. Aristot. hist. anim. p. 628 a 2* ἐργάται). 74 -es funguntur munere (*ibid. iterum*).

B *laxius significat auctorem cuiuslibet operis* (*huc spectare videtur* NON. p. 457, 24 [*inter impropria*] -em ⌊non solum ex opere⌋ [⌊⌋ *Quicherat*, non ex ope *trad.*] posse dici Cicero Tusculanarum lib. v auctor est [*v. infra*]. *accedit gen. passim, inf.* PERS.): **1** *in universum*: **a** *de hominibus* (*anima* PRVD.): CIC. ac. frg. 19 non . . . vocabulorum -em sed rerum inquisitorem decet esse sapientem (*cf.* Tusc. 5, 34 Zeno . . . ignobilis verborum -x [PRVD. apoth. 805 morumque]. ITALA Esth. 6, 3 [Complut.] sermonum [*gr. et Vulg. deest*]). HOR. sat. 1, 3, 133 sapiens operis . . . optimus omnis est -x. PERS. 6, 3 (*de Caesio Basso poeta*) mire -x numeris . . . primordia vocum . . . intendisse. AMM. 14, 11, 11 persuasionis -x callidus (*cf.* 17, 5, 15 suadendi). MACR. Sat. 2, 4, 29 *de eo qui corvum loqui instituerat.* ALC. AVIT. carm. 4, 341 *Noe* -x salutis. **b** *de rebus* (*sc. incorporalibus praeter* APVL.; *per prosopopoeiam* PRVD.): CIC. fam. 7, 25, 2 is *sc. stilus* . . . est dicendi -x (*cf. de orat. 1, 150* effector). SEN. epist. 90, 27 *sapientia* non est . . . instrumentorum . . . -x; . . . artificem vides vitae. QVINT. inst. 2, 15, 4 esse rhetoricen persuadendi -em (*var. l.* artificem), id est πειθοῦς δημιουργόν (*item de rhetorica*: AMM. 30, 4, 4 suasionis -em). APVL. Socr. 1 p. 116 diei -em (*de sole*). PRVD. psych. 260 Fraus . . . fallendi versuta -x. AVG. ord. 2, 11, 34 p. 171, 17 *in carminibus* dimensionem esse . . . suavitatis -em. **c** *in sententiis generalibus* (*neglegitur, quis sit -x*): SEN. epist. 65, 4 prima, inquit *sc. Aristoteles*, causa est ipsa materia . . ., secunda -x (*cf. Aristot. metaph. p. 1013 a 31* τὸ ποιοῦν. *antea l. 17*). LACT. inst. 2, 2, 13 tamquam possit plus esse in opere quam in -e. 2, 8, 42 omne . . . ex quo fit, quia recipit -is manum, destruitur. CHALC. transl. p. 28[A] operi . . . fortunam dat -x suus (*gr.* ὁ δημιουργός; *Cic. Tim. 4* is qui aliquod munus efficere molitur). comm. 337 omnis . . . materia silvestris -i subiacet, ut aes statuarum artifici *eqs.* PAVL. NOL. epist. 16, 2 p. 116, 13 ut sit *res* eadem creator pariter et creatura id est -x et opus. CANON. Turner I 2, 1 p. 332 c. 4 l. 11 quod creatur, -em habet, quod nascitur, patrem (*sim.* p. 333 c. 7 l. 3). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 30, 20 effectus est ab -e, adfectus in opere. *quasi proverbialiter*: MAXIMIN. c. Ambr. 77 opus -em probat.

2 *de deo, natura sim.* (*de Prometheo* CLAVD., *de diabolo p. 705, 22; ceterum cum -e comparatur natura* CIC. nat. deor. 2, 81. 142, *deus* ARNOB. nat. 7, 35 CHALC. comm. 26 AVG. civ. 16, 8 p. 137, 22 D. ALC. AVIT. carm. 1, 76): **a** *respicitur creatio mundi et hominis sim.* (*tam apud paganos quam apud Christianos, deest apud* TERT. [*v. Braun, Deus Christianorum 380 sq.*] *et in* VVLG. [*in* ITALA *semel invenimus*]; *gr. resp.* δημιουργός *nisi aliud notatur*): OV. met. 1, 79 ille -x rerum, mundi . . . origo (COLVM. 3, 10, 10 aeterna [*v. p. 703, 45*]. LVCAN. 10, 267 *syn.* creator. LACT. inst. 5, 3, 25. AVIEN. Arat. 28 *de Iove*. PAVL. NOL. carm. 5, 8 [= AVSON. 153, 8 p. 7 P.] *de Christo*. HIL. gen. 121. *al*). APVL. apol. 64, 7 assiduus mundi sui -x (CHALC. transl. p. 29[A] et fabricator [*Cic. Tim. 6* artifex]. p. 32[B] [*gr.* ὁ θεός]. AVSON. 419, 80 p. 374, 547 P. et causa. PRVD. ham. 116. *al.*). MIN. FEL. 17, 6 quae . . . ut crearentur, fierent, disponerentur summi -is et perfectae rationis eguerunt. ARNOB. nat. 1, 29 conditorem eius *i. solis* -emque (*seq.* genitor eius *i. lunae* et fabricator). 2, 52 solem . . . esse horum *hominum* -em. 3, 22 non . . . ipsi -es dii sunt. LACT. inst. 4, 9, 2 Zenon . . . -em universitatis λόγον praedicat ([*cf. Diog. Laert. 7, 147; Tert. apol. 21, 10* artificem *et* factitatorem]. CHALC. transl. p. 28[C] genitoremque [*gr.* ποιητήν]. SERM. Arian. frg. I 1 p. 597[A] creator et -x u.). opif. 7, 7. epit. 37, 2 *de Christo*. CHALC. transl. p. 41[A] quorum *deorum* -x idem paterque ego ([*Cic. Tim. 40* parens effectorque]. AVG. serm.

[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

241, 8, 8). *et saepe apud eundem.* MAR. VICTORIN. ad Iust. 8 is ... mihi est conditor, qui et -x mundo. HIL. in Matth. 4, 24 cum ... neglecto -e suo religionem operibus impertirentur. trin. 11, 47 qui origo ... qui -x est. ZENO 1, 6, 2 (1, 4, 6 L.). AMBR. hex. 1, 9, 33 naturae ([*cf. Basil. hex. 2, 7, 6* ποιητής, *Eustath.* conditor]. Noe 12, 41). MAXIMIN. c. Ambr. 130. 134 generale opus unius -is. RVFIN. Adamant. 4, 7 conditorem et -em materiae. Basil. hom. 2, 8 admirandus (*gr. p. 216^C* ὁ ἀριστοτέχνης, *var. l.* ὁ ἄριστος τεχνίτης). Orig. princ. 2, 1, 4 p. 110, 15 mundi opus ... sine -e ... constare. PRVD. ham. 283. 697 parens -xque et conditor Adae. c. Symm. 2, 202. CLAVD. 8, 239 *de Prometheo hominis conditore.* AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 p. 548, 12 creatorem atque creaturam, -em atque opus. *al.* *sim. de conditore civitatis caelestis*: ITALA Hebr. 11, 10 (Conc.^{S} I 5 p. 379, 26 Mutian. Chrysost. hom. 23 p. 379/80) cuius *sc. civitatis* architectus (artifex *Mutian.*) et -x deus (*Hier. epist. 98, 2, 3* fabricator, *129, 3, 4* creator, *cod. e et Vulg.* conditor). **b** *transfertur ad auctorem variarum rerum et actionum*: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 156, 7 miraculorum (*gr. I 1, 2 p. 84, 12* ὁ θαυματουργήσας). p. 163, 3 incorruptionis ... -x corruptionem non operatur (*gr. I 1, 2 p. 75, 8* πρόξενος). MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 13, 27 deusne huius mali *i. peccatorum* auctor et -x? (*cf.* 13, 34 peccatum ... *non* esse substantiam ..., quia sic haberet ... deum -em et auctorem. p. 62, 33 mortis -x diabolus factus est). ENNOD. epist. 9, 9, 1 p. 234, 10 salutis. MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 quorum bonorum praeparator et -x deus est (*gr. p. 163* παρασκευαστής). *sublucente vi strictiore*: SEDVL. op. pasch. 2, 12 ut ignis metalla sordium consumptione clarificat, ita nos ab originali contagione sua bonus -x flamma mundavit (*cf. carm. pasch. 2, 155* salvator).

II *determinat alia subst., unde vergit plus minusve in vim adi.* (*iuxta alia adi.*: HOR., PLIN., MACR. *infra sub B*, CHALC. *l. 37*, CLAVD. MAM.; *circumscribitur compar.* VARRO *l. 66; appos. explic. v. sub I*): **A** *attributive*: **1** *praevalente notione auctoris*: **a** *spectat ad deum vel naturam*: **α** deus -x: *accedit gen.*: CIC. nat. deor. 1, 18 -em aedificatoremque mundi Platonis de Timaeo d. SEN. Phaedr. 189 -x trisulci fulminis ... d. *i. Vulcanus.* LACT. opif. 3, 18 de -e rerum d. *al.* *sine gen.*: CHALC. transl. p. 30^D (*gr.* ὁ θεός *tantum ut* p. 46^C). comm. 137 ab -e et intellegibili d. 199 a magno -e d. 201 summi -is d. *al.* AVIEN. Arat. 621 ut ... munus ... Phoebo formaret nervis -x d. MAXIMIN. c. Ambr. 138 cum ... -em genuerit d. PAVL. NOL. carm. 23, 309 ipse -x lux nostra d. *al.* **β** *aliae iuncturae*: PLIN. nat. 31, 1 -e natura ne in illis quidem cessante (MACR. Sat. 7, 16, 14). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 11, 1 -is verbi dei ([*Migne gr. 36 p. 321^C* ὁ τεχνίτης ... λόγος]. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 19 p. 81, 15 cuncta ... fundamentum habentia -x v.). AVG. civ. 15, 3 p. 62, 7 D. -x sapientia. GREG. ILIB. in cant. 1, 8 F. magistra sapientia et -x ratio. EPIST. imp. Honor. et Theod. Migne 56, 490^C formandi mundi -em curam. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 56, 26 -i temporum divinitati (*gr. I 1, 6 p. 5, 25* τῇ δημιουργῷ ... θεότητι). EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 4 -bus (*var. l.* -is) servire praeceptis (*gr.* τῷ δημιουργικῷ προστάγματι).

b *de rebus variis*: GELL. 12, 1, 13 sanguis ille -x ... corpus hominis finxit *in utero* (*inde* MACR. Sat. 5, 11, 16). APVL. apol. 14, 8 levitas illa speculi fabra et splendor -x. ITALA sap. 7, 21 (Paul. Nol. epist. 39, 2) rerum -x sapientia (*gr.* ἡ ... πάντων τεχνῖτις ... σοφία, *Ambr. spir. 2, 9, 92* operatrix, *Vulg.* artifex). ARNOB. nat. 2, 17 -es manus atque ... perfectionis artifices. PANEG. 4, 4, 2 non segnis virtutum -x disciplina. LACT. inst. 2, 9, 22 -x calor. CLAVD. 28, 533 -x ... timor *sc. moenia condens.*

2 *praevalente notione operarii*: **a** *de apibus* (*cf. B 1*): OV. Ib. 541 -x ... spicula condat apis. PRVD. cath. 3, 73. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 9 volucris atque -x apicula. **b** *de hominibus* (*aliter p. 703, 81*): FRONTIN. aq. 96 numerum ... servorum -um. **c** *de instrumento*: ISID. orig. 19, 23, 7 -x acus.

B *praedicative*: **1** *de apibus fere i. q. operosus, laboriosus* (*cf. A 2 a et I A 2*): VARRO rust. 3, 16, 19 silvestres minores sunt ..., sed -es magis (*Aristot. hist. anim. p. 624 b 29* ἐργατικώτεραι, *Plin. nat. 11, 59* opere ac labore praestantes). MACR. Sat. 5, 11, 4 descriptas apes a Vergilio -es, ab Homero vagas. **2** *de homine*: HOR. carm. 3, 27, 30 studiosa florum et debitae Nymphis -x coronae *sc. Europa.*

3 *de rebus*: PLIN. nat. 5, 53 *Nilus* beluis frequens silvarumque -x medios Aethiopas secat. CONC.^{S} IV 2 p. 96, 12 verbum dei et vivum et -x confitemur (*gr. Greg. Nyss. or. catech. 1 Migne gr. 45, 16^C* ἐνεργὸν καὶ ποιητικόν).

in lusu verborum iuxta opera APVL. apol. 64, 7, *iuxta* opus *passim, nota iuxtapositiones distinctas ut*: LACT. inst. 2, 2, 13 MAXIMIN. c. Ambr. 77 PAVL. NOL. epist. 16, 2 AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 p. 548, 12.

deriv.: officina, opificium, *?* opificius, opificor, opificus; *cf.* 2. offex.

compos.: coopifex.

opificāmentum, -ī *n.* *ab* opificari. *i. q. creatura*: EVSEB. EMES. serm. 16, 6 deum ... et -a omnia (*postea*: de creaturis).

opificātio, -ōnis *f.* *ab* opificari. *i. q. creatio* (*legitur non nisi in vers. e gr. factis, gr. resp.* δημιουργία): CANON. Turner I 2, 1 p. 32^r, 15 qui se exsecavit ... sui ... est homicida et dei -i (-e *trad.*) inimicus ([*Dionys. Exig. ibid. I 1 p. 17* conditionis]. THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 16 p. 136, 2). CONC.^{S} IV 1 p. 70, 27 creaturam, quam ... causa -is ex deo esse putamus (*Conc.^{S} I 5 p. 98, 11* operationis. *II 3, 1 p. 213, 17* creationis). THEOD. MOPS. in Eph. 2, 10 p. 146, 20 quod dixit: 'ipsius enim sumus factura' ... non secundum primam dicit -em sed secundam (5, 29 p. 185, 22 *et* 186, 11. *cf.* 5, 28 p. 185, 19 s. principalem -em). 5, 32 p. 187, 11 in principium -is. in I Tim. 4, 3 p. 143, 7 pro ratione -is.

opificātrīx, -īcis *f.* *ab* opificari. *i. q. opifex* (*sc. in appositione usu fere adi.*): CONC.^{S} I 5 p. 322, 29 rec. B quod in ligno clavis erat confixum, non erat corpus, sed -x essentia sapientiae (*Migne gr. 26 p. 1053^A* ἡ δημιουργὸς οὐσία, *rec. Q p. 322, 17* creatrix).

opificīna *v.* officina. *Beikircher.*

opificium, -ī *n.* [*ab* opifex. *Sch.*] *scribitur* opp- GLOSS. V 377, 10. *gen. sg.* -ci VARRO rust. 3, 16, 20. *de notione*: GLOSS. ἐργοποιΐα. χειροτεχνία. ergasterium. ergastulum. GLOSS.^{L} IV Plac. o 22 res aliqua quae in opere est vel ubi opera fiunt (*cf.* V Abba OP 32).
legitur apud VARRONEM (*ter*) *et inde a* LACT.; *plur. apud* CHALC. *et* EVSEB. EMES. *invenimus.* [*variat in codd. cum* artificium, beneficium, officium, opifex, *v. infra.*]

i. q. opus opificis: **1** *praevalente notione actionis*: **a** *animantes opus faciunt* (*maxime victus vel quaestus parandi causa*): **α** *operarii, artifices sim.*: VARRO Men. 342 avida libido rapere ... coepit seque -o (opifico *vel* opifice *codd.*) non probiter clepere. frg. Non. p. 483, 37 non in suarum manuum (*Lindsay,* manu *trad., alii alia*) -o, quibus †alme lino quid faciunt aut palma. AVG. civ. 3, 2 p. 99, 1 D. miror Apollinem ... in tanto -o (*sc. moenibus Troianis aedificandis*) laborasse. quaest. hept. 2, 138 p. 180, 4 quae *opera* pertinere ad -um videntur (*cf. 2, 169 p. 200, 12* ad artes opificum). SIDON. epist. 6, 8, 1 non illi est -um (off- *var. l.*) quaestui, militia commodo, cultura compendio. OP. imperf. in Matth. 40 p. 852 quod sutoriam professus est artem et -um vel magisterium eius artis aperuit. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 7 quaecumque ... pictura aut sculptura venusta fuere vel alio quolibet -o pulchra simulacra (*gr.* κατασκευὰς ἀνδριάντων, *cf. Suet. Cal. 22, 2* simulacra ... arte praeclara). **β** *apes*: VARRO rust. 3, 16, 20 nisi -i eas urget tempus (*antea*: opus quod faciunt. *3, 16, 19* opifices. *3, 16, 14* mellificium).

b *deus (spiritus sanctus, Prometheus) opus facit homine, mundo sim. creandis*: LACT. inst. 2, 8, 16 cui *deo* nihil aliud quam -um concedis. 2, 8, 48 qui *prophetae* opus mundi et -um (artificium *var. l.*) dei ... testantur (SERM. Arian. frg. I 17 p. 625^B. PAVL. NOL. epist. 37, 6 p. 321, 22 naturale. LEO M. serm. 19, 2. CONC. Brac. a. 561, 3, 13 creationem universae carnis non -um d. *eqs.*; *cf. sub 2 a*). 2, 10, 6 tam mirabile tamque divinum -um *hominis creandi* homini *sc. Prometheo* dederunt (epit. 34, 11 ira 13, 13. SIDON. epist. 2, 2, 1 [beneficium *var. l.*]. FAVST. REI. symb. 1 Caspari Anecd. p. 320, 11 d. -i [opificis *var. l.*] dignitas. *cf. sub 2 a*). 2, 10, 11 quod de -o Promethei narrant. epit. 21, 3 praestitutis legibus serviunt *elementa* ... -o summi conditoris. ira 21, 4. HIL. trin. 3, 26 neque de creatore suo -i ipsius materia decernat. ZENO 2, 17, 1 (1, 34, 2 L.) -um domini deique consilium se deprehendisse. PAVL. NOL. epist. 24, 9 p. 209, 16 divinae manus. AVELL. p. 413, 19 ut lapsum suum in creatoris referret -um. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 56, 34 qui *Christus* spiritus sancti -o extitit. *al.* *in titulo libri*: LACT. opif.

c *operantur res*: CHALC. comm. 233 cum animae potestates -a (officia *var. l.*) sua recognoscunt nec aliena appetunt. 260 quasi corporeis -is sensus administrentur.

2 *praevalente notione rei effectae* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. OP 122 -o: opere perfecto): **a** *de rebus a deo creatis*: HIL. trin. 3, 25 per hanc magnificentiam mundi ac tam sapienter instituti -i ornatum. SERM. Arian. frg. I 17 p. 626^A unius dei esse -um hanc quae videtur creaturam (AVG. haer. 46 p. 38 carnem non d., sed malae mentis ... esse -um [*sim.* CONC. Brac. a. 561, 3, 7]. LEO M. epist. 15, 6 nec natura eius *diaboli* -um [off- *var. l.*] dei. EVSEB. EMES. serm. 24, 28.32. *paulo aliter* AVG. in euang. Ioh. 87, 4 quod ipse *mundus* odit in seipso, d. scilicet -um [*antea*: odit quod factus est per dei bonitatem]). AVG. c. Faust. 20, 22 p. 565, 28 corpora humana -um ... esse gentis tenebrarum (31, 4 p. 760, 2). c. Iulian. op. imperf. 3, 155 -um quod est homo. 4, 124 deus suum amat -um (CASSIAN. inst. 6, 12. 9, 7 conl. 14, 3, 2). EVSEB. EMES. serm. 24, 27 (*loq. sol*) creatura sum et non creator; -um et non opifex *eqs.* 25, 2 -a, intermisso creatore, adoraverunt. VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 14 antecedit creator creaturae suae -um. *al.* **b** *de rebus ab hominibus factis*: EVSEB. EMES. serm. 18, 38 (*de vestimentis*) intuebatur -orum varietatem. ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 4 si qui sic in -o duplicis bon⟨i (*gen. qual.*) aut⟩ Christum offerat aut frontibus Christianum (*i. in ecclesia, ubi et baptisma et eucharistia celebratur, nisi fallimur. item de ecclesia*: 22/23 p. 138, 35 [*contextu manco*] eminentis -i. 24 p. 142, 15 brevis -i). *Oomes.*

? **opificius,** -a, -um. [*si genuinum, ab* opifex, *cf.* carnificius, pontificius. *Sch.*] *i. q. ad opificem pertinens*: APVL. flor. 9, 14 plura ... mea extant in Camenis quam Hippiae in -is operibus (opera *vulgo,* operibus *del. Wower,* in opificis operibus *Hildebrand*).

opificor, -ātus sum, -ārī (*et* -o, -āre). [*ab* opifex. *Sch.*] GLOSS. II 476, 46 χειρουργῶ: -o, suspino (*i.* ruspino *?*). *i. q. opus facere,*
[*Beikircher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

operari: Evseb. Emes. serm. 5, 27 neque ... pater *i. deus* ideo -tus est, ut necessaria sibi faceret. 13, 7 *deus* qui -tus est ista.

deriv.: opificamentum, opificatio, opificatrix.

opificus, -a, -um. [*ab* opifex. *Sch.*] *i. quod opificis (vel opificii) est*: Evstath. Basil. hex. 3, 10, 2 illa, quae ... effecta sunt, -o suo virtutis sermone percurrens ... conlaudavit (*gr.* τοῖς τεχνικοῖς ... λόγοις).

? adv. **opificē.** *i. q. artificiose*: Tert. adv. Prax. 3 p. 230, 20 monarchiam, inquiunt, tenemus, et ita sonum ipsum vocaliter exprimunt etiam Latini et tam -e (etiam opifices *Rigaltius, cf. p. 230, 8* imprudentes et idiotae. *alii alia*), ut putes illos tam bene intellegere monarchiam quam enuntiant.

opigena, -ae *fem. ab* ops *et* gignere. *epitheton Iunonis, quae ex Ope dea nata est (sic Wissowa, Rel. u. Kult.^{2} 65, 3); sed veteres opiferam intellexisse videntur*: Pavl. Fest. p. 200 -am Iunonem matronae colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant. Mart. Cap. 2, 149 -am (soticenam *trad.*) te, quas vel in partus discrimine vel in bello protexeris, precabuntur.

Beikircher.

opigris i. sideritis Gloss. III 571, 52. *herbam putat André, Lex. des term. de botan. s. v., sed latet fortasse* ὀρείτης *lapis, cf. Plin. nat. 37, 176* oritis ... et sideritis vocatur.

ōpilio, -ōnis *et* **ūpilio,** -ōnis *m.* [*vox procul dubio composita; in parte priore stirps vocis q. e.* ovis *latere videtur; de parte altera non satis constat. Sch.*] *de prosodia et scriptura*: Caper gramm. VII 112, 5 upilio, nunc opilio. Serv. ecl. 10, 19 propter metrum ait 'upilio' — nam 'opilio' dicimus — et graeco usus est schemate, sicut illi dicunt οὔνομα pro eo quod est ὄνομα eqs. *in codd. legitur plerumque* op- (*in vers. non nisi* Plavt. Asin. 540 *prosodia non satis certa*); ūp-: Verg. ecl. 10, 19 (*MR*, ut filio P^1, op- P^2 *recc.*). Alf. dig. 32, 60, 3 F^a (op- *cett. edd.*). Colvm. 7, 3, 13 (S^1A^1; op- *ter apud eundem*). Gell. 16, 6, 11 (op- X^2Q *edd.*). Apvl. apol. 87, 7 met. 5, 25, 5. flor. 3, 3 (op- *quater*). Not. Tir. 108, 65. 130, 51. *de notione*: Serv. auct. ecl. 10, 19 ovium custos. Isid. orig. 10, 200 ovium pastor quasi ovilio (*CTX*, custos ovium *A*). Gloss. νομεύς. ποιμήν. ποιμὴν ὁ προβατοβόσκος. pastor. pastor ovium. pastor pecorum. *cett. v. infra.*

1 *i. q. pastor pecoris, imprimis ovium* (*capellarum* Apvl. met. 8, 19, 1; *cf.* Gloss. αἰπόλος, αἰγονόμος, caprarius): Plavt. Asin. 540 -o qui pascit ... alienas ovis. Cato agr. 10, 1 bubulcos III, asinarium I, subulcum I, -em I (*inde* Varro rust. 1, 18, 1). 56 vilico, vilicae, epistatae, -i modicos III (*sim. iuxta vilicum* Apvl. apol. 87, 7 rationibus villiconum et -um et equisonum. *cf.* Colvm. 7, 3, 13 -o vilicus. [*i. magister pecoris expl. Richter, Hermes 80, 1952, 212, 1 coll. Varrone rust. 2, 10, 2; addas* Gloss. V 316, 53 -es: magistri pecorariorum. Gloss.^{L} V Abba OP 23 -o: maior pastorum, pecorarius]). Varro rust. 2 praef. 4 alius ... -o et arator. 2, 1, 18 et armentarii et -es (Ambr. Cain et Ab. 2, 1, 3 p. 380, 1 a., -es ceterique pastores). 2, 9, 16. frg. Non. p. 168, 3 -o oves minus idoneas removere solet. Alf. dig. 32, 60, 3 -em, si eius generis oves curaret. Verg. ecl. 10, 19 venit et -o, tardi venere subulci (*inde* Apvl. apol. 10, 6 vir ultra Vergilianos -es et busequas rusticanus [flor. 3, 3]). Colvm. 3, 10, 17 -em ... et caprarium (Isid. orig. 1, 39, 16). 11, 1, 18 diligens. 12, 13, 1. Gell. 16, 6, 11 de ovium dentibus -es percontantur (*inde* Macr. Sat. 6, 9, 3). Apvl. met. 5, 25, 5 (*loq. Pan*) sum ... rusticanus et -o (10, 33, 1 *de Paride*). 8, 1, 3 equisones -esque, etiam busequae. 8, 19, 1. Vvlg. gen. 38, 12 -o gregis (*gr.* ποιμήν, *Itala Lugd.* pastor). Ps. Avg. serm. 51, 4 = Caes. Arel. serm. 131, 4. Greg. Tvr. Franc. 4, 26 -is, id est pastoris ovium. 2 *nomen avis* (*cf. André, Noms d'oiseaux 113*): Pavl. Fest. p. 191 -o genus avis. opunculo quod -is genus cantus imitantur.

cf. ovilio. *Flury.*

opim *v.* opium *et Onom. s. v.* Opis. **opimac-** *v.* ophiomachus.

opimē *v.* opimus.

opīmitās, -ātis *f. ab* opimus (*cf.* Non. p. 146, 4; opt- *trad., affert* Plavt.). *plur. non nisi* Plavt.

1 *i. q. divitiae sim.* (*iuxta pos.* opes Capt.): Plavt. Asin. 282 maximas -es gaudio effertissimas suis eris ... pariet (Capt. 769 meas ... auges opes, m. -es opiparasque offers mihi).

2 *i. q. status opimorum*: **a** *magis respicitur pinguitudo, corpulentia*: Itala Zach. 4, 14 (Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 495, 16; *de Moyse et Helia clarificatis sec. Luc. 9, 31 sq.*) duo filii -is (*sc. in figura duarum olearum; gr.* πιότητος, *Vulg.* olei, *Hier. ad l.* pinguedinis, *Aquila* στιλπνότητος, *Theodotio* λαμπρότητος). Tert. anim. 20, 4 -s sapientiam impedit, exilitas expedit. pudic. 9 p. 238, 6 -e dominici corporis vescitur (*de eucharistia*).

b *magis respicitur opulentia, ubertas* (*iuxta ponunt* Sol., Symm.): α *terrae vel frugum, segetum sim.*: Itala gen. 27, 28 (Tert. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 21) det ... tibi deus de rore caeli et de -e terrae ([*gr.* πιότητος, *Vulg.* pinguedine]. gen. 27, 39 [*ibid.* p. 421, 1; *gr. et Vulg. ut supra*]. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 27. *cf.* Tert. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 26 terrenae -is). Sol. 46, 5 *pomi* (*antea*: ubertas). Symm. epist. 8, 19, 1 -s segetis ... aut vindemiae ... ubertas. Ps. Orig. tract. 5, 26 B. -em frugum ... demonstrabant *septem anni ubertatis*. β *praedarum sim.*: Amm. 16, 11, 9 -e praedarum onusti (17, 2, 1. 19, 11, 2). 23, 3, 7 commercandi. γ *hominum*: Amm. 24, 3, 4 gentis *Persarum*. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 71 p. 943C nobilitate felix, -e uberrimus, censu nimium pinguis *Iob*.

opīmo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* opimus. *legitur paucis vel singulis locis inde a* Colvm. *in prosa oratione praeter* Avson. (*6*), Cypr. Gall., Mart. Cap.

i. q. opimum reddere (*part. perf. pro subst.* Arnob.): 1 *magis respicitur corpulentia, crassitudo sim.*: **a** *proprie, -antur animantia saginanda* (*fere animalia; sc. cibis sim.*): Colvm. 8, 7, 5 tempus ... -andi (*sc. aves*). 8, 9, 2 offae panis ... celerius -ant (*sc. turtura*). Avson. Mos. 105 -to ... fluens abdomine venter *salmonis*. 392, 2 p. 254 P. populator turdus olivae clunes -at. 396, 2 p. 250 ostrea ... maris aestus -at (Sidon. epist. 8, 12, 1 -ta vivariis o.). Avg. serm. 89, 3 esurientem ... fructu (*sc. fici*). Mart. Cap. 9, 914 *astra* victimis (*translatum videtur de opimitate victimarum*). **b** *in imag.* (*sc. -antur fideles bonis divinis; apud ecclesiasticos*): Hil. in psalm. 64, 17 (*explic. psalm. 64, 13* pinguescent fines deserti) ecclesiae ... populus repromissionis bonis -atur. Optat. 2, 14 p. 48, 18 quae *ecclesia* cruentis morsibus pascitur et sanctorum sanguine et carnibus -atur (*sim.* 2, 15 p. 49, 14). Pavl. Nol. epist. 1, 1 (*explic. prov. 15, 30* impinguant ossa sermones boni, *gr.* πιαίνει) ossa ... alloquiis. 38, 9 bonis disciplinarum fructibus -aris et in fruge virtutum tibi pastus est. Leo M. serm. 82, 4 pascendis ... ovibus *Christi* cibum, quo ipse eras -tus, impenderes. Prosp. in psalm. 113, 4 qui montium (*sc. apostolorum*) pabulis -antur. Fvlg. Rvsp. rem. pecc. 1, 18 placitis deo fructibus -tus. **c** *singulariter cum notione densandi*: Chalc. comm. 237 in soliditatem -to exordio *coni* (*sc. nativi spiritus, causae videndi; antea*: ab exordio tenui). 324 densatus *aer* ... in nebulas nubesque -atur (*Tim. 49c* συνιόντα καὶ πυκνούμενον).

2 *magis respicitur opulentia, ubertas sim.*: **a** *proprie*: α *-atur terra, ager sim.* (*sc. aquis praeter* Cassian.): Apvl. mund. 23 imbribus ... madefacta *terra* ... ad educandos fetus suos -atur ([opinatur *trad.*]. Prosp. in psalm. 147, 16 valent *nix et nebula* ... ad -andam terram [*postea*: pinguescit]). Sol. 37, 2 Mesopotamiam -at *Euphrates* (*item de fluminibus sim.*: Heges. 3, 26, 2 p. 236, 13 arva *fons*. 4, 27 p. 284, 5 solum *Nilus*. Cypr. Gall. gen. 61 Aethiopas Geon). Cassian. conl. 13, 3, 4 etiamsi desiderata fructuum fecunditate ager fuerit -tus. β *-antur homines* (*sc. divitiis sim.*): Ambr. Iob 3, 7, 21 non ... ad tranquillitatem vitae usuramque laetitiae divitiis -ti. Avg. serm. 359, 2 parti suae -andae et exaggerandae operam impendit *quisque*. Arnob. in psalm. 48 p. 393B illi magni et -ti.

b *in imag. et translate*: Vopisc. Tac. 11, 5 mensam ... agrestibus -vit. Avson. 376, 9 p. 98 P. autumnum, Pomona, tuum September -at (382, 9 p. 102 sidere, Virgo, tuo Bacchum S. -at). 404, 2 p. 236 vetustos (venustos *trad.*) uberi facundia sales -as. Pavl. Nol. epist. 39, 3 *nisi* apostolicis nubibus conpluatur *anima*, ... damnabitur; si vero ... sacris litteris -etur, *eqs.* (44, 7 a. inanem adipe verbi sui tamquam cophino stercoris -are potens est dominus [*antea*: fructuosam]). Prosp. in psalm. 146, 8 ita saepe superioribus -antur (*sc. sublimiores hominum saecularium in imag. pro montibus*), ut unde fructuosae sunt valles, inde altitudines ... montium sint feraces.

***opīmus,** -a, -um. [*confertur aut c. gr.* πιμελή *sim. aut c.* opulentus *sim., sed aut* o- *aut* -imus *obstat; utrumque iungere (sc.* *opi-pīmus) *displicet. Sch.*] *de origine* (Fest. p. 186 *v. infra*): Plvt. Rom. 16, 6 ὀπίμια δὲ τὰ σκῦλα, φησὶ Βάρρων (*frg. 439 Funaioli*), καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὄπεμ λέγουσι. πιθανώτερον δ' ἄν τις εἴποι διὰ τὴν πρᾶξιν· ὄπους γὰρ ὀνομάζεται τὸ ἔργον. *scribitur n. plur.* ὀπίμια Plvt. Rom. 16, 6 Marc. 8, 9 (ὀπῖμα *autem* Cass. Dio 44, 4, 3. 51, 24, 4). *compar.* -ior Cic. orat. 157 *et inde a* Gellio, magis -us Sen. Herc. f. 923 (*iuxta* amplior), *cf.* tam -us Acc. trag. 588 (iam optimas *trad.*). Cic. Verr. II 1, 93 Liv. 21, 43, 7. 45, 39, 4 Plin. nat. 3, 41. 13, 94; *superl.* -issimus *non nisi* Tert. nat. 2, 8, 14. Not. Tir. 29, 17 -us. *de notione v. p. 709, 5 sqq. 711, 19 sqq. et explicationes sing. locorum. adde* Gloss. -us: πολύχρυσος. εὐθαλής. ἄφθονος ὁ πολύς. dapsilis, abundans. fertilis, saginatus. dives, [optimus], divitiis plenus. opibus plenus, ut ager. pinguis, copiosus. -a: ampla, magna. praeclara. *legitur singulis (paucis) locis in* Lege reg., *apud* Plavtvm (*2*), Lvcil., Acc., Lvcr., Varronem (*2*), Ov. (*3*), *frequentius apud* Cic. (*18*), Verg. (*5*), Hor. (*7*), Liv. (*15*), *maxime de spoliis (praeda), opibus, dapibus, terris (campis), hostiis; inde pari fere frequentia in prosa oratione et in poesi.* [*confunditur in codd. cum* optimus *saepius* (*restituitur e. g.* Plavt. Capt. 281 Acc. trag. 588). *dub. trad.*: Cic. Pis. 82 (inopi *Halm, alii*). *contextu manco*: Lvcil. 1307 (*nomen propr. intellegunt vulgo*).]

i. q. (opibus vel pinguitudine) oppletus, amplus, uber, dives sim.: I *magis respicitur opulentia, abundantia, magnificentia sim.* (*syn. vel iuxtapos.* opulentus Varro ling. 5, 92 Serv. auct. Aen. 1, 621, copiosus Cic. S. Rosc. 8; *opp.* inops Ambr. epist. 63, 69; *ad pinguitudinem alluditur* Plavt. Capt. 281 Cist. 305 Hor. epist. 1, 2, 57, *cf.* Serv. Aen. 3, 224): A *-a dicuntur inanima*: 1 *corporea* (*sc. quae copiam sive continent sive praebent*): **a** spolia *in t. t. milit. et sacr.* (*cf.* praeda *sub b*, hostia *sim. sub II; spolia significantur alia voce p. 709, 46. 53. 62 sqq.; item per n. pro subst. passim inde ab* Ov. *fere apud poetas; omnia exempla attulimus*): α *definitiones*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim.: LEX reg. Fest. p. 189 cuius auspicio classe procincta -a s. capiuntur, Iovi Feretrio darier oporteat, et bovem caedito ...; secunda s., in Martis aram in campo solitaurilia utra voluerit caedito. tertia s., Ianui Quirino agnum marem caedito *eqs.* FEST. p. 186 *et* 189 -a s. dicuntur originem quidem trahentia ab Ope ...; ergo ... et hostiae -ae *dicuntur* praecipue pingues; et -a magnifica et ampla (s. *add.* PAVL.), unde s. quoque, quae dux P. R. duci hostium detraxit; quorum tanta raritas est, ut ... trina contigerint (*sc. Romulo de Acrone, Cosso de Larte Tolumnio, Marcello de Viridomaro*) ...; M. Varro ait -a s. esse etiam, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium. *ibid.* esse etiam Pompili regis (compelli reges *trad.*) legem -orum s. talem (*sequitur* LEX *supra allata*). PLVT. Marc. 8, 9 φασὶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Νομᾶν Πομπίλιον καὶ πρώτων ὀπιμίων (*sc.* σπολίων) καὶ δευτέρων καὶ τρίτων μνημονεύειν, τὰ μὲν πρῶτα ληφθέντα τῷ Φερετρίῳ Διὶ κελεύοντα καθιεροῦν, τὰ δεύτερα δὲ τῷ Ἄρει, τὰ δὲ τρίτα τῷ Κυρίνῳ (*item* SERV. Aen. 6, 859; *cf. Norden ad l.*) ... ὁ μέντοι πολὺς οὗτος ἐπικρατεῖ λόγος, ὡς ἐκείνων μόνων ὀπιμίων ὄντων, ὅσα καὶ παρατάξεως οὔσης καὶ πρῶτα καὶ στρατηγοῦ καὶ (*del. Aldina*) στρατηγὸν ἀνελόντος (*similiter* LIV. 4, 20, 6 PLVT. Rom. 16, 6 CASS. DIO 44, 4, 3. 51, 24, 4 SERV. Aen. 6, 855. 10, 449 GLOSS. IV 545, 42 V 316, 29. 377, 13 GLOSS.^{L} I Ansil. OP 142. 143 II Abav. OP 6. *in lege Numae sola prima spolia rite -a appellari intellegunt Latte, Religionsgesch. 204 sq.; Ogilvie ad* LIV. 1, 10 *p. 71; Picard, Trophées romains 133*).

b *iuncturae notabiliores*: *α nominales*: (I) *accedit gen.* (templi, monasterii, domus *sim.*; *v. sub a passim*): ITIN. Anton. Plac. rec. A 13 -um sanctae Mariae (GREG. M. epist. 1, 54 p. 79, 11 beatae M. *al.*; *sim. cum nom. prop. sanctorum*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 41 Heliae. LIB. pontif. p. 123, 2 sancti Thomae. *et saepe*). PS. AVG. serm. ed. Mai 97, 1 (*saec. VI*) cetus Ionae -um fuit (*de eodem*: CASSIOD. in psalm. 129, 1 l. 45 prophetae). LIB. pontif. p. 108, 4 sanctae crucis (108, 12. 123, 13). MAX. TAVR. serm. 56 p. 645^{B} angelorum. ALC. AVIT. epist. 7 tit. haereticorum (7 p. 35, 8. *cf.* COD. Iust. 1, 5, 10 pr. [*a. 466–472?*] orthodoxae fidei. *ibid.* 3 verae fidei). CASSIOD. hist. 5, 34, 13 Seleuciae (*syn. ibid. 14* ecclesia). GREG. TVR. Mart. 1, 16 puellarum (*cf.* 1, 17 -um . . ., in quo . . . puellae religiosae deserviunt). CONC. Aurel. a. 541 p. 89, 1 domini praediorum. (II) *pendet ex subst.* (*sc. per gen.*; -i altare, -i domus *v. sub a*): IVLIAN. epit. novell. 67, 243 defensori. GREG. M. dial. 1, 10 p. 59, 4 M. dedicationem (epist. 5, 2 p. 282, 17. *al.*). p. 59, 14 presbiter (epist. 10, 7 p. 242, 9). epist. 11, 26 p. 288, 14 limen (REGVLA mag. 13, 63. *al.*). EVGIPP. Sev. 39, 2 pavimento (REGVLA mag. 19, 25). REGVLA mag. 16, 50 vocem vel versum. 53, 60 ornatus. 69, 5 spiritalem *mensam*. 80, 2 ante fores (BENED. reg. 44, 1). *al.* BENED. reg. 67, 3 solo. (III) *adi. notabiliora*: MARCELL. chron. II p. 61, 380 catholico. ALC. AVIT. epist. 7 p. 35, 14 privatis. CASSIOD. hist. 9, 19, 14 propria (PALLAD. hist. mon. I 30 p. 316^{B} REGVLA mag. 45, 18). GREG. TVR. glor. mart. 65 tit. Iciacense (Iciodorense *vel* Icioderense *trad.*, *restituit Krusch ex* 65 sacrosanctum -um domus Iciacensis). CONC. Epaon. a. 517 p. 25, 1 villarebus (*cf.* CONC. Cabilon. a. 639/654 p. 211, 6 -a, que per villas fiunt). COD. Iust. 4, 1, 12, 5 sacrosanctis (*v. l. 62; cf.* EDICT. imp. Iustin. [CIL III 13640] 1, 3 ve(n)era(bile -um . . .). IVLIAN. epit. novell. 14, 50 sancta). EVGIPP. Sev. 39, 1 parvo.

β verbales: -um ingredi *sim.*: VVLG. Iudith 9, 1 Iudith ingressa est -um suum (CONC.^{S} IV 2 p. 183, 41 in -o. GREG. M. dial. 1, 2 p. 22, 2 M. *al.*). CASSIAN. inst. 3, 7 tit. introire (3, 7, 1. *al.*). GREG. M. dial. 1, 4 p. 38, 13 M. intrassent (VITAE patr. Iurens. 64 M.).
-um facere *sim.*: LIB. pontif. p. 93, 6 fecit -um in cymiterio (p. 107, 16 -a III in baptisterio basilicae [*sim.* p. 110, 25]. p. 123, 15. GREG. M. dial. 3, 7 p. 151, 6 M. in . . . templo Apollonis. *cf.* CIL V 3100, 4 perfecit). CASSIOD. hist. 1, 9, 11 in regalibus . . . -um fabricatus (9, 36, 4 foris civitatem. *al.*). 10, 35, 2 aedificatum ([*Socrat. 6, 23* οἰκίσκος . . . εὐκτήριος]. GREG. TVR. Mart. 1, 17 in portam Ambianensi. IVLIAN. epit. novell. 119, 512. GREG. M. epist. 1, 54 p. 79, 11 in cella fratrum [*sc. in monasterio cui nomen est* 'c. f.']. PALLAD. hist. mon. II 18 p. 376^{C} in quo reliquiae erant [*gr. v. supra l. 30*]. *al.*). VEN. FORT. vita Radeg. 38, 88 conderent. GREG. M. epist. 2, 15 p. 112, 17 -um se pro sua devotione fundasse (9, 58 p. 81, 21. *al.*). 5, 50 p. 350, 4 construxisse (6, 42 p. 418, 2 iuxta thermas Agrippianas. 9, 59 p. 82, 7 propriis . . . sumptibus. *al.*; *cf.* 3, 58 p. 217, 26 exstruxisse). -um consecrare *sim.*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 25 p. 375 sacrare. 33 p. 448 quod -*um* sedis nostrae . . . permissione dedicatum (GREG. M. dial. 1, 10 p. 59, 11 M. epist. 6, 42 p. 418, 9. *al.*). GREG. TVR. Mart. 3, 33 consecratum (GREG. M. epist. 2, 15 p. 113, 4. 9, 58 p. 81, 25. *al.*).

2 *peculiariter de oratione, vocabulo* (*simile nomen supponit fortasse* CHAR. *in explicanda origine adverbii q. e.* oratorie, *v. infra*): VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 21 ad ipsius 'latinitatis' . . . -um transeamus (*cf. p. 5, 4 sq.* negare cogimur 'latinitatem' . . . ex ipso 'Latino' usurpavisse vocabulum). 5 p. 40, 25 (*inter nominum genealogias*) oratio oro -um orator oratrix.

adv. **ōrātōriē.** *de orig.*: CHAR. gramm. 236, 14 sqq. B. orator -e, . . . sed animadvertendum est, num -e non ab oratore, sed ab oratorio trahatur; nam ut est alicuius vis oratoria . . ., sic forsitan figurari possit oratorium, unde proficiscatur hoc adverbium, quod -e dicitur. [-e *legit Richter apud* PHILONEM quaest. in gen. 4, 159; *sed v. Petit ad l.*]

i. q. modo oratorio, rhetorice (*accedunt adv.* nimis, plane, quam, sane, satis *sim. passim*): **1** *cum verbis*: **a** *dicendi, scribendi sim.*: RHET. Her. 4, 56, 69 ut -e plane loquaris ([*opp.* vulgari sermone]. DON. Ter. Hec. 205, 2). CIC. orat. 227 nihil . . . est aliud . . . pulchre et -e dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere (DON. Ter. Andr. 612, 3 Eun. 749, 2 Ad. 774 PS. ASCON. Verr. p. 234, 24. p. 241, 17). fin. 5, 10 disserendi . . . non dialectice solum, sed etiam -e praecepta. DON. Ter. Hec. 9, 1 magna arte . . . prologus scriptus est et nimis -e. Ad. 101, 3 mire respondit et -e (458, 3 [*pars codd., Zwierlein*; contrarie *var. l., Wessner*]). 406, 2 vide, quam -e (narratorie *var. l.*) narret. SCHOL. Stat. Theb. 2, 435 disputat. SCHOL. Cic. Bob. p. 95, 30 satis . . . -e commemorans. p. 159, 15 explicat.
b *aliis*: QVINT. inst. 9, 1, 13 schema . . ., quod sit a simplici atque in promptu posito dicendi modo poetice vel -e mutatum. DON. Ter. Andr. 8, 5 -e quasi multos facit (SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 51/53 SCHOL. Stat. Theb. 2, 340 SCHOL. Cic. Bob. p. 96, 6. p. 110, 15 perquam -e). 278, 4 ut e- hoc cogatur scelus esse, si *eqs.* 352, 1 -e a summa coepit. Hec. 91, 2 unam rem in tria divisit. 123, 5 tempus apposuit (*cf.* Phorm. 130, 2 posuit [Eun. 1069]). 158, 2 -e non tam excusat . . . quam *eqs.* 589, 2 vide, quam -e omnia congesserit. Phorm. 277, 3 expedivit. Ad. 16, 2 crimen non tangit (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 2, 388 transtulit crimen. 9, 795 crimen obiectum est). 92 fit mentio -e (vide oratorem *pars codd., def. Zwierlein afferens Hec. 327*). 481, 2 laudat (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 172, 2 laudem subiecit). SERV. Aen. 11, 343 callide et -e agit (SCHOL. Cic. Gron. B p. 339, 10). SERV. auct. Aen. 2, 86 se commendat. 4, 110 sane -e et blanditur et pugnat. 4, 361 -e ibi finivit, ubi *eqs.* 11, 24 eleganter hoc et -e . . . sumptum est. SCHOL. Cic. Bob. p. 84, 16 deplorat. p. 94, 18 interiacit addubitationem. p. 101, 7 concessit. p. 139, 19 ad iudicium . . . reflectit haec omnia. p. 145, 77 haec ⟨. . .⟩ -e perstringere maluit quam *eqs.* p. 174, 21 -e valde . . . invigilavit *eqs.* Gron. A p. 348, 3 simulat.

2 *cum adi.*: SEN. epist. 100, 10 sit aliquid -e acre, tragice grande, comice exile.

3 *absolute* (*sc. omisso verbo in explicatione*): DON. Ter. Andr. 520, 2 '. . .' -e pro eo quod non recusat, '. . .'. 856, 2 '. . .' totum -e (oratoris *AC*, orationis *T*): scite enim locutus est (Hec. 55, 2 '. . .' -e: sic e. fit *eqs.* [*antea*: quasi orator '. . .' dixit]. Ad. 249, 2 '. . .' -e: non e. *eqs.* SCHOL. Stat. Theb. 2, 339 '. . .' -e; cur e. *eqs.* PS. ASCON. div. in Caec. p. 187, 6 '. . .' -e [oslatorie *vel* elatorie *trad.*]; cum e. *eqs.*). Hec. 46, 2 '. . .' -e, quasi non Terenti causa agatur, sed *eqs.* (Ad. 77, 2). 56, 1 '. . .' -e ἀπὸ τῆς ἰσότητος. SERV. auct. Aen. 11, 256 '. . .' -e, ut . . . graviora videantur (SCHOL. Stat. Theb. 2, 457).

deriv.: oratoriolum. *cf. Onom.* (Oratoria).

ōrātum, -ī *n. et* **1. ōrātus,** -a, -um *v.* oro.

2. ōrātus, -ūs *m. ab* orare. [-u *pro* ornatu *tentabat praeter necessitatem Stowasser, Wien. Stud. 27, 1906, 84*: SCHOL. Hor. carm. 3, 3, 25. *var. l.* -us *gen. pro* orator SIDON. epist. 8, 1, 2 *defendit Luetjohann in praef. p. XXXII sq.; perperam quidam huc trahunt* HIL. trin. 1, 37.]

i. q. actus orandi, sc. precandi, petendi sim. sive quemlibet sive deum: **1** *abl. sg.* -u: **a** *cum gen.*: PLAVT. Cas. 775 illarum -u faciunt. ARGVM. Plaut. Curc. 8 *miles* sororem . . . . repperit, -u cuius Phaedromo nuptum locat. AVR. VICT. Caes. 14, 13 patres ne principis -u quidem . . . flectebantur. HIER. Didym. spir. praef. p. 103^{A} tam tuo quam . . . Paulae et Eustochiis . . . adiutus -u (hort- *var. l.*). SIDON. epist. 1, 11, 16 pressus -u procerum. **b** *cum pron. poss.*: CIC. Flacc. 92 -u (hort- *codd. recc.*) tuo (HIER. *v. supra*. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 166). SYMM. epist. 3, 37 meo. HIER. epist. 2, 2 vestro (2, 4. SIDON. epist. 6, 7, 1 *syn.* precum vestrarum). **c** *cum adi.*: EVAGR. vita Anton. 5 p. 847 eas *cogitationes sordidas* -u submovebat assiduo ([*cf. Vita Anton. 5 p. 20, 27* orationibus]. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 72, 5 G. deum interpellabat. ALC. AVIT. epist. 8 p. 40, 12). VITAE patr. Iurens. 130 M. cum . . . -u longissimo atque secreto cunctos in oratorium diutissime anteiret *eqs.* **d** *absolute*: CONSVLT. Zacch. 1, 18 p. 22, 38 compulerant.

2 *formae aliae*: SYMM. epist. 4, 67, 2 si . . . vestra insinuatio iuvet exhausti senatoris -um (*item acc.*: COD. Theod. 9, 45, 4 pr. -um gestiens populus [*v. app. crit.; gr. Conc.^{S} I 1, 4 p. 63, 5* εὔξασθαι

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

προῃρημένοις]). SIDON. epist. 9, 14, 1 nulla ... verba, nulla solacia, nulla denique mutui -us vicissitudo. CORIPP. Iust. 2, 4 procerum magnis -bus actus (*item abl. plur.*: INSCR. Ital. X 2, 64 eius). *Baer.*

orbātio, -ōnis *f.* *ab* orbare. *de usu priscorum v.* SEN. *i. q. actio orbandi vel status orbati*: **1** *generatim*: SEN. epist. 87, 39 paupertas non per possessionem dicitur, sed per detractionem vel, ut antiqui dixerunt, -em; Graeci *κατὰ στέρησιν* dicunt. MART. CAP. 4, 384 *opposita* opponuntur ... sibi ... ut contraria, ut stultitia sapientiae, aut ut habitus -i (orbitati *var. l.*), ut cernentia caecitati ([*Aristot. categ. 11 b 23 στέρησις*]. 4, 386 [*exempli gratia opponitur* dentatus edentulo]. *ibid. iterum.* 4, 387. ISID. orig. 2, 31, 6 tertium genus est oppositorum h. vel -o; quod genus Cicero privationem vocat). **2** *speciatim de privatione sensuum*: *absolute de visu adempto* (GLOSS. III 363, 73 -o: *τύφλωσις*. *cf. exemplum caecitatis a* MART. CAP. *allatum*): TERT. bapt. 13 p. 213, 7 hoc est quod ei *Paulo* dominus in illa plaga -is praeceperat (orationis *cod. T; spectat ad act. 9, 8 sq.* Saulus ... nihil videbat). *cum gen.*: TERT. idol. 23 p. 57, 5 Zacharias temporali vocis -e multatus.

orbātor, -ōris *m.* *ab* orbare. *i. qui orbat*: OV. met. 13, 500 (*verba Hecubae*) tot ... tuos idem fratres, te *Polyxenam* perdidit idem, exitium Troiae nostrique -r, Achilles. MARCELL. chron. II p. 86, 454, 1 Attila ... Europae -r provinciae.

f. **orbātrīx,** -īcis. *i. quae orbat*: DRAC. laud. dei 3, 337 secures *Bruti* ... civibus hostiles -esque suorum.

orbātus, -a, -um *v.* orbo.

[orbefacio: *ὀρφανόω (-νίζω) ex gloss. recentioribus Vulcanii aut Labbaei receptum videtur in lexica quaedam.*]

ψῆττα: **orbella** GLOSS. III 318, 25. [*fortasse ab* orbis, *cf. p. 908, 50. Sch.*] *nomen piscis.*

orbia: genus quoddam escarum, quod quidam 'Saturni -am' (obv-, ov-, ob- *trad.*) vocant GLOSS.[L] IV Plac. o 16 (*cf.* I Ansil. OR 79 fiffarunda. Corp. o 263 [= GLOSS. V 377, 24] sifanutunda, *ubi Lindsay 'for* offa rutunda*?'*). *obscurum.*

orbiclam *v.* orbiculatus (*l. 61*). **orbicula** *v.* orbiculus.

orbiculāris, -is *f. (vel adi. vel subst.) et* **orbiculāria,** -ae (*non nisi* GLOSS. III 555, 39 ovicilaria. 619, 64 obicilicria). *ab* orbiculus. *nomen herbae*: **1** *i. q. cyclamen* (*cf.* orbiculus *II A*): MARCELL. med. 4, 19 herbae cyclaminis, quae -is dicitur. 4, 35. 5, 4. 23, 26. 30, 69 -is herbae, quam graece c. vocant (PS. APVL. herb. 17 tit. *et* l. 3. 6. 8 herb. app. 17 tit. *et* l. 3 GLOSS. III 610, 6). GLOSS. -is: rabum porcinum. colirii erba. cyclaminus: -is (*huc etiam* GLOSS. III 555, 39. 619, 64, *cf. André, Arch. Lat. Med. Aevi 26, 1956, 194 sq.*). **2** *i. q. chamaepitys*: GLOSS. III 588, 58 camipitis: -is (*sim.* 610, 20).

orbiculātim *adv.* [*cf.* orbiculatus, *quae vox item caret vi deminutiva. Sch.*] *i. q. in formam orbis*: PLIN. nat. 11, 177 vertebratis ... -m ossibus *cervicis*. MACR. Sat. 7, 9, 3 -m rotatur *corpus* (*somn. 1, 6, 81* in orbem).

orbiculātus, -a, -um *et inde* **orbiculor** (*non nisi l. 50*). *ab* orbiculus. *scribitur* -cl- DIOSC. 1, 124 p. 64, 14 M., *cf. graece* 1, 115, 4 -*κλ*- (*item* ATHEN. 3, 80[f]). *forma finita* -atur: *κυκλεύει* GLOSS.[L] II Philox. OR 10. *legitur inde a* CAEL. (Cic. fam.), VARRONE, CLOAT., CELSO, COLVM., *non nisi in prosa oratione.*

i. q. in orbem formatus, circulatus, rotundus sim.: **1** *-a sunt certa genera pomorum*: **a** *malorum*: CAEL. Cic. fam. 8, 15, 1 nostri milites ... m. -is esse pasti videntur. VARRO rust. 1, 59, 1 m. struthea, cotonea *i. Cydonea*, ... -a (*item inter varia genera*: CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 2 CELS. 2, 24, 2 COLVM. 5, 10, 19. 12, 47, 5. SCRIB. LARG. 104 [*inde* MARCELL. med. 20, 9]. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 209 chron. 3, 2, 34). PLIN. nat. 15, 51 -a *m. appellantur* a figura orbis in rotunditatem circumacti; ... *Graeci* Epirotica vocant (*cf.* DIOSC. 1, 124 p. 64, 14 M. Epirotica ..., quae latine -a [orbiclam *trad., gr. 1, 115, 4 ὀρβικλᾶτα*] dicitur). 23, 104. 29, 53. ATHEN. 3, 80[f] *τὰ ... καλούμενα -α.* PORPH. Hor. sat. 2, 3, 272 PALLAD. 3, 25, 18 ANTIDOT. Brux. app. 212. **b** *pirorum*: CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 6 -um *pirum.*

2 *-a sunt varia*: **a** *respicitur forma, ambitus*: PLIN. nat. 13, 32 est *lignum pomi palmae* ... oblongum, non, ut olivis, -um. 24, 137 -o foliorum (florum *André*) ambitu. 27, 133 capitibus caulium -is. AMM. 20, 6, 5 aries ... -am turrim feriebat. 24, 8, 7 multiplicato scutorum ordine in -am figuram (31, 2, 18 locatis sarracis). MART. CAP. 1, 37 circulorum *mundi* ... -a parallela. **b** *respicitur motus, circuitus*: CHALC. transl. p. 37[A] *anima* indigete motu et -a circuitione in se ipsam revertens (*gr. ἀνακυκλουμένη*). 43[D] -a circumvolutatio. comm. 75 errantium *stellarum conversio* ... -a. 92 huius *circuli* -a est agitatio.

cf. orbiculatim.

orbiculum *v.* orbiculus.

ᵒ**orbiculus,** -ī *m.* (-a *f. et* -um *n. l. 81*). *ab* orbis *deminutive. scribitur* urb- CATO agr. 3, 6 ORIBAS. *saepius, cf. graece ουρβ-* PS. DIOSC. Vind. 2, 164 p. 228, 19; *apud* ORIBAS. -be-, -cal-, -col-. *fem. sing.* -a AVG. in psalm. 76, 20 (*cf.* GLOSS. III 620, 1 -as). *neutr. sing.* -*ουμ* PS. DIOSC. *de notione*: AVG. in psalm. 76, 20 (*inde* ISID. orig. 14, 2, 1) orbis ... est rota; ... unde brevis etiam rotella ⌊-a id est⌋ -us appellatur (⌊ ⌋ *del. Dekkers-Fraipont, deest apud* ISID.; *sim. explicando psalm. 76, 19* FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 3, 4 Fr.). GLOSS. V 508, 44 (*add. man. sec.*) -us rotella. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VITR., COLVM., *non nisi in prosa oratione.* [*'tuberculum (in palpebra surgens), furunculus'*: *venet. (vicent.)* orbegolo; *francog. med.* orbeillon, *pict.* arbeillon, *biturig.* orbillon; *mutato suffixo: raet. or.* uarbitt; *francoprov.* orbé, *var. prov. et vasc. cf. M.-L. 6082. Wartburg VII 387 sq. St.*]

i. q. parvus orbis: **I** *usu sollemni*: **A** *de rotula, parvo disco*: **1** *de parte machinae*: **a** *in troclea de rotula, per quam funes ducuntur*: CATO agr. 3, 6 trochileas graecanicas binis funibus sparteis ducant: -is superioribus octonis, inferioribus senis ... duces. VITR. 10, 2, 1 sqq. (*de machinis quae* ad operum ... publicorum perfectionem ... comparantur) in trocleam induntur -i ⟨II⟩ per axiculos versationes habentes; per -um ⟨summum⟩ traicitur ductarius funis, deinde demittitur et traducitur circa -um trocleae inferioris. (10) multis -orum circumitionibus. *al. ibid.* 10, 3, 2 inducuntur uti centra axiculi in -os. **b** *in aliis machinis*: CATO agr. 22, 2 si orbes *mortarii* altiores erunt ..., -os ligneos pertusos in miliarium in columella supponito; ... eodem modo latitudinem -is ligneis aut armillis ferreis temperato. VARRO rust. 1, 52, 1 e spicis in area excuti grana; quod fit ... iumentis iunctis ac tribulo; id fit ... ex axibus dentatis cum -is, quod vocant plostellum poenicum. VITR. 9, 8, 12 (*de horologio aquario*) -us in extrema circinatione fixam habeat lingulam (*cf.* 13 -i l.). *ibid.* inque eo -o temperatum sit foramen (*cf.* 13 -i f. [14]).

2 *varia*: VITR. 9, 1, 2 circum ... cardines *mundi* -os circum centra uti in torno perfecit *naturalis potestas*, qui graece *πόλοι* nominantur (*nisi ad B*). COLVM. 4, 30, 4 dipondiarii -i crassitudinem non excedant *perticae*. 8, 2, 15 quod *corium* cum in -um formatum est, media pars eius rescinditur, et per excisam partem galli pes inseritur. PLIN. nat. 25, 148 concisa *radix mandragorae* ... in -os servatur in vino. CIL VI 414 b 7 (*a. 191*) altarium cum columella marmorea ..., item -um cum columella ... d(ono) d(edit). SOL. 17, 8 pantherae ... minutis -is superpictae (*postea*: oculatis ... circulis). AVG. civ. 13, 16 p. 576, 10 D. globos istos luminum (*i. siderum*) sive -os. *al.*

B *spectat potius ad figuram circuli, gyri*: COLVM. 5, 4, 1 quae *vineae* ... in -os gyrosque *flectuntur* (PALLAD. 3, 11 vitis ... in -os flectitur). 6, 5, 4 aenea fibula pars auriculae latissima circumscribitur, ita ut manante sanguine tamquam o litterae ductus appareat; ... media pars descripti -i eadem fibula transuitur (*inde* PELAGON. 22; *Hippiatr. gr. II p. 35, 10 μέσον τοῦ κύκλου. cf.* VEG. mulom. 4, 33, 13 quasi in circulo designatur; ... medium -um perforas). APVL. flor. 9, 21 anuli ... -um circulaverat. *al.*

C *spectat potius ad formam globi, lapidis rotundi*: SOL. 31, 3 (*inde* ISID. orig. 16, 12, 5) ut sexaginta gemmarum colores in parvo -o eius *hexecontalithi* deprehendantur. 53, 24 candicant -i (lapillorum *add. SAP, i. margaritarum*). ARNOB. nat. 3, 13 oculorum -os mobiles.

II *per comparationem quandam in appellatione*: **A** *herbae q. e. cyclamen* (*cf.* orbicularia, orbicularis): PS. DIOSC. Vind. 2, 164 p. 228, 19 *κυκλάμινος· ... ουρβικλουμ* (*sic André, Latomus 14, 1955, 522, θυρβηλουμ trad.*). GLOSS. III 537, 28. 555, 43 -us terrae (620, 1). **B** *morbi q. e. paronychium*: ORIBAS. eup. 2, 1 L 13 Aa paronicia (*gr. 30 παρωνύχια*) id est in digitis -os (4, 33 add. Aa p. 550 d. -um factum. syn. 3 add. 48 p. 913 Aa. *cf.* syn. 7, 18 tit. Aa in unguibus). syn. 7, 18, 11 Aa p. 151 si in digitis pteri⟨gi⟩a id est -us surgit (syn. 3 add. p. 909, 41. 913, 48 La).

deriv.: orbicularia, orbicularis, orbiculatus.

? **1. orbicus:** *πηρός* GLOSS. III 458, 50 *et* 486, 30 (orb[ic]us *Heraeus in exemplari suo*). *ab* orbus.

[2. orbicus *v.* orbitus.]

orbifico, -āre. *ab* orbus *et* facere. *i. q. orbum facere*: ACC. trag. 421 pernici -or liberorum leto (*vix cum gen. iungendum, cf. Lucan. 2, 298* morte parentem natorum orbatum).

orbīle, -is *n.* *ab* orbis. *i. q. extrema pars rotae*: VARRO rust. 3, 5, 15 ad extremum *rotae radiatae*, ubi -e solet esse, †acuitum (circuitum *Sobel, Eranos 66, 1968, 151 sq.*).

ᵒ**orbis,** -is *m.* [*orig. incertae. Sch.*] *scribitur* horb- *in var. l. e. g.* VVLG. prov. 8, 31 Matth. 24, 14; urb- (*cf. Prinz, De o et u vocalibus 76*) *in titulis e. g.* CIL VI 532 regina urbis (*gr. κόσμου*). VIII 22083 (*a. 275/76 ut* 22106). X 6932 (*a. 313/14*) -is terrarum *et saepius in codd., e. g.* VERG. ecl. 6, 34 (*P*, orb- *corr. antiq.*), *sed* urb- *solum trad. pro* orb- *e. g.* VARRO ling. 5, 143 PRISC. perieheg. 172, *minus certe* PROP. 2, 32, 15; orv- *in nummis* (*v. Bernhart, Handbuch zur Münzkunde I 179; scripturam per* b *mutam testatur* CASSIOD. gramm. VII 189, 12). *notatur* o *fortasse* CIL VIII 10222. *de formis: nom. sing.* orbs (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 189, 12 quidam nominativum singularem sine i littera enuntiare voluerunt. *quae forma vituperatur* PROB. app. gramm. IV 198, 8. FRG. Bob. gramm. V 561, 36 absurde meo iudiciolo): VEN. FORT. carm. 9, 3, 14 Mart. 4, 583 carm. app. p. 380, 1, 358 GLOSS. V 322, 13. *abl. vel loc. sing.* -i (*cf.* CHAR. gramm. p. 176, 23 B. [*ex Romano*] -i pro -e Ciceronem ... et Puplium Rutilium ..., et frequenter antiquos ita locutos Plinius [dub. serm.] ... notat: ... consuetudo melior, inquit, quae faciat 'ex -e', non sine ratione, quam in nomine 'rure' diximus. -e *testantur* VARRO frg. Char. gramm. p. 156, 30 B. FRG. Bob. gramm. V 560, 26): CATO agr. 18, 9 VARRO rust. 3, 5, 16. 3, 16, 5 CIC. Arat. 340. 363. nat. deor. 3,37 (*in*

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versu, cf. Pease ad l.; -e *var. l.*). LVCR. 2, 543. 5, 707. 1346 MANIL. 5, 128. 279. *al., in iuncturis* -i terrarum RVT. RVF. hist. 11 CIC. Verr. II 4, 82 dom. 24 rep. 5, 10 SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 3 PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 LVCR. 2, 543. 5, 74. 1166. 6, 629. *al.*, -i terrae CIC. Sest. 66. *de acc. plur.* -is *v. Neue-Wagener* 1^3 *387. 391.* *de genere: masc. testantur* PHOC. gramm. V 41, 30 PRISC. gramm. II 160, 3. *al.; fem.* (*sec. gr.* ἡ οἰκουμένη, *cf. Lundström, Stud. zur lat. Irenäusübers. 30*): ITALA Is. 10, 14 (Tycon. reg. 7 p. 75, 26) totam -em comprehendam (*sed l.* 21 *et* 29 -em . . . totum desertum. *Vulg.* universam terram). 13, 9 (Iren. 5, 35, 1 *al.*) ponere -em (urbem *codd.*) terrae desertam et peccatores perdere ex ea (*Vulg.* terram). *fortasse etiam* psalm. 23, 1 *p. 916, 49.* NOT. Tir. 52, 91 -is (96 -is totus. 97 totus -is). 52, 95 terrarum -is (99 totus t. -is. 100 t. -is totus. 53, 1 t. totus -is). 52, 98 totus -is terrarum (53, 2 -is t. totus. 3 -is totus t.).

de notione: GLOSS. κύκλος, οἰκουμένη. πόλος, κύκλος. rotunditas, revolutio circuli. mundus, girus, quod Graeci sphaeram vocant. *cetera v. infra suis locis.* *legitur inde a* CATONE, ACC., COM. pall., RVT. RVF., RHET. Her., CIC. *per totam latinitatem et in poesi et in prosa oratione.* ⌊*val.* (*megl.*) uorbu. *cf. M.-L. 6083. St.*⌋ [*confunditur in codd. cum* curvus CELS. 5, 26, 5; orbus VEN. FORT. carm. 10, 12a, 9 (*v. p. 927, 84.*); os (*fere abl.* ore, *e. g.* VAL. FL. 2, 57 CLAVD. 8, 270, *restituitur pro* ore *e. g.* GERM. 62 SIL. 10, 423, *vix recte* SIL. 9, 442); urbs (*passim, v. supra p. 906, 66*). *e coni.* MANIL. 1, 213 similis toto -e manet *forma globi* (*Pingraeus*, toto remanet *trad.*, ore *Bentley*). *interpret. dub.* VAL. FL. 7, 560 (*cf. Schuster, Wien. Stud. 48, 1930, 116*).]

i. quod est rotundum vel ipsa rotunditas (*sc.* κύκλος *vel* σφαῖρα):

CAPVT PRIVS: *forma certa* (*sc. sive circuli sive globi*): **I** *de circulo.* *resp.* κύκλος, *ubi nihil adnotatur; cf.* SOL. 11, 17 -em cyclon Graii loquuntur (*inde* ISID. orig. 14, 6, 19); *v. definitiones sub A2a. laxius refertur ad hexagonum* MANIL. 2, 360. 363, *ad lineas flexuosas, curvas, non in se redeuntes, spiras sim. e. g. p. 908, 37 sq. 910, 20 sqq. 40 sqq. 70 sqq.*

A *corporaliter* (*et figuram circuli et motum corporeorum comprehendimus*): **1** *-is appellatur potius ipsa res circuli formam habens* (*exempla, ubi accedit gen. eius rei, huc traximus praeter p. 910, 26. 34. 36 sq. 910, 81. 911, 3*): **a** *de corporibus orbiculatis* (*de pisce p. 908, 50*): **α** *arte factis*: Ⓘ *de circulis solidis* (*spectat magis ad discum, tabulam rotundam sim.*): Ⓐ *technice*: ① *in machinis sim.*: *rusticis*: CATO agr. 3, 5 si -es contriti sient, ut commutare possis (*item disci lapidei in trapetis vel molis*: 20, 2. 21, 1. 22, 4 si -es in veteres trapetos parabis, medios crassos p. I digitos III, altos p. III S, foramen semipedem quoquo vorsum. *al.* MORET. 26 haec *dextra* rotat adsiduum gyris et concitat -em [*27* silicum . . . ictu]. MANIL. 5, 282 subdere fracturo silici frumenta, superque ducere pendentes -es et mergere farra). 10, 4 -es aheneos (*inter varias res ad oleum vel vinum faciendum necessarias ut*: 11, 2. 13, 1. *fort. huc pertinet* 14, 2, *cf. Hörle, Catos Hausbücher 234*). 18, 9 -em olearium *ligneum* (*ad operiendum torcularium; huc pertinere videtur* 68). *in instrumento chirurgico*: CELS. 8, 3, 1 modiolus ferramentum concavum *est*, . . . per quod medium clavus, ipse quoque interiore -e cinctus, demittitur. ② *de rota figulari*: PLIN. nat. 7, 198 *invenit* figlinas Coroebus Atheniensis, in iis -em Anacharsis Scythes (*Frg. Gr. Hist. 70 Ephor. F 42* τροχόν. *Sen. epist. 90, 31* rotam figuli). STAT. silv. 4, 9, 43 Cumano patinas in -e tortas. APVL. apol. 45, 5 -is a figulo circumactus.

Ⓑ *usu vario* (*saepius poetico*): ① *de rebus variis*: COM. pall. inc. 62 viden ut cinaedus -em digito temperat? (*agitur de gallo tympanizante; ex Suet. Aug. 68, qui versum per ludibrium de Augusto -em terrae moderante intellectum tradit*). VERG. Aen. 7, 114 -em fatalis crusti (*109* adorea liba. *item de esca*: MORET. 57 traiectus medium . . . caseus -em [*an ad IIC?*]. *al.*). TIB. 1, 6, 20 mensae . . . in -e (OV. epist. 16 [17], 89 trist. 2, 454 SEN. dial. 11 [12], 11, 6. *item de mensa vel disco in usum mensae adhibito*: LVCAN. 10, 145 dentibus *elephantorum* . . . sectos Atlantide silva imposuere -es. [*cf.* MART. 2, 43, 9 Libycos Indis suspendis dentibus -es. 9, 22, 5]. PLIN. nat. 13, 93. 95. MART. 9, 59, 7 mensas et opertos . . . -es. 14, 138, 2. IVV. 1, 137. 11, 122. TERT. pall. 5, 5 l. 57 -em citri [*postea*: mensa]). PANEG. in Mess. 44 instabilis natat *libra* alterno depressior -e (*de librae lance* [*an pondere? cf. antea*: onus urget]). OV. met. 10, 183 (*177* certamina disci) tollere . . . -em properabat (*de disco ut*: Ib. 588 STAT. Theb. 6, 656. 7, 20 sonat -e recusso discus). LIV. 8, 20, 8 ex eo *aere* aenei -es facti positi in sacello Sangus (*cf. de monetis*: ANON. de mach. bell. 1, 2 formatos e coriis -es auro modico signaverunt). SEN. nat. 1, 17, 6 huic . . . ministerio (*sc. faciem suam videndi*) praeparatus est -is, nondum argenti nitor, sed fragilis . . . materia (*de speculo ut*: MART. 9, 17, 5 nitidum. ROMVL. fab. 9, 3 rec. gall. eius *spiculi* -em). epist. 86, 6 parietes magnis et pretiosis -bus refulserunt (*item de decore marmoreo parietis vel pavimenti*: IVV. 11, 175. AMBR. Nab. 13, 54 porphyreticis). ② *de scuto vel scuti stratis, coriis* (*fere in poesi; cf. Aesch. Sept. 489 et al.* ἀσπίδος κύκλον, *496 et al.* κύκλον *tantum*): VERG. Aen. 2, 227 clipei . . . sub -e teguntur (10, 546 totum c. . . . -em. 12, 925 c. extremos septemplicis -es [*item de strato*: STAT. Theb. 9, 105 -e secundo. *iam Hom. Y 280* ἀμφοτέρους . . . κύκλους ἀσπίδος]. VAL. FL. 6, 367 c. septemplicis -em. STAT. Theb. 8, 721. 11, 501 CLAVD. carm. min. 46, 1. *cf.* SIL. 4, 326 tegminis -em). 8, 448 septenos . . . -bus -es impediunt (SERV.: id est veluti septem scuta facta in unitatem conectunt. *item de stratis*: OV. met. 12, 97 decimo . . . -e [*antea*: clipei curvamine]. PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 364, 17 clipeus . . . Achillis quinque -bus intextus fuit [*confert Hom. Y 270* πέντε πτύχας]). 10, 783 per -em aere cavum triplici. PETRON. 89 vers. 61 VAL. FL. 1, 452. 6, 345. SIL. 2, 450 (*449* clipei). STAT. Theb. 2, 258 aereus. *al.* AMM. 21, 2, 1 (*antea*: scutum) axiculis, quibus -is erat compaginatus. *al.*

Ⓘ *de circulis vacuis* (*spectat magis ad coronam, anulum sim.; de foramine* CATO): Ⓐ *variis* (*exempla selecta*): CATO agr. 38, 4 si qua flamma exibit . . . per -em summum *fornacis calcariae.* CIC. Pis. 22 cum . . . saltatorium versaret -em, ne tum quidem Fortunae rotam pertimescebat (ARNOB. nat. 2, 42, *vix de figura saltantium*). VARRO rust. 3, 5, 17 in eodem hemisphaerio medio circum cardinem est -is ventorum octo . . .; ibi . . . radius a cardine ad -em ita movetur, ut *eqs.* PROP. 4, 6, 6 focum circa laneus -is eat (*cf. Verg. ecl. 8, 64* cinge . . . altaria). OV. am. 2, 15, 6 anule, . . . digitum iusto commodus -e teras (*ibid.* 20 -e minore). MANIL. 5, 442 *petauristae* membra . . . per flammas -esque emissa flagrantis (*cf. Petron. 53, 11* circulos . . . ardentes). PETRON. 60, 3 circulus ingens . . . demittitur, cuius per totum -em coronae aureae *pendebant.* IVV. 10, 40 coronae *praetoris.* *al.* Ⓑ *de rotae curvatura vel de rota ipsa*: LVCR. 6, 551 ferratos . . . rotarum . . . -es (TIB. 1, 5, 70 versatur celeri Fors levis -e rotae [*cf. verba Fortunae* BOETH. cons. 2, 2, 9 W. rotam volubili -e rotamus]. OV. Ib. 176 *Ixionis.* CVRT. 4, 9, 5 PLIN. nat. 8, 52 CAPITOL. Pert. 8, 6). VARRO rust. 3, 5, 16 -i ligneo (*3, 5, 15* rotam radiatam). SALL. hist. frg. 3, 36 -es axe (turbae saxae *codd.*) iuncti . . . incitabantur (VERG. georg. 3, 173 i. temo trahat . . . -es). VERG. georg. 3, 361 ferratos (*sec.* LVCR. *supra. cf.* HIER. in Os. 10, 11 l. 342 ferreos). 4, 484 Ixionii . . . rota (*i. rotatio?*) constitit -is (AMBR. bon. mort. 8, 33 I. . . . -is perpetuam . . . vertiginem. *cf.* AETNA 83 rotant Ixionis -em. PROP. 4, 11, 23 OV. met. 9, 123. 10, 42). *al.*

β *de corporibus naturalibus*: OV. met. 8, 808 genuum . . . tumebat -is (*cf. de parte ossis*: CELS. 8, 1, 12 pars summa *vertebrae secundae* angustiore -e finitur). CELS. 4, 1, 8 -es eius *intestini* . . . conectuntur (*cf.* 7, 16, 2 ut -ium singulorum *intestini* locum servet *medicus*). PLIN. nat. 9, 130 utrisque *generibus concharum* -es totidem, quot habeant annos (*de lineis circuli; aliter* CLAVD. carm. min. 45, 2 patulo conchae . . . -e [*nisi de forma concava, cf. infra IIB 2*]). 13, 29 *palmae* densis gradatisque corticum pollicibus aut -bus faciles ad scandendum. *al.* MART. 2, 66, 1 unus de toto peccaverat -e comarum anulus . . . non bene fixus (*sc. una spira e toto ambitu soluta? item de comis*: CLAVD. 10, 104 iusto dividit -es ordine). SER. SAMM. 107 parvis . . . parumper -bus aspersum . . . tempus (*item de maculis sim.*: LACT. opif. 10, 27 papillae . . . fuscioribus ac parvis -bus coronatae. *in imagine*: PRISC. perieg. 172 has *terras* pelli similes pardi dixere priores, namque solum squalens -es [urbes *trad., Dionys. 183* φολίδεσσιν] distinguit opacos). *al.* *de pisce vel nomen piscis* (*cf.* orbella): PLIN. nat. 32, 14 durissimum esse piscium constat, qui -is vocetur; rotundus est sine squamis totusque capite constat (*inde* ISID. orig. 12, 6, 6). 32, 150 (*inter alia nomina piscium*). IVV. 4, 132 testa alta paretur, quae tenui muro spatiosum colligat -em (*sc. rhombi*).

b *de circulis caelestibus*: **α** *astronomicis*: ① *de circulo zodiaco*: CIC. Arat. 59 magno Capricornus in -e (SERV. auct. georg. 2, 338 m. -em potest et zodiacum circulum dicere). 226 quae per bis sex signorum labier -em quinque solent stellae (nat. deor. 2, 52 *Iovis stella* s. -em annis duodecim conficit. LVCR. 5, 712. MANIL. 2, 273 [*an iungendum* circulus . . . signorum? *cf.* 3, 225 *infra*]. 3, 167. LVCAN. 9, 532 qua circulus alti solstitii medium s. percutit -em). 318 (*gr. 544* ζῳδίων . . . κύκλον) zodiacum hunc Graeci vocitant nostrique Latini -em signiferum perhibebunt nomine vero (340. 363 nat. deor. 2, 53 div. 2, 89 LVCR. 5, 691 GERM. 526 SEN. nat. 7, 11, 1 PLIN. nat. 2, 177. *et saepe*). Tusc. 1, 68 in eodem -e in duodecim partes distributo quinque stellas ferri. *al.* MANIL. 1, 308 medium . . . -em, quo sidera septem (*i. planetae*) per bis sena volant (LVCAN. 9, 532 *supra*). 3, 225 iacet obliquo signorum circulus -e (*v. p. 100, 31 sq.*). *al.* GERM. 548. 568. *al.* CENS. 22, 2 in zodiaco -e (CHALC. comm. 74. 86. 108. *fort. iam* CIC. Arat. 318 *supra*). *al.*
Ⓘ *de circulo lacteo*: CIC. Arat. 250 hic *lacteus circulus* non perpetuum detexens conficit -em. 286 lacteus -is ([*gr. 511* γάλακτος . . . κύκλος]. rep. 6, 16 [*explicat* MACR. somn. 1, 15, 2 -is hic idem quod circus in lactei appellatione significat]. MANIL. 1, 753 GERM. 458 FIRM. math. 1 prooem. 5. *al.*). MANIL. 1, 698 -em ex illa *Cassiepia* coeptum concludit *circulus lacteus* in ipsa. 726. 757. 802 aetherii . . . circulus -is (DRAC. Romul. 5, 326). *al.* Ⓘ *de circulis variis, quibus caeli partes distinguuntur*: CIC. Arat. 238 quattuor . . . -es stelligeri portantes signa (*sc. circuli aequinoctialis tropicique et linea ecliptica, cf. gr. 462* τὰ . . . ἀλίγκια δινωτοῖσι τέσσαρα. GERM. 447). 299 *zodiacus* partibus extremis extremos continet -es (*sc. tropicos; de eisdem*: nat. deor. 3, 37 *cur sol* nec longius progrediatur solstitiali -i itemque brumali. *al.* PANEG. in Mess. 159 aestivum [HYG. astr. 3, 17]. *al.*). MANIL. 3, 370 simul e medio . . . descenderit *Phoebus*

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e (*sc. aequinoctiali ut*: GERM. 496 LVCAN. 1, 58. *cf.* GERM. 501 aequo). *al.* (IV) *de orbita vel cursu siderum, solis, lunae (pauca notabiliora; fortasse huc spectat* ACC. praetext. 27 *in capite altero sub IA1 allatum*): CIC. Arat. 231 malunt *quinque stellae* . . . suos vario motu metirier -es (*infra* rep. 6, 15 Tim. 32 *et al. cum pron. poss.*). rep. 6, 15 quae *sidera et stellae* . . . circos suos -esque conficiunt celeritate mirabili ([MACR. somn. 1, 14, 25 *ad l.*: est -is in hoc loco stellae una integra et peracta conversio]. Tim. 32 ubi sol suum totum c. et peragravit -em. LACT. ira 13, 4 annuos. *aliter* CIC. nat. deor. 2, 52 *p. 908, 59*). nat. deor. 2, 53 huic *stellae Iovis* . . . proximum inferiorem -em tenet Πυρόεις, . . . eaque . . . eundem lustrat . . . -em quem . . . superiores (*ibid. iterum.* Tim. 30 GELL. 1, 20, 6). LVCR. 5, 655 sub terras cursum convertere cogit *solem* vis eadem, supra quae terras pertulit -em. VERG. georg. 1, 337 quos ignis caelo (caeli *var. l.*) Cyllenius erret in -is. TIB. 2, 4, 17 ubi -em complevit *luna* (*antea*: solis . . . vias. *vix de lunae corpore ut infra p. 913, 77*). MANIL. 3, 221 parte ex illa, qua Phoebi coeperit -is. MART. CAP. 2, 156 -e lunari (*antea*: lunari circulo). *al.*

β *de horizonte*: CIC. div. 2, 92 cum . . . illi -es, qui caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectissume nominari possunt, varietatem maxumam habeant aliique in aliis locis sint. MANIL. 1, 663 (*del. Bentley, Housman*) hic terrestris erit, quia terram amplectitur, -is *eqs.*

c *de locis rotundis vel de circulis, viis ea circumdantibus* (*de -e terrae v. caput alterum sub II*): α *exempla varia*: VARRO ling. 5, 143 *ad oppida condenda* aratro circumagebant sulcum *fossam et murum efficientes*; . . . qui fiebat -is, urbis principium; . . . oppida . . . ab -e (urbe *trad.*) et urvo urbes *dicuntur*. PROP. 4, 9, 24 lucus ab umbroso fecerat -e nemus, . . . loca clausa deae (*cf.* MELA 1, 72 totum se nemoroso laterum -e complectitur *specus* [*sim.* SOL. 38, 7]). LIV. 34, 9, 2 totum -em muri (*cf.* 36, 9, 12 munitionis). GRATT. 241 (*de cubili ferae*) circum omnem, aspretis medius qua clauditur -i(s), ferre pedem *canem venator admonet*. VITR. 9, 1, 15 quae *formica* extremum -em rotae (*aliter p. 908, 25*) peragat (*de canali in rota figulari facto. cf. de canali circum molam ducto*: APVL. met. 9, 11, 3 propellor ad incurva spatia flexuosi canalis, ut in -e termini circumfluentis . . . vagarer). SEN. suas. 1, 4 utrumne terras velut vinculum circumfluat *Oceanus* an in suum colligatur -em. COLVM. 4, 4, 2 exaltare -em ablaqueationis. MELA 3, 73 magno litorum -e pelagus incingens *Persicus sinus* reddit formam capitis humani. SIL. 12, 59 nidi. *al.* *de loco arbore tecto*: VITAE patr. Iurens. 7 M. extra cuius arboris -em fons . . . fluenta praestabat. β *de curriculo (in circo) vel de circo ipso*: MANIL. 2, 138 solus vacuo veluti vectatus in -e liber agam currus. DRAC. laud. dei 3, 202 spatiosior -is (*antea*: harena). *fortasse cum respectu spectatorum (vel de sedibus senatorum, equitum)*: STAT. silv. 1, 6, 35 -em, qua melior severiorque est.

2 *-is appellatur potius figura circuli, in quam quae (qui) ducuntur, formantur sim.* *huc traximus per varia capitula distribuendo locutiones plus minus adverbiales notionis q. e.* 'circum, ad formam circuli' *sim., quarum praemittimus conspectum*: in -em (*magis cum respectu circuli qui fiat, compleatur sim.*): *passim inde a* CIC. nat. deor. 2, 44 Tim. 20 CAES. Gall. 5, 33, 3 BELL. Afr. 15 Alex. 40, 3 VERG. Aen. 8, 673 CVLEX 391. 396 MORET. 47 OV. met. 2, 715 *al.* LIV. 4, 39, 4, *cf. vol. VII 1, 758, 27 sqq.*; *abundanter* undique in -em IVST. 44, 1, 8. in -e (*magis cum respectu circuli certi, praeformati, ad usum parati; unde praeferenda var. l.* in -em CELS. 7, 25, 1^{B}, *cf.* 8, 3, 4; *vix recte trad.* in -e SIL. 7, 309): PROP. 3, 14, 10 (*an metri causa? item* DRAC. laud. dei 1, 171). PETRON. 35, 2. PLIN. nat. 19, 47 (*pleonastice*) circa . . . in -e. per -em (*magis cum respectu lineae totius circumcurrentis*): COLVM. 5, 5, 15 SIL. 3, 526. 4, 451. *abl.* -e: PLIN. nat. 12, 23. 13, 28. -is ad modum: APVL. mund. 7. ad -is rotundi figuram: AMM. 31, 7, 5. in -is speciem: AMM. 23, 6, 64.

a *in definitionibus, descriptionibus figurae geometricae*: CIC. nat. deor. 2, 47 cum . . . duae formae praestantissimae sint, ex solidis globus . . ., ex planis autem circulus aut -is, qui κύκλος Graece dicitur (*cf.* QVINT. inst. 1, 10, 41 illa circumcurrens linea, si efficiet -em, quae forma est in planis maxime perfecta, *eqs.* LACT. opif. 8, 4 *aulam mentis i. caput* -i et globo similem, quod -is [omnis *var. l.*] rotunditas perfectae rationis est ac figurae [*cf. Plat. Tim.* 44^{d} περιφερὲς . . ., σφαιροειδές, *unde Chalc. comm. 213* rotundum et globosum]). fat. 15 geometres non ita dicet: in sphaera maximi -es medii inter se dividuntur. 16. VARRO rust. 3, 16, 5 geometrae hexagonon fieri in -i rotundo ostendunt, ut plurimum loci includatur. MANIL. 1, 545 quacumque inciditur -is per medium, pars efficitur tum tertia gyri exiguo dirimens solidam discrimine summam (*cf.* MACR. somn. 1, 20, 16 omnis diametros cuiuscumque -is triplicata cum adiectione septimae partis suae mensuram facit circuli, quo -is includitur). *al.* SEN. benef. 5, 8, 4 in -e ac pila nihil imum est, nihil summum, nihil extremum est, nihil primum. MACR. somn. 1, 20, 14 ducta linea de quocumque loco circuli, qui designat ambitum, in quamcumque eiusdem circuli summitatem -is partem aliquam dividat necesse est (*antea*: -e vel sphaera . . ., sphaerae aut -is). *al.* BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 37, 18 cum . . . video -em vel quadratum, figuram eius mente concipio. *al.*

b *exempla selecta*: α *respicitur linea circuli circum ducta*: (I) *-is fit circumeundo, se circumferendo (fertur ipse motus* CIC. nat. deor. 2, 44, *i. q.* motus QVINT. inst. 11, 3, 105; *cf. orbitas vel cursus corporum caelestium supra sub 1b*): (A) *de circuitu ineuntium lineam circuli*: (1) *de circuitu variorum*: CIC. nat. deor. 2, 44 propterea quod eorum *astrorum* motus in -em circumque ferretur. VERG. Aen. 8, 673 delphines in -em aequora verrebant caudis (SERV.: in circuitu. *cf.* PLIN. epist. 9, 33, 5 delphinus . . . varios . . . -es implicat. *de sidere*: MANIL. 1, 434 Cetus . . . -bus insurgit tortis. *de motu simili serpentis v. cap. seq.*). 12, 481 Aeneas tortos legit . . . -es (SERV.: obliquas et implicitas vias. *item currendo*: 12, 743 incertos implicat -es). PROP. 3, 14, 10 disci pondus in -e rotat (*item rotando*: OV. met. 4, 508 face iactata per eundem saepius -em. SIL. 3, 526 *procella arma* volvens . . . per -em . . . rotat in nubes). OV. met. 2, 715 *Mercurius volans* iter . . . non agit in rectum, sed in -em curvat eundem. SEN. nat. 3, 27, 9 *Danuvius* non inveniens exitum . . . in -em redit (*cf.* 5, 13, 1 *ut flumina* in -em aquas sine exitu flectant). (2) *de spiris serpentis, draconis (sive de motu flexuoso sive de flexibus corporis, hic illic fortasse vi corporis orbiculati praevalente [ut supra p. 908, 35], e. g.* VERG. Aen. 2, 204 CVLEX 167. 180 OV. met. 3, 41): VERG. georg. 2, 153 rapit immensos -es per humum . . . anguis. 3, 424 tardos . . . trahit sinus ultimus -is. Aen. 2, 204 immensis -bus angues incumbunt pelago. CVLEX 167 squamosos . . . torquebat motibus -es (180 flexibus eversis torquentur corporis -es. OV. met. 3, 41 volubilibus squamosos nexibus -es torquet. *al.*; *cf.* AETNA 46 intortos. SIL. 6, 228 contortos). PROP. 4, 6, 35 flexos (OV. met. 9, 64). OV. met. 3, 77 immensum spiris facientibus -em. 15, 720 *Aesculapius* explicat -es (*v. vol. V 2, 1729, 3 sqq.*). MANIL. 1, 333 sinuata . . . terga per -es. *al.* VAL. MAX. 1, 8, 2 in . . . multiplicem -em . . . est convolutus. SEN. Med. 690 tumidum . . . nodis corpus aggestis plicat cogitque in -es. COLVM. 10, 391 coluber . . . ventre cubat flexo semper collectus in -em (*cf.* HIL. trin. 6, 7 [*in imag.*] collecto inflexi corporis -e). PETRON. 89 vers. 35. PLIN. nat. 8, 121 cauda . . . implicans se viperinis -bus (*Sol. 40, 21* in vertiginem torta). 10, 197 -e adprehensa *ova* spirae . . . praestringunt *dracones* (PROSP. epigr. in obtrect. Aug. 2, 9 *in imag.*). (3) *de gyro ab equis ducto (syn. vel iuxta pos.* gyrus VERG. Aen. 11, 694 SIL. 2, 170. 4, 317. 7, 644 STAT. Theb. 6, 446): VERG. Aen. 5, 584 alios ineunt cursus aliosque recursus adversi spatiis, alternosque -bus -es impediunt. 10, 885 ter circum astantem laevos equitavit in -es (SIL. 2, 170 l. . . . per -em. VAL. FL. 2, 387. *cf.* SIL. 7, 644 nunc laevus in -em, nunc dexter. STAT. Theb. 6, 216 lustrant . . . sinistro -e rogum). 11, 694 Orsilochum fugiens magnumque agitata per -em eludit gyro *Camilla*. OV. met. 6, 225 dum certum flectit in -em quadrupedis cursus (12, 468 equitavit). MANIL. 5, 82 dextros ire per -es (SIL. 4, 317 sinuant). VAL. FL. 6, 239 -bus . . . rapidis. FRONTIN.(?) strat. 4, 5, 4 equum in -em flexit (*v.* OV. met. 6, 225 *supra*). SIL. 16, 401 in -em exercent artes: laevos nunc appetit ille conatus, nunc *eqs.* STAT. Theb. 6, 446 (*444* spargitur in gyros dexterque exerrat Arion) laxo . . . tandem ex (ab *trad.*) -e reductus. 6, 479 Hippodamum metae interioris ad -em . . . axe tenet prenso (*sc. inter metam et currum Hippodami inducens currum suum? an ad p. 909, 43?*).

(B) *de circuitu convertentium circa se (nisi de ipsa re conversa* OV. trist., SEN.): CIC. Tim. 20 (*19 septimo motu caelum* una conversione atque eadem ipse circum se . . . vertitur) caelo . . . in -em incitato (*gr.* κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον. *cf.* QVINT. inst. 11, 3, 105 septimus *motus oratoris* sit ille, qui in se redit, -is [*seq.* circumversio]). OV. met. 8, 416 corpora versat in -em *aper* (VITR. 10, 9, 6 *ut* dens . . . in -em . . . tympanum verset. *cf.* OV. trist. 3, 12, 20 celeri vertitur -e trochus. MANIL. 1, 291 nec se convertere in -em *potest axis*). SEN. Phaedr. 1237 incitatis membra turbinibus ferat numquam resistens -e revoluto rota *Ixionis* (*aliter p. 908, 32*). PLIN. nat. 2, 90 equinas iubas . . . in -em circa se euntes. AMBR. in psalm. 48, 3, 2 quod vita sanctorum . . ., sicut rota in -em, sine ulla cursus sui offensione volvatur.

(II) *-is fit cingendo aliquid vel circumscribendo, circumducendo sim. (sc. vario modo signando, conformando sim.)*: CVLEX 391 hunc *locum* . . . in -em destinat *sc. tumulo faciendo* (*cf.* CVRT. 4, 8, 6 cum rex -em [urbem *trad.*] futuris muris polenta . . . destinasset). OV. am. 1, 14, 26 ut fieret torto nexilis -e sinus (*sc. comarum, cf.* IVV. 6, 496 pectit . . . comas et volvit in -em. CLAVD. rapt. Pros. 2, 15 crinis sinuatur in -es). FEST. p. 330 spira dicitur . . . funis nauticus in -em convolutus (*cf. supra* IVV. volvit). CELS. 7, 25, 1^{B} in -em (-e *var. l.*) tergus inciditur. *al.* COLVM. 5, 5, 15 harundinum statuminibus per -em conectitur *vitis* (*cf.* PALLAD. 3, 14 in -em coguntur). PLIN. nat. 11, 81 circinato -e subtemina adnectens *aranea*. 21, 42 circumscriptam *irim florem* mucrone gladii -e triplici. *al.* IVST. 44, 1, 8 *Hispania* uno . . . montis dorso adhaeret Galliae, reliquis partibus undique in -em mari cingitur.

(III) *-is fit pluribus circumstantibus, circumsedentibus sim.*: (A) *de rebus*: VARRO frg. Plin. nat. 18, 349 si caligo -isve nubium incluserit *lunam*, *eqs.* MELA 2, 111 quia in -em iacent, Cyclades dictae *insulae* (*cf.* PLIN. nat. 4, 65 circa Delum in -em sitae). SIL. 12, 162 crebris circumdata *Nola* in -em turribus. GAIVS inst. 1, 46 testamento

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptis in -em servis *sc. nominibus servorum* . . ., quia nullus ordo manumissionis invenitur, *eqs.* (*epit. 1, 2, 2* in circulo). Ⓑ *de hominibus (deis)*: *de militibus*: LIV. 10, 36, 13 -em armatorum sarcinis circumdant (*cf.* CVRT. 4, 13, 31 ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem -e muniret [*an ad l. 20 sqq. infra ?*]. SIL. 7, 583 aciem denso circumvallaverat -e. 13, 684 spisso circumdedit -e). SIL. 4, 451 gyro . . . per -em artato Garamas iaculis propioribus instat (*445* ductorem . . . telis Garamantica pubes cinxerat). 7, 309 ut armata circumfundare corona, et vallet clausos collectus miles in -e(m). *de deis*: STAT. Theb. 1, 211 postquam . . . siluit . . . exterritus -is (*sc. deorum Iovem circumstantium*). *de varia multitudine*: LACT. inst. 4, 26, 21 corona . . . dicitur circumstans in -em populus.

Ⓚ *-is fit undis a medio motis* (*sc. in aqua per ictum lapidis incitata*): SEN. nat. 1, 2, 2 videmus in multos -es aquam discedere et fieri primum angustissimum -em, deinde laxiorem ac deinde alios maiores. SIL. 13, 27 multiplicat crebros sinuati gurgitis -es. BOETH. mus. 1, 14 p. 200, 10 prius . . . in parvissimum -em undam colligit, deinde maioribus -bus undarum globos spargit.

β respicitur circulus plenus: ① *-is fit coeundo in medium, conglomerando sim.*: Ⓐ *coeunt milites* (*fere t.t.; usum explicat* GELL. 10, 9, 1 vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: frons, . . . cuneus, -is, globus; *ad rem cf. Krohmayer-Veith, Heerwesen und Kriegführung 372*): CAES. Gall. 4, 37, 2 cum illi *milites* -e facto sese defenderunt (SALL. Iug. 97, 5. *cf.* VEG. mil. 1, 26 ut instruant -es). 5, 33, 3 ut . . . in -em consisterent. 5, 35, 1 cum quaepiam cohors ex -e excesserat. BELL. Afr. 15, 3 copiis in -em compulsis. BELL. Alex. 40, 3 *legio* pugnans in -em (*sc. collocata in -em, ad modum -is* [*cf. infra* LIV. 4, 39, 4]; *item* LIV. 21, 56, 2. 28, 22, 15). LIV. 2, 50, 7 -em colligere (*i. densiorem facere. aliter* TAC. ann. 2, 11, 2 collectos . . . in -em [*circumdando l. 9*]). 4, 28, 3 -em volventes (22, 29, 5 *postea*: conglobati restare). 4, 39, 4 in -em se tutabantur (*cf.* 28, 33, 15 cum diu in -em sese stantibus equis defendissent. *v.* CAES. Gall. 4, 37, 2 *supra*). 23, 27, 6 coire in -em (*postea*: in artum compulsi). 42, 65, 7 cum in -em milites coegisset. LVCAN. 4, 777 acies tantae parvum spissantur in -em (*780* densatur . . . globus). Ⓑ *in-de fortasse de decuriis senatorum*: OV. fast. 3, 127 patres (pares *var. l.*) centum denos secrevit in -es Romulus (*130* corpora, *131* partes).

(II) *-is fit crescendo a medio, dilatando sim.*: CVLEX 396 (391 hunc *locum* . . . in -em destinat) tumulus formatum crevit in -em. MORET. 47 levat opus *farina atque liquore confectum* palmisque suum dilatat in -em. COLVM. 5, 5, 10 quaedam cornua prominentia relinqui oportet atque ita totam vitem omni parte in -em diffundi (*cf.* QVINT. inst. 8, 3, 10 in -em se formosius fundet *olea*). PETRON. 33, 3 gallina . . . patentibus in -em alis (*cf.* PLIN. nat. 14, 12 *arboris* tabulata in -em patula). CALP. ecl. 7, 30 (*comparatur vallis cum amphitheatro*) qualiter haec patulum concedit vallis in -em, *eqs.*

B *incorporaliter*: 1 *respicitur ambitus perfectus, conclusus vel latus, largus*: a *rerum*: *α verborum, orationis sim.* (*cf.* περίοδος): CIC. de orat. 3, 198 circumitum et quasi -em verborum conficere (orat. 149 ut . . . concinnitas . . . verborum conficiat -em suum). orat. 207 ut tamquam in -e inclusa currat oratio (*cf.* 234 -em . . . orationis). QVINT. inst. 9, 4, 129 historia non tam finitos numeros quam -em quendam contextumque desiderat (*antea*: perihodos). *in carmine*: PROP. 3, 2, 1 carminis . . . nostri redeamus in -em. GRATT. 150 cur exiguis tantos in partibus -es lustramus?

β sententiarum, doctrinae sim.: CIC. fin. 5, 23 in hunc -em, quem circumscripsimus, incidere non possunt *eae sententiae*. QVINT. inst. 1, 10, 1 ut efficiatur -is ille doctrinae, quem Graeci ἐγκύκλιον παιδείαν vocant. BOETH. cons. 3, 12, 30 W. ludisne . . . me inextricabilem labyrinthum rationibus texens . . . an mirabilem quendam divinae simplicitatis -em complicas? *in malam partem*: HOR. ars 132 publica materies privati iuris erit, si non circa vilem patulumque moraberis -em (SCHOL.: si non in hisdem verbis sensibusque verseris, quae ab aliis dicta sunt. *imagine locorum tritorum praeparatur v. 136* scriptor cyclicus; *cf. Brink ad l.*). *γ rerum variarum*: VAL. MAX. 1, 7, 2 *Augusto* longus . . . terrestrium virtutum -is restabat. GELL. 14, 1, 17 quot saeculis -is hic observationis *stellarum* perfici quiverit.

b *hominum* (*sc. qui sunt aequalitate quadam conexi*): VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 per omnium VII sapientium -em ad ultimum ad Solonem (*fortasse in imag. coronae virorum circumstantium*). VEN. FORT. carm. app. 3, 34 germanis geniti nec sumus -e pari (*sc. propinquorum, antea*: longa consanguinitate).

2 *respicitur circuitus rerum saepe repetitarum, in se redeuntium*: a *-is significat motum rerum* (*saepius sub imag. rotae*): *α exempla usum illustrantia* (*selecta*): ① *de conversionibus rei publicae*: CIC. Planc. 93 stare . . . omnes debemus tamquam in -e aliquo rei publicae, qui quoniam versatur, *eqs.* (Att. 2, 21, 2 sic -em r. p. esse conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus). rep. 1, 45 miri . . . sunt -es et quasi circuitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum (Att. 2, 9, 1 festive . . . et minore sonitu, quam putaram, -is hic in r. p. est conversus). 2, 45 ille . . . vertetur -is, cuius naturalem motum atque circuitum a primo discite adgnoscere (*postea*: itinera flexusque r. p.).

(II) *vario usu*: LIV. 3, 10, 8 ut idem in singulos annos -is volveretur: Hernici nuntiant Volscos . . . reficere exercitus *eqs.* 42, 42, 6 circumagetur hic -is (*sc. mutabuntur condiciones*). SEN. benef. 5, 8, 6 intra te ipsum -is agitur: accipiendo das, dando accipis. TAC. ann. 3, 55, 5 nisi forte rebus cunctis inest quidam velut -is, ut quem ad modum temporum vices, ita morum vertantur. PLIN. epist. 9, 30, 3 quos praecipue scias indigere, sustentantem foventemque -e quodam socialitatis ambire. AVG. civ. 10, 30 p. 453, 4 D. quasi necessarius -is ille ab eisdem abeundi et ad eadem revertendi (*cf. infra l. 12. 24. 35*). *cum gen.*: MANIL. 2, 251 emerito . . . -e laborum (*cf.* VERG. georg. 2, 401 *sub β*). SEN. epist. 36, 11 -em rerum in se remeantium (*cf.* CENS. 4, 4 -em . . . quendam generantium nascentiumque). STAT. Theb. 7, 197 inmoto deducimur -e fatorum. HIL. in psalm. 1, 8 sermo in -em semper et circulum erroris inflexus (ad Const. 2, 4). *β locutiones adverbiales* (*fere i. q.* '*in vicem*', '*circulatim*', '*ex ordine*' *sim.; acced. nonnumquam ad* omnis, perpetuus, quotiens *sim.*): in -em: VERG. georg. 2, 401 redit agricolis labor actus in -em, atque in se . . . volvitur annus (*cf. supra* MANIL. 2, 251). LIV. 1, 17, 6 imperium . . . per omnes in -em ibat (3, 36, 3 insigne regium). 5, 19, 11 senae horae in -em operi attributae sunt. 6, 4, 10 cum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in -em succederet proelio. SEN. dial. 6, 15, 4 in -em ista tempestas (*i. mors*) et sine dilectu vastat omnia. epist. 24, 26 in -em nexa sunt omnia. GELL. 18, 2, 4 in -em vice pari. VEG. mil. 2, 21 quasi in -em quendam per diversas cohortes . . . milites promoventur. *ibid.* in -em omnes cohortes. *al.* in -e: AETNA 240 cur . . . autumno . . . obrepit hiems et in -e recurrit. AVIAN. fab. 6, 8 quamvis perpetuos curet in -e deos. per -em: MANIL. 1, 509 quotiens Fortuna p. -em servitium imperiumque tulit (*cf. de eadem*: ANTH. 415, 65 incerto ludit casu F. p. -em). SEN. epist. 108, 20 nec tantum caelestia per certos circuitus verti, sed animalia quoque per vices ire et animos per -em agi. *abl.* -e: PLIN. epist. 3, 1, 3 *Spurinna parvas res cottidianas* ordine quodam et velut -e circumagit. 4, 24, 6 cum videamus tot varietates tam volubili -e circumagi. -is modo: AVR. VICT. Caes. 35, 13 edocuit cuncta in se -is m. verti.

b *-is significat ipsum tempus* (*maxime in poesi; cf. -em ut cursum solis sim. supra sub A 1 b*): *α de circuitu anni* (*cf.* LACT. inst. 2, 9, 11 -es temporum . . ., quos vocamus annos. GLOSS. -es: anni circuli. anni): VERG. Aen. 1, 269 *Ascanius* triginta magnos volvendis mensibus -es imperio explebit (SERV.: annus . . . dictus quasi . . . anulus, quod in se redeat). 5, 46 annuus exactis completur mensibus -is (*aliter* LACT. ira 13, 4 *p. 909, 9*). MANIL. 3, 479 anni . . . invertitur -is (STAT. Theb. 1, 505 dimensis -bus anni. ALC. AVIT. carm. 5, 233 ISID. nat. 7, 1. *plur.* annorum -es: STAT. Ach. 2, 110 APVL. Plat. 1, 10. *cf.* -is annorum: PORPH. *infra sub β*). STAT. silv. 5, 2, 12 octonos bis iam tibi circuit -es vita. CE 1164, 7 (*saec. I?*) solos septem proles quos duxerit -es (2193, 5). 264, 1 (*a. 376*) vota Faventinus bis deni suscipit -is. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 2 p. 598 septimo quoque -e (*gr. 1, 60* κατὰ ἑπταετίαν). CYPR. GALL. gen. 211 Mathusalamus nongentes porrigit -es (*cf. Vulg. gen. 5, 27* anni; *item ad* 315. 1271 iud. 641). *al.* *β de circuitu temporum variorum*: VERG. Aen. 6, 745 perfecto temporis -e ([SERV.: finito legitimo tempore]. PORPH. Hor. carm. saec. 21 certi t. -e perfecto. *plur.* temporum -es: CVRT. 4, 10, 5). HOR. carm. saec. 22 certus undenos deciens per annos -is ut cantus referatque ludos (PORPH.: -em nunc circulum temporum in se scilicet redeuntium accipe; . . . sensus . . . hic est: ut perfectus -is annorum centum et decem . . . ludos referat). PROP. 3, 18, 16 tot bona tam parvo clausit in -e dies. OV. fast. 1, 54 (*de nundinis*) est quoque *dies*, qui nono *die* semper ab -e redit. SEN. epist. 12, 6 tota aetas partibus constat et -es habet circumductos maiores minoribus (*de vitae partibus ut pueritia, adulescentia sim.*). CENS. 17, 2 hoc . . . tempus (*i. triginta annos*) genean vocari Heraclitus auctor est, quia -is aetatis in eo sit spatio; -em autem vocat aetatis, dum natura ab sementi humana ad sementim revertitur. *al.*

II *de globo, pila aliisque corporibus plus minus in rotunditatem extentis* (*usu secundario, ut videtur, sed cf. p. 913, 47 sqq. et* MACR. somn. 1, 14, 24 circi . . . et -es duarum sunt rerum duo nomina, et his nominibus quidem alibi aliter est usus *Cicero*: nam et -em pro circulo posuit ut '-em lacteum' et -em pro sphaera ut 'novem . . . -bus vel potius globis' [*infra p. 914, 23*]. *huc traximus res non undique rotundas, concavas sim.*): A *de oculis* (*usum illustrat* CHALC. comm. 246 globos . . . munitos tegmine palpebrarum, ex quo appellantur -es. *hic illic de foraminibus oculorum; quaedam fortasse sub specie circuli accipienda sunt, e. g.* LVCR., VERG., OV.): *cum gen.*: LVCR. 3, 410 ne totum corrumpas luminis -em . . . solamque *pupillam* relinquas (OV. met. 1, 740 artior. 2, 752. 14, 200 inanem. VAL. FL. 6, 246 STAT. Theb. 9, 749. *plur.* luminis -es: CVLEX 222 [*nisi ut Leo iungere mavis* ardorem luminis]. ARNOB. nat. 5, 26 HIL. Macc. 187. -es luminum: CHALC. transl. p. 45C, *gr.* ὄμματα). VERG. Aen. 12, 670 oculorum -es ad moenia torsit (LVCAN. 6, 216 TAC. hist. 4, 81, 1. LACT. opif. 8, 6 o. -es concavis foraminibus conclusit *deus* [*aliter de ipsis foraminibus*: PS. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 habuit *caecus* -es concavos o., . . . stationes luminum vacuas]. *al.*). *nude vel cum adi.* (*fortasse et* CVLEX 222): LVCR. 3, 415 splendidus. OV. am. 1, 8, 16 gemino lumen ab -e

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

micat (DRAC. laud. dei 1, 345. 2, 662. *plur.*: SIDON. epist. 1, 2, 2). met. 13, 853 (*commendat Cyclops formam suam*) omnia . . . sol videt . . ., soli tamen unicus -is (*de corpore solis v. infra l. 52*). SEN. Phaedr. 1038. Oed. 967 vulsos . . . evolvit -es (LVCAN. 2, 184 cavis e. sedibus -es). 972 cavis . . . -bus (STAT. Theb. 4, 471. *cf.* PRVD. perist. 2, 146 cavatos. PS. AVG. serm. 96, 6 in concavis -bus . . . resederant oculi. *cf. supra p. 912, 82*). *et saepius.*

B *de rebus globo similibus*: 1 *de multitudine animalium glomerata*: VERG. georg. 4, 79 *apes* magnum mixtae glomerantur in -em (LVCAN. 5, 715 *grues* confusos . . . g. in -es). PLIN. nat. 10, 73 sturnorum generi proprium *est* catervatim volare et quodam pilae -e circumagi. 2 *de corporibus rotundis*: *de cylindris sim.*: TAC. hist. 2, 3, 2 simulacrum deae non effigie humana, continuus -is latiore initio tenuem in ambitum metae modo exsurgens. GELL. 5, 3, 5 acervum . . . et quasi -em caudicum brevi vinculo comprehensum. AVSON. 416, 27 p. 284 P. *scytale* consimilis ligni replicetur in -em. *de hemisphaerio, tholo*: MORET. 95 lapidis . . . cavum . . . -em (*sc. mortarii*). LVCAN. 9, 502 *aquam* galeae confudit in -em. CE 906, 7 crux ubi sacratum caput extulit -e reflexo (*cf.* 907, 2 qua sinuata cavo consurgunt tecta regressu sacrataeque crucis flectitur -e caput).

C *de variis rebus globosis et ipso globo*: OV. met. 6, 19 rudem primos lanam glomerabat in -es (SER. SAMM. 585. *v. l. 9 et infra 79*). trist. 5, 8, 7 dubio Fortunae stantis in -e numen (Pont. 2, 3, 56 st. in -e deae. *cf.* 4, 3, 31 dea non stabili, quam sit levis, -e fatetur. *vix de rota Fortunae [v. p. 908, 25], cf. Pacuv. trag. 367* Fortunam . . . saxo . . . instare in globoso . . . volubili). MANIL. 5, 170 ut teneat tantos -es (*165* pilam). SEN. nat. 1, 8, 4 sectae pilae partem, quae non potest totum -em reddere, quia ipsa pars -is est; . . . nam si in concavo speculo tota facies oppositi -is exprimitur, et in semiorbe nihil prohibet totam adspici pilam. *al.* SCRIB. LARG. 39 bestiolae . . ., quae tactae complicant se in -em pilulae rotundissimae similem. LVCAN. 2, 451 saxorum . . . -es. PLIN. nat. 2, 163 guttae parvis globantur -bus (*cf.* PERVIG. Ven. 18 gutta *roris* -e parvo sustinet casus suos). 15, 51 orbiculata *appellantur mala* a figura -is in rotunditatem circumacti (*vix de circulo, cf. Pallad. 3, 18* mela rotunda, quae orbiculata dicuntur). 16, 146 racemis in -em circumactis, qui vocantur corymbi (*Theophrast. hist. plant. 3, 18, 6* σφαῖραν). *al.* LACT. ira 10, 19 -em vitreum plenum aquae. *al.* *de globo ut mundi simulacrum*: LACT. inst. 2, 5, 18 Archimedes . . . mundi . . . figuram potuit machinari, in quo . . . stellarum . . . cursus -is ille, dum vertitur, exhiberet (*item de sphaera Archimedis* CLAVD. carm. min. 51, 4). 3, 24, 6 aereos -es fabricati sunt quasi ad figuram mundi. CIL VIII 6981 Iovis Victor . . . ferens in manu dextra -em argenteum (*cf. Schlachter, Globus, 1927, 86, 6*).

CAPVT ALTERVM: *forma utraque vel ambigua de mundo eiusve corporibus, partibus* (*sc. visis vel intellectis sub specie modo circuli [disci], modo globi, quae discernere saepius non possis; haerent inter utrumque e. g.* CIC. *et* CHALC. *p. 914, 23 sqq.; cf. exempla formam illustrantia l. 38 sqq. p. 919, 84*): I *praeter terram*: A *de corporibus caelestibus* (*syn. vel iuxta pos.* globus LVCR. 5, 665 APVL. mund. 2. 21, *cf.* MART. CAP. 1, 66 globosos -es; *sed* rota . . . -is VITR. 9, 2, 2): 1 *de corpore solis*: *cum gen.* solis (*ordo 'solis -is' praevalet*): ACC. praetext. 27 dextrorsum -em flammeum radiatum s. liquier (linqu- *var. l.*) cursu novo (*contextu parum perspicuo, fortasse orbitam intellegas sec. praetext. 36 sq.*). CIC. Arat. 73. rep. 1, 25 cum tota se luna sub -em s. subiecisset (LIV. 37, 4, 4 VITR. 9, 2, 1). LVCR. 5, 707. 766 succurrere lunae corpus vel supra s. perlabier -em. PROP. 3, 5, 34. LIV. 22, 1, 9 s. -em minui visum (30, 38, 8). *al.* *cetera exempla*: CIC. progn. frg. 1, 1 cum luna means Hyperionis officit -i (STAT. Theb. 11, 120 trepidum). LVCR. 5, 665 dispersos ignis . . . coire globum quasi in unum et conficere -em. VERG. georg. 1, 442 *sol* ubi . . . conditus in nubem medio . . . refugerit -e (LVCAN. 5, 544 AVIEN. Arat. 1569). 1, 459 lucidus (*cf.* OV. met. 4, 348 puro nitidissimus -e *Phoebus*. MANIL. 1, 644 aureus. LVCAN. 3, 41 igniferi. AMM. 20, 11, 26 igneum. MART. CAP. 9, 906 flammigerum. *sim. al.*). OV. fast. 3, 345 protulerit cum totum crastinus -em Cynthius (3, 353 LACT. Phoen. 52). *et saepius in poesi; in oratione soluta* SEN. nat. 1, 12, 1 APVL. met. 2, 1, 5. *al.* 2 *de lunae corpore*: LVCR. 5, 755 luna . . . obiciens caecum radiis *solis* ardentibus -em. LYDIA 40 aureus. HOR. epist. 1, 12, 18 obscurum lunae . . . -em. OV. epist. 2, 3 cornua cum lunae pleno . . . -e coissent (met. 7, 531. 10, 296 LIV. 44, 33, 7 GERM. 78 SEN. Phaedr. 744 PLIN. nat. 2, 42. 58 AVIEN. Arat. 229. 1489 p. luminis -em. *al.*). 2, 5 luna quater latuit, toto quater -e recrevit (VITR. 9, 2, 2 plena rota t. -is. CVRT. 6, 4, 16 LVCAN. 1, 538 STAT. Ach. 1, 231. *al.*). met. 2, 344 luna . . . iunctis implerat cornibus -em (11, 453 fast. 2, 175 CVRT. 6, 4, 16. 8, 9, 36. *cf.* OV. met. 7, 530 explevit [AVIEN. Arat. 1753]. APVL. met. 11, 1, 1 completum [EVSTATH. Basil. hex. 6, 3, 13 *gr.* κύκλον. *aliter de cursu lunae p. 909, 15*]). *al.* 3 *de aliis corporibus caelestibus*: MANIL. 1, 844 ignis glomeratus in -es (*de forma cometae ut*: SEN. nat. 1, 15, 4. 7, 15, 1 igneus ac rubicundus -is). 1, 871 Cyllenius -is. SEN. nat. 7, 1, 6 de stellarum siderumque natura, utrum flamma contracta . . . an non sint flammei -es. *al.*

B *de caelo, aethere vel caeli partibus* (*fere in poesi; exempla post* VERG. *selecta; nonnulla ad D trahi posse non negaverimus*): CIC. Arat. 187 Arcturo magnum spatium supero dedit -e (spatiumque super d. -em *trad.*) Iuppiter, huic *Arae* parvum inferiore in parte locavit (269 [*gr. 498* καθ' ὑπέρτερα γαίης]. *cf.* ANTH. 240, 8 -e superno [*opp.* undis]. AVG. civ. 18, 23 p. 286, 14 D. ab alto -e). *al.* LVCR. 5, 510 magnus caeli si vortitur -is (VERG. Aen. 8, 97 sol medium c. conscenderat . . . -em [*sec. Hom.* Θ *68* μέσον οὐρανόν]. MANIL. 1, 454 hunc -em c. vertentis sidera. GERM. frg. 2, 9 c. circumrotat -em. PRVD. c. Symm. 1, 322 VICTORIN. leg. dom. 2 ISID. nat. 14, 1. *cf.* VERG. ecl. 6, 34 tener mundi . . . -is [*vix de mundo universo ut*: MANIL. 1, 457 signa . . . m. totum deducta per -em]). 5, 515. VERG. ecl. 3, 41 Conon . . ., descripsit radio totum qui gentibus -em. Aen. 8, 137 aetherios umero qui *Atlas* sustinet -es (*cf.* PROP. 4, 9, 37 tergo qui sustulit -em. PETRON. 122 vers. 151 totum ferre potest umeris . . . -em). CIRIS 38 lunae sidera caeruleis -em (caelum *L*) pulsantia bigis (*cf. Verg. Aen. 10, 216* pulsabat Olympum). OV. fast. 1, 494 patria est . . . piscibus aequor, . . . volucri vacuo quidquid in -e patet. Pont. 4, 9, 112 eoo . . . surgit ab -e dies (*cf.* AVIEN. Arat. 1261 matutino . . . surgit aquarius -e). MANIL. 1, 281 mundum, sidereus circa medium quem volvitur -is (*cf. gr. Arat. 23* περὶ δ' οὐρανὸς αὐτὸς ἀγινεῖ. 4, 862 s. non ut pugnet *zodiacus* contrarius -i). PETRON. 39, 13 -is vertitur tamquam mola. *al.* *abundanter*: COMM. apol. 116 (*sec. Is. 40, 12* caelos palmo ponderavit) pugillo suo concludere circulum -is (*aliter p. 908, 77*).

C *de sphaeris mundi*: CIC. rep. 6, 17 novem . . . -bus vel potius globis conexa sunt omnia, quorum unus est caelestis *eqs.* (CHALC. comm. 72 ordinem collocationis globorum vel etiam -ium, quibus collocati feruntur planetes. 74 cum per proprios -es ferantur seu globos). *ibid.* in infimo . . . -e luna . . . convertitur (*cf.* nat. deor. 2, 53 *stellae Iovis* proximum inferiorem -em tenet Πυρόεις. TAC. hist. 5, 4, 4 de septem sideribus . . . altissimo -e . . . stella Saturni feratur). 6, 18 *sonus* inpulsu et motu ipsorum -ium efficitur (*item agitur de harmonia per motum siderum vel sphaerarum effecta*: VARRO AT. carm. frg. 14, 2 septem aeternis sonitum dare vocibus -es. MANIL. 1, 23. FAV. EVL. 21, 1 W. [= p. 14, 24 H.]. *al.* MART. CAP. 1, 12. 9, 910. *al.*). SVET. frg. p. 215, 10 (Isid. nat. 23, 1) in ambitu septem caelestium -ium primum inferiore sphaerae circulo luna est constituta (CHALC. comm. 119. *cf.* FAV. EVL. 17, 3 W. [= p. 12, 16 H.] caeli . . . in hunc numerum *i. octo* -es seu deus artifex seu prudens natura disposuit). APVL. mund. 2 septem *stellae* . . . deorum nominibus inlustres totidem -bus adfixae sunt . . ., ac vicissim mutuis adhaesionibus nexae complexu illius -is, qui inerrabilis dicitur, continentur (*antea*: globis). *al.* *de -e ardorum Parmenideo* (*nisi de circulo*): CIC. nat. deor. 1, 28 *Parmenides* coronae similem efficit (στεφάνην appellat) continentem ardorum lucis (*secl. Pease*) -em, qui contingit caelum.

D *de universo* (*sc. de mundo, extra quem nullus est, cf.* GLOSS.[L] I Ansil. OR 77 -em: universum mundum. GLOSS. II 354, 8 κόσμος ὁ τοῦ παντός. mundus, -is. *maxime in poesi*): 1 *creando, creato*: VERG. georg. 2, 339 ver magnus agebat -is ([*336* prima crescentis origine mundi. SCHOL. Verg. Bern.: mundus]. PRVD. c. Symm. 1, 41. *al.* BOETH. cons. 5 carm. 2, 7). APVL. Plat. 1, 11 architectum huius divini -is. *al.* COMM. apol. 358 conditor -is (instr. 1, 26, 28. *al.* VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 1 -is totius mundi [*sic ed. Victorin.*, t. m. *om.* rec. Hier.]. PRVD. apoth. 894. *al.*; *cf.* cath. 4, 9 repertor. perist. 13, 55 creator. *sim. al. apud eccl. de deo vel Christo*). HIL. trin. 3, 17 p. 86[A] in exordio creati -is (PRVD. cath. 11, 62. *cf.* apoth. 303 principio. VIRG. gramm. epist. praef. p. 106, 18 ab initio fundati -is). *al.* 2 *varia exempla*: HOR. carm. 3, 3, 7 si fractus inlabatur -is, impavidum ferient ruinae. OV. met. 1, 6 ante mare et terras et . . . caelum unus erat toto naturae vultus in -e. 12, 39 -e locus medio est inter terrasque fretumque caelestesque plagas, triplicis confinia mundi (LVCAN. 6, 482 m. vergens titubavit nisus *terrae* in -em. MAR. VICTORIN. verb. script. 2 p. 1010[B] in m. -e . . ., mediam partem mundi). 12, 63. *al.* MANIL. 2, 65 cum spiritus unus per cunctas habitet partes atque irriget -em (*61* caelo, terrisque fretoque. *63* mundum). *al.* COLVM. 10, 197 (*antea*: mundi). LVCAN. 4, 191 concordia mundi et sacer -is amor. APVL. Plat. 1, 8 nullam . . . partem extra -em relinqui (*antea*: mundum omnem. *cf. Plat. Tim. 32*[c] κόσμου). *al.*

II *de terra* (*ad rem cf. Friedrich, Materialien zur Begriffsbestimmung des orbis terrarum, Progr. Leipzig 1887*). *de usu et differentiis factis inter* -is terrae, -is terrarum, -is *haec praemonenda esse putavimus*: -is terrae: *collocatione sollemni* -is terrae *non nisi in prosa oratione* (*inseruntur alia*: PLIN. nat. 2, 160 APVL. flor. 22, 3 OROS. hist. 1, 2, 1); *collocatione liberiore* terrae -is *tantum* COLVM. 10, 128 (*inseruntur alia*: VARRO Men. 126, 2 [terrai]. LVCR. 3, 989 [terrai]. AETNA 94 MANIL. 1, 284). *verba in unam vocem composita affert* PRISC. gramm. II 183, 10 orbisterrae, orbisterrarum (*sed postea*: possunt tamen haec eadem etiam separata esse, si diversos accentus his dederis). *legitur apud* RHET. Her. *bis*, CIC. *26ies*, VARRONEM *quater*, VITR. *quater*, PLIN. nat. *bis*, TAC. ann. *ter*, SVET. *bis*, *singulis locis apud* LVCR., SALL., AETNAM, MANIL., CVRT., COLVM., QVINT. (inst. 8, 4, 14 *sec.* CIC. Catil. 1, 3); *apud eccl. demum usurpatur saepius, sed omnino multo rarius quam* -is terrarum *vel* -is. -is terrarum: *collocatione sollemni* -is terrarum (*passim inseruntur alia*) *tantum in prosa oratione* (*praeter* LVCR. 5, 1166. OV. met. 8, 117 [*si recte trad.*]) *inde a* RVT. RVF. hist. 11, *praecipue apud* CIC. (*48ies*), LIV. (*42ies*), *quae collocatio sola*

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adhibetur in titulis et a CAES., NEP., VITR.; *collocatione liberiore* terrarum -is (*hic illic alia inseruntur*) *in poesi inde a* LVCR. (*8ies*), VERG. Aen. 1, 233, *in prosa oratione inde a* CIC. Verr. II 5, 35 Font. 24 leg. agr. 2, 98 fam. 4, 7, 4 SALL. Catil. 8, 3 LIV. 5, 51, 8, *saepius apud* VELL., VAL. MAX., SEN. *phil.*, PLIN. nat.; *verba in unam vocem composita sunt* PRISC. gramm. II 183, 10 (*v. supra*). GLOSS. II 380, 40 orbisterrarum. -is *legitur in poesi inde a* CATVLLO 64, 30, LAVREA epigr. 9, VARRONE AT. carm. frg. 16, 1, VERG., *in prosa oratione adhibetur a* LIV. (8, 3, 7), SEN. (contr. 1 praef. 11. suas. 1, 1), VELL., VAL. MAX. *et per totam sequentem latinitatem tam in prosa oratione quam in poesi multo saepius usurpatur quam iuncturae, quae quendam colorem pedestrem videntur habere.* *differentiae notionis vel coloris inter iuncturas q. s.* -is terrae *et* -is terrarum *ne a* CIC. *quidem sunt manifestae factae* (*cf.* AMBR. in psalm. 48, 3, 2 qui inhabitant -em terrae, illum utique -em terrarum . . ., quem Graeci οἰκουμένην dicunt. AVG. gen. ad litt. 3, 1 p. 63, 21 dicuntur et terrae, nec aliud significatur quam illa, quae singulariter terra dicitur, quando dicimus -em terrarum et -em terrae. *sed* ISID. orig. 14, 1, 1 quae *terra* singulari numero totum -em significat, plurali vero singulas partes). -is *et a poetis et a scriptoribus pedestribus usurpari videtur vi eadem qua* -is terrae, -is terrarum. *cf. quae attulimus discreta p. 917, 4. 15. 32. 918, 48. 64.*

A *respicitur magis pars habitata exploratаque totius terrae, i. q.* οἰκουμένη. *gr. respondet ubi nihil adnotatur; cf.* HIER. in Is. 13, 9 pro terra Septuaginta τὴν οἰκουμένην, id est -em, interpretati sunt. RVFIN. Orig. princ. 2, 3, 6 p. 121, 12 mundus dicitur . . . noster cum habitatoribus suis -is iste terrarum (*cf.* OROS. hist. 1, 1, 16 terrarum -em, quem inhabitat humanum genus). *distinguitur* -is *a* terra *e. g.* ITALA psalm. 89, 2 (Aug. *ad l.*) t. et -is terrae (*gr.* γῆν καὶ τὴν οἰκ., Sangerm. t. et -is terrarum. HIER. psalt. sec. Hebr. *et* VVLG. t. et -is [*fortasse mundum intellegentes*]. *sim.* Ier. 51, 15 [Tert. adv. Hermog. 45, 2]). *ad rem v. Gisinger, RE XVII 2123–2174.*

1 *locutiones notabiliores oecumenen ut universam, ingentem, omnia complexam evocantes* (*acced.* totus, omnis *sim. saepius*):

a *praepositionales vel adverbiales*: RHET. Her. 4, 22, 31 Alexandri virtutes per -em terrae . . . vulgatae sunt (CIC. leg. agr. 2, 45 vagabuntur. LAVREA epigr. 9 totum legitur *Cicero* sine fine p. -em. LVCR. 2, 600 CAES. civ. 3, 43, 3. 3, 72, 4 SALL. Catil. 8, 3 SALL. [?] rep. 2, 13, 6 VERG. ecl. 8, 9. *al.* CIRIS 16 longe lateque p. -em. HOR. epist. 2, 1, 254. *et saepe, indicat et motum et positionem; fere synon.* ubique LAMPR. Heliog. 6, 7). CIC. Verr. II 2, 88 oppidum . . . solum in -e terrarum, unde *eqs.* (4, 23. 99. *et saepe.* LVCR. 5, 74 sancta tuetur. 6, 629 umorem . . . spargere. PROP. 3, 11, 19 pacato. OV. am. 1, 15, 8. *et saepius*). II 4, 82 amplissimum -i (in -e *var. l.*) terrarum . . . monumentum (*item solo abl.*: leg. agr. 2, 76 [-is *var. l. ut*: dom. 24 Sest. 66 SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 3. *al.*]. Flacc. 63 Att. 4, 1, 7. LVCR. 2, 543 [in *coni.*]. 5, 1166 VERG. georg. 1, 511. OV. am. 1, 15, 13 [*sed* in . . . -e 1, 15, 8]. *al.*).

b *toto -i opponuntur singula(-i) vel comparantur sim.*: α *per superl.*: *comparantur loca* (*vel incolae*): CIC. leg. agr. 2, 76 ager Campanus . . . -i (-e, -is *var. ll.*) terrae pulcherrimus (FLOR. epit. 1, 16, 3 omnium non modo Italiae sed toto -e terrarum p. Campaniae plaga est). BELL. Alex. 42, 4 diversissima parte -is terrarum. HOR. carm. 1, 35, 30 in ultimos -is Britannos (LIV. 38, 59, 6 in u. angulum -is terrarum [VELL. 2, 102, 3 ac remotissimo]). LIV. 22, 14, 5 ab extremis -is terrarum terminis (LVCAN. 7, 541 e. . . . -is Hiberi. AMM. 17, 4, 6 e. -is incolas. *adi. pro subst.*: PORPH. Hor. carm. 2, 20, 13 ad extrema usque -is terrarum. AMM. 20, 4, 10). 38, 50, 7 duas maximas -is terrarum urbes *Romam atque Carthaginem* (PAVL. FEST. p. 122 quod Delos aliquando m. emporium fuerit -is terrarum). VAL. MAX. 4, 8, 4. *al.* *comparantur alia* (*v. etiam* CIC. har. resp. 29 *infra sub* δ): CIC. Verr. II 4, 82 cuius *Catuli* amplissimum -i terrarum clarissimumque monumentum est (*4, 69* clarissimo pulcherrimoque *tantum*). Catil. 1, 9 in hoc -is terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui *eqs.* (*item de senatu*: Phil. 3, 34 amplissimi -is terrae c. 7, 19 summo. *cf. p. 917, 13*). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 3 in nobilissimo -i (-is *var. l.*) terrarum gymnasio Academiae. LIV. 38, 60, 5 regem opulentissimum -is terrarum. 45, 7, 3 summum imperium in -e terrarum. VELL. 2, 131, 1. *al.* β *per interrog.* (*et comparationem* CIC. Manil., OV.): CIC. Manil. 43 quod . . . nomen umquam in -e terrarum clarius fuit? dom. 24 ecqui locus -i terrarum vacuus . . . imperio Clodiano fuisset? (Sest. 66 qui l. -i [-is *var. l.*] terrae iam non erat alicui destinatus? SEN. suas. 4, 3 erit aliquis -e toto l., qui te victorem non viderit?). VERG. Aen. 1, 331 quibus -is in oris iactemur, doceas. OV. fast. 1, 526 num minus hic toto est altior -e cinis (*sc. Troiae in moenibus Romae resurgentis*)? *al.* γ *per negationem* (*et comparationem* HOR., OV. trist., PLIN.): CIC. Sull. 43 locum in -e terrarum esse nullum, quo in loco *eqs.* (OV. fast. 4, 574 nullus in -e l. CVRT. 4, 14, 5 ne quis toto -e l. esset, qui *eqs. cf.* HOR. epist. 1, 1, 83 nullus in -e sinus Baiis praelucet amoenis). LVCR. 2, 543 cui *rei* similis toto terrarum ⟨nulla⟩ sit -i. OV. met. 15, 177 nihil est toto, quod perstet, in -e. trist. 5, 8, 26 nil ingens ad finem solis ab ortu . . . mitius -is habet. *al.* LIV. 33, 33, 7 ne quod toto -e terrarum iniustum imperium sit. SEN. dial. 12 (11), 5, 2 neminem esse toto -e terrarum, qui *eqs.* (*cf.* 12 [11], 14, 2 nulla domus). PLIN. nat. 36, 123 nil magis mirandum fuisse in toto -e terrarum. *al.* δ *per varia*: CIC. Verr. II 2, 88 hoc adhuc oppidum Verres invenit prope solum in -e terrarum, unde nihil . . . posset auferre (4, 23. Flacc. 63 qui *Lacedaemonii* soli toto -e terrarum . . . numquam mutatis legibus vivunt. PETRON. 140, 2). leg. agr. 1, 11 duas causas in -e terrarum repertas, quibus *eqs.* (*item opp. numeralia*: har. resp. 29 quem *Deiotarum* unum habemus in -e terrarum fidelissimum huic imperio [*sim.* Phil. 11, 34]. Phil. 10, 10 SEN. Herc. O. 1614). OV. epist. 5, 148 quaecumque herba . . . in toto nascitur -e, mea est (*cf.* 20 [21], 150 toto quidquid in -e placet [ars 1, 56 fast. 1, 284. 494 SEN. Herc. f. 1255. *al.*]. LIV. 37, 25, 10 *Masinissam* toto in -e terrarum cuivis regum . . . parem). ars 1, 759 pectoribus mores tot sunt, quot in -e (ore *Bentley*) figurae (*cf. fortasse* LVCAN. 4, 389 restant . . . tot in -e labores). *al.*

c *iuxta ponitur* urbs (*sc. Roma; locutione plus minus fixa* urbis et -is *sim. inde ab* OV. fast. 2, 684. *generatim in lusu verborum cum voce q. e.* urbs *nonnumquam inde a* CIC. parad. 18 VARRO ling. 5, 143 SEN. contr. 2, 6, 2, *v. Otto, Sprichw. n. 1834*): CIC. Catil. 1, 9 qui de huius u. atque adeo de -is terrarum exitio cogitent. 4, 11 hanc u., lucem -is terrarum. NEP. Att. 3, 3 in ea u. . . ., in qua domicilium -is terrarum esset imperii. 20,5 principem non solum u. Romae, sed -is terrarum. PROP. 3, 11, 57 urbs . . ., toto quae praesidet -i. OV. ars 1, 174 ingens -is in u. fuit. fast. 2, 684 Romanae spatium est u. et -is idem. VELL. 2, 44, 1. 2, 100, 1 PLIN. nat. 3, 17. 67. CAPITOL. Gord. 26, 1 per totum u. totumque -em terrarum. IVST. 18, 5, 7. OROS. hist. 1, 1, 14 ab -e condito usque ad u. conditam. *ibid. iterum.* VEN. FORT. carm. 8, 1, 14 natus in u. . . ., notus in -e. CORIPP. Iust. 1, 181 simul u. et -is provida cura. ARATOR act. 2, 1232 ISID. orig. 9, 4, 3. CE 1254, 7 statuis u. decoravit et -em. INSCR. numm. Cohen VII² p. 208 n. 202 (*Licin.*) vota -is et u. *al.*

2 *exempla ad rem et usum illustrandum digesta*: a *usu communi*: α *potius cum respectu loci*: ① *est* οἰκουμένη *una tantum*: Ⓐ *strictius de tota oecumene (cf. infra l. 76 sq.)*: *in universum* (*paucissima tantum*): RHET. Her. 4, 22, 31 *v. supra sub 1a.* CIC. Font. 30 Apollinem Pythium atque . . . oraculum -is terrae (*Delphi sunt positi in medio -e terrae*: PRIAP. 75, 5 Delphos . . ., -is umbilicum [*v. Onom. vol. III 90, 75 sqq.*]). *saepius apud eundem.* VARRO rust. 1, 9, 1 ea *terra* tribus modis dicitur, . . . communi, ut cum dicimus '-em terrae' et 'terram Italiam' aut quam aliam *eqs.* VERG. Aen. 1, 233 quibus *Troianis* . . . cunctus . . . terrarum clauditur -is (*sc. adeuntibus, inhabitantibus, cf.* OV. met. 6, 333 cui *Latonae* quondam regia coniunx -em interdixit. 8, 117 obstruximus -em terrarum [*v. Hollis, 1970, ad l.*]). OV. fast. 1, 600 quot . . . gentes maximus -is habet. LVCAN. 7, 390 gentes . . . futuras . . . et populos aevi venientis in -em (*sc. vitam ineundo ut*: COD. Iust. 6, 29, 3 in hunc . . . -em devolutus [*antea*: ad lucem . . . redactus]. *ibid.* ad -em . . . processit. ARATOR act. 1, 68 per quam *Mariam* mediator in -em prodiit. 1, 822 Christus venit in -em). ITALA psalm. 23, 1 (cod. 136 Cas. *al.*, *sim.* VVLG.) domini est terra et plenitudo eius, -is terrarum et omnes inhabitantes in ea (eo *var. l. in* VVLG.; CASSIOD. *ad l.*: ne terram, quam superius dixit, angustam putares aliquam fortasse regionem, nunc dicit -is t., hoc est universalem ecclesiam, quae totius mundi ambitu continetur). *al.* *exempla situm, partes, fines illustrantia* (*selecta*): CIC. S. Rosc. 103 Africanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem -is terrarum se subegisse (PAVL. FEST. p. 78 Europam t. -is p. PLIN. nat. 7, 114. *item dividitur in partes tres*: CIC. Sest. 129 tripertitas -is terrarum oras. SALL. Iug. 17, 3 PLIN. nat. 3, 3. *al. sim.* [*sed Mart. Cap. 6, 622 in eadem re*: circulus omnis . . . telluris]; *in duas autem dividitur partes*: VARRO rust. 1, 2, 3 PLIN. nat. 3, 5). nat. deor. 2, 165 quasi magnam quandam insulam . . ., quam nos -em terrae vocamus (APVL. mund. 7 hanc nostram i., id est hunc terrarum -em [*gr. p. 393 b 18* οἰκουμένην]. *ab oceano circumfunditur ut*: CATVLL. 64, 30 oceanus . . ., mari totum qui amplectitur -em. PANEG. in Mess. 147 AETNA 94 OV. met. 1, 187. *al.*). VERG. georg. 2, 123 oceano propior . . . India . . ., extremi sinus -is (PROP. 2, 16, 40 OV. am. 2, 6, 38 met. 2, 254. *al.; cf.* OV. epist. 14, 112 eiectos ultimus -is habet [fast. 1, 717 et primus et u. trist. 1, 1, 127 Pont. 2, 7, 66 STAT. silv. 5, 1, 90. *al.*]). ALBINOV. carm. frg. 2 notis extorres finibus -is (NEMES. cyn. 65). *al.*

Ⓑ *usu liberiore vel hyperbolico -is dicitur de parte pro toto. usum illustrant* TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 398, 20 Aegyptus nonnumquam totus -is intellegitur apud illum *creatorem*. HIER. in Is. 13, 4 sq. p. 156 (ut disperdat omnem terram) non . . . totum -em . . .; idioma est enim sanctae scripturae, ut omnem terram illius significet provinciae, de qua sermo est, quod quidam non intellegentes ad omnium terrarum subversionem trahunt. *nonnulla exempla sunt ambigua inter usum hunc liberiorem et strictiorem supra demonstratum, v. e. g. l. 81 sqq.*

① *de imperio Romano.* *saepe totam* οἰκουμένην *obtinens intellegitur, e. g.* OV. fast. 1, 86 Iuppiter arce sua totum cum spectet in -em, nil nisi Romanum, quod tueatur, habet (*v. Bömer ad l.*); *cf. Vogt, Orbis Romanus, 1929; qua re exempla (selecta) adhibuimus, ubi -is appellatur vel pars Romana totius terrae vel tota* οἰκουμένη *imperio Romano subiecta, subicienda, gubernanda sim., quae saepius non facile*

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inter se neque ab usu strictiore supra allato discernuntur. vix etiam de imperio Alexandri nisi SEN. suas. 1, 5 -is illum suus non capit (SEN. epist. 119, 8 APVL. flor. 7, 6. *cf.* SEN. suas. 1, 14 ante -em tibi tuum deesse quam militem). ⓐ *cum gen.* (*non nisi in prosa oratione*): -is terrae: RHET. Her. 4, 9, 13 imperium -is t., cui imperio omnes gentes, reges ... consensuerunt, cum ... a populo Romano superati essent (CIC. Manil. 53. off. 2, 27 illud patrocinium -is t. verius quam i. poterat nominari [*antea*: imperium populi Romani]. SVET. Iul. 61). CIC. Catil. 1, 3 Catilinam -em t. caede ... vastare cupientem (*antea*: Ti. Gracchum ... labefactantem statum rei publicae [QVINT. inst. 8, 4, 14 *ad l.*: Catilina Graccho et status rei publicae -i terrarum ... comparatur]). dom. 110 principem *Pompeium* -is t. Phil. 4, 14 senatum, id est -is t. consilium (fam. 3, 8, 4. *aliter p. 915, 64*). *al.* TAC. ann. 11, 24, 3. 12, 5, 3 gravissimos principis labores, quis -em t. capessat. 16, 28, 3. *al.* -is terrarum: CIC. S. Rosc. 131 cum *Sulla* solus rem publicam regeret -emque t. gubernaret (*item iuxta ponitur* r. p.: VELL. 2, 60, 1. 2, 89, 2). Mur. 74 an -is t. imperium a populo Romano petebas? (LEX arae Aug. Narb. [CIL XII 4333] 1, 25 NEP. Att. 3, 3 VITR. 1 praef. 1. *al.; cf.* CIC. Sest. 67 qui *Pompeius* i. populi Romani -is t. terminis definisset. Balb. 16 totum -em t. nostro i. teneri. *al.* R. GEST. div. Aug. tit. LIV. 37, 25, 5. *al.*). leg. agr. 2, 15 -is ... t. domini (LIV. 37, 45, 8. 38, 51, 4 civitatem dominam. SVET. Aug. 94, 5 CIL III 12049, 1. *al.; cf.* CIC. Phil. 3, 35 principes. *sim. al.*). Catil. 1, 9 (*iuxta* urbis, *v. sub 1c, item* NEP. Att. 20, 5. *cf.* SPART. Sept. Sev. 3, 5 -em t. Romamque). Att. 4, 1, 7 Pompeio ... omnis potestas rei frumentariae toto -e t. daretur. *al.* BRVT. (?) Cic. ad Brut. 24, 2W. liberatoribus (*sc. Caesaris interfectoribus*) -is t. SALL. hist. frg. 2, 14 -e t. extorres (*cf. Maurenbrecher ad l.*). LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 25. LEX arae Aug. Narb. (CIL XII 4333) 1, 15 eum *Augustum* saeculi felicitas -i t. rectorem edidit. LIV. 1, 16, 7 ut ... Roma caput -is t. sit (21, 30, 10. *al.; cf.* VELL. 2, 4, 6 super totum t. -em Roma extulerat caput. *sim. al.*). *al.* ⓑ *nude vel cum adi.* (*exempla selecta*): VERG. Aen. 4, 231 fore qui ... totum sub leges mitteret -em (LVCAN. 1, 22). HOR. carm. 1, 12, 57 latum (laetum *var. l.*) reget aequus -em (OV. trist. 5, 2, 50 vir non ipso, quem regis, -e minor. MANIL. 4, 764 recturi principis *Tiberii* -em. *al.*). PROP. 3, 11, 57 toto quae *Roma* praesidet -i (*cf.* CLAVD. 15, 96 praefuit). OV. am. 1, 15, 26 Roma triumphati ... caput -is erit (*al., v. vol. III 426, 29 sqq. et cf.* GRATT. 324 inposuere -i Romam caput). fast. 2, 130 (*ad Augustum*) pater -is (STAT. silv. 3, 4, 48. *cf.* 4, 2, 14 regnator terrarum -isque subacti ... parens. MART. 7, 7, 5 mundi rector et parens -is. *al.*). MANIL. 1, 793 Pompeius ... -is domitor (VAL. MAX. 6, 7, 1 PLIN. nat. 36, 118. *cf.* OCTAVIA 250 tyrannus [IORD. Get. 187]. FLOR. epit. 3, 13, 2 populus gentium victor -isque possessor. TERT. nat. 2, 17, 2 Romanos totius -is dominos [CIL XIII 8895, 1 *a. 276. al.*]. FIRM. math. 1, 10, 13 imperator. HIER. epist. 60, 17, 3 victor. *sim. al.*). VELL. 2, 124, 1 -is ruinam ([*antea*: senatus trepidatio, ... populi confusio, ... urbis metus]. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 totius). LVCAN. 1, 285 Roma subegerit -em. PETRON. 119 vers. 1 -em ... totum victor Romanus (*sc. populus*) habebat. *al.* ⓒ noster -is: OV. met. 10, 305 (*del. ed. vett.*) gentibus Ismariis et n. gratulor -i, gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis *orientalibus*. PLIN. nat. 8, 7 (*opp.* India, *cf.* 8, 176. 33, 66). 12, 45. 98 (*postea*: imperii). *et saepius.* TAC. Agr. 12, 3 (*opp.* Britannia *ut*: NEMES. cyn. 226). Germ. 2, 1 Oceanus raris ab -e n. navibus aditur. EDICT. imp. Diocl. praef. 16 L. EPIST. imp. inc. de Tymand. (CIL III 6866) 9 ut per universum -em n. civitatum honor ac numerus augeatur. *al.* ⓓ -is Romanus (*usus fortasse praeparatur*: LVCAN. 8, 211 -is, qua Romanus erat. *cf.* HEGES. 2, 9, 1 p. 154, 9 -is terrarum, qui Romano imperio clauditur et definitur, denique a plerisque -is R. appellatur. PROSP. chron. I p. 411, 411 -em Romani imperii): LVCAN. 8, 441. 10, 456 cui R. spatium non sufficit -is. VLP. dig. 1, 5, 17 in -e R. qui sunt, ex constitutione imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt. PORPH. Hor. carm. 3, 3, 37 TREB. Gall. 5, 6. *et saepe apud script. hist. Aug.* PANEG. 11, 6, 3 FIRM. math. 1, 10, 13 err. 16, 4 AVR. VICT. Caes. 13, 6. 33, 33. 41, 2. PS. AVR. VICT. epit. 35, 2 *Aurelianus* R. -em triennio ab invasoribus receptavit. *al.* CIL XI 6664, 8 (*fortasse legendum*:) pr(opagatoribus) o(rbis) Roma(ni). 6669, 1 (*a. 359/361*) liberatori -is R. *al.*

② *de aliis partibus oecumenes (cf. supra l. 2; maxime in poesi): de continentibus Europa vel Asia*: VERG. Aen. 7, 224 uterque Europae atque Asiae ... -is. HOR. carm. 3, 27, 75 tua sectus -is (*i. Europa*) nomina ducet (PORPH.: quia ab huius nomine pars -is Europa appellata est). MANIL. 4, 677 Tanaim Scythicis dirimentem fluctibus -es (*cf.* LVCAN. 3, 276 *Tanais* qua flectitur, ampliat -em *sive Europae sive Asiae*). CVRT. 7, 7, 14 dum Asiam subigimus, in alio quodammodo -e tropaea statuere. PLIN. nat. 6, 2 inter duos -es. STAT. Ach. 1, 395 alterum ... -em. AMM. 17, 7, 13 Europaeo -e. *de variis partibus* (*nonnulla exempla trahere possis ad p. 918, 15*): OV. epist. 1, 58 scire ..., in quo lateas ... -e (trist. 1, 2, 85 nescio quo ... positos ... in -e Tomitas. *al.; cf.* LVCAN. 8, 603 ne quo non fiat in -e ... facinus civile). met. 1, 94 peregrinum ... -em (MANIL. 5, 213 p. -es. *cf.* OV. met. 7, 22 quid ... thalamos alieni concipis -is? [PLIN. nat. 12, 6. 24, 89 a. -es. *al.*]). 8, 100 (*loquitur Minos*) Creten, qui meus est -is (*item cum pron. poss.*: SEN. nat. 5, 18, 10 parum est intra -em suum furere [PLIN. nat. 32, 23. *al.*]. LVCAN. 8, 511 *de Aegypto.* VAL. FL. 5, 473 *de Graecia. al.*). trist. 3, 12, 51 Scythico ... in -e (*item cum nom. propr.*: EPICED. Drusi 391 Germanus. LVCAN. 5, 343 Hiberi. 7, 6 Thessalico. *al.*). *al.* EPICED. Drusi 387 -e remoto (LVCAN. 2, 734 *opp.* Romana ... tellus. *al.*). 457. LIV. 5, 34, 7 quanam ... in alium -em terrarum (*i. Italiam*) transirent *Galli* (LVCAN. 1, 457 umbrae non tacitas Erebi sedes ... petunt: regit idem spiritus artus -e a.[*cf.* ADNOT. Lucan. 1, 454 animas ... in a. -e nasci. *circulum temporis intelligit Getty*]. 5, 238. 6, 579. *al.* PLIN. nat. 8, 223 ex a. -e convectas aves. VAL. FL. 7, 35. *al.* TAC. ann. 2, 2, 2 petitum a. ex -e regem. *al., cf. infra l. 21*). MANIL. 4, 813 ut ... illa sidera inter se coeunt odioque repugnant, ... sic terrae terris respondent, -bus -es, litora litoribus (urbibus urbes *post alios probat Housman in app. crit.*). *al.*

ⓘ *sunt plures οἰκουμέναι (v. etiam p. 917, 50 sqq., de paradiso p. 919, 15; nonnulla exempla de quibusdam regionibus unius -is intellegi posse non negaverimus, cf. supra p. 917, 79)*: Ⓐ *exempla varia*: LVCR. 2, 1056 nullo ... pacto veri simile esse ... hunc unum terrarum -em caelumque creatum (5, 1346 magis ... in variis mundis ... quam certo atque u. terrarum quolibet -i. IVV. 10, 168 u. Pellaeo iuveni non sufficit -is). 2, 1075 necesse est ... esse alios aliis terrarum in partibus -es (SEN. suas. 1, 1 ultra ... oceanum ... a. nasci -em. CVRT. 9, 3, 8. 9, 6, 20 TERT. adv. Hermog. 25, 5. *al.; metaphorice*: PETRON. 1, 2 ut cum in forum venirent, putent se in a. -em terrarum delatos. AMM. 19, 9, 3 velut -em a. *sc. imperium alii regis*). PANEG. in Mess. 80 seu nostras ... terras, ... sive novum ... -em (EPICED. Drusi 314. MANIL. 1, 76 n. pontus subduxerat -es. SEN. Med. 378 Tethys ..., n. detegat -es nec sit terris ultima Thule). 176 utroque ... -e (*sc. zonis temperatis*). MANIL. 4, 675 Parthi ... vel -is alter (MELA 3, 70 Taprobane ... prima pars -is a.... dicitur [*de eadem* PLIN. nat. 6, 81]. PLIN. nat. 4, 96. *al.*). SEN. suas. 1, 2 sq. *al.* Ⓑ *alter -is est Britannia* (*cf. p. 917, 54*): VERG. ecl. 1, 66 toto divisos -e Britannos ([SERV.: olim iuncta fuit -i terrarum Britannia ... ; a poetis alter -is terrarum dicitur]. FLOR. epit. 3, 10, 2. PAVLA Hier. epist. 46, 10, 2 d. ab -e nostro. ISID. orig. 14, 6, 2. *cf.* HIER. hom. orig. in Luc. 6 p. 39, 6 qui ab -e nostro in Britannia dividuntur). VELL. 2, 46, 1 alterum ... -em (FLOR. epit. 3, 10, 16. SOL. 22, 1 finis erat -is ora Gallici litoris, nisi B. insula ... nomen paene -is a. mereretur. SERV. *supra*). ANTH. 422, 2 nostro quae procul -e iaces. HEGES. 2, 9, 1 p. 150, 13 testis est B. extra -em posita sed Romanorum virtute in -em redacta. Ⓒ *alter -is sunt antipodes*: ALBINOV. carm. frg. 19 (16 -em *nostrum* relictum) anne alio positas ultra sub cardine gentes atque alium ... quaerimus -em? SEN. Phaedr. 932 -em ... nostris pedibus obversum. Oed. 1018 in alia versus sidera ... -is. MELA 1, 54 si est alter -is suntque oppositi nobis a meridie antichthones. PLIN. nat. 10, 19 illos *vultures* ex adverso -e (urbe *trad.*) advolare.

β potius cum respectu inhabitantium (hic illic quasi agens inducitur; exempla selecta): cum gen.: terrae: CIC. leg. agr. 1, 2 nomen imperii in commune odium -is t. vocabatur. Arch. 30 in -is t. memoriam sempiternam. Flacc. 103 uno consensu omnium, una voce populi Romani, uno -is t. testimonio (fam. 5, 7, 3 iudicio ac test.). terrarum: CIC. Verr. II 5, 35 me quaesturamque meam quasi in aliquo t. -is theatro versari (CVRT. 9, 6, 21). Mur. 22 haec *virtus* -em t. parere huic imperio *Romano* coegit (OV. Pont. 4, 3, 43 *Pompeio* totus t. paruit -is). CAES. Gall. 7, 29, 6 cuius *totius Galliae* consensui ne -is quidem t. possit obsistere. SALL.(?) rep. 1, 5, 2 non -is t. neque cunctae gentes conglobatae movere aut contundere queunt hoc imperium. LIV. 5, 51, 8 ut t. -i documento essemus. *al.* VELL. 2, 100, 1 sensit t. -is digressum a custodia Neronem urbis. VAL. MAX. 7, 2 ext. 4 beatum t. -em futurum praedicavit *Plato*, cum *eqs.* PLIN. nat. 19, 5 tam parvo semine nasci, quod -em t. ultro citro portet *sc. linum*. 34, 17 excepta ... res est a toto -e t. PLIN. paneg. 75, 3 -is t. pietatis nostrae ... testis. SVET. Nero 40, 1 *Neronem* perpessus t. -is tandem destituit. *al.* *nude vel cum adi., pron.*: VERG. georg. 1, 26 te maximus -is auctorem frugum ... accipiat cingens ... tempora myrto. OV. epist. 15(16), 375 si de te *Helena* totus contenderit -is (SEN. Herc. O. 1823). ars 1, 174 ab utroque mari ... venere, atque ingens -is in urbe fuit (*cf.* SIDON. carm. 7, 557 captivus ... -is in u. iacet). met. 1, 203 attonitum ... humanum genus est totusque perhorruit -is. 14, 817 omnipotens ... fulgure terruit -em (*cf.* trist. 2, 35 exterruit. SIL. 3, 230 trepidum ... exterruit. *sim. al.*). *al.* MANIL. 1, 8 regis augustis parentem legibus -em (OCTAVIA 26. *cf.* CIC. Mur. 22 *et* OV. *supra*). 4, 169 -is ... -i bona vendere. SEN. suas. 1, 2 -is te tuus revocat (*cf.* SEN. Herc. O. 1533 -is miser invocabit. MART. CAP. 2, 192 [vers.] convocat). SEN. Herc. f. 633 vidit hoc tantum nefas defensus -is (PLIN. nat. 36, 102). Phaedr. 175 audiet. *al.* OCTAVIA 280 tranquillus gaudeat -is. LVCAN. 8, 532 deserit. *et saepius.* *accedit* humanus: TREB. Claud. 4, 1 interest ... totius -is h. cognoscere, quae *eqs.* Val. 6, 2 totius senatus sententia, immo animis atque pectoribus totius -is h.

b *usu christiano*: *α cum despectu vel in malam partem*: TERT. apol. 32, 1 vim maximam universo -i imminentem ipsamque clausulam saeculi (*item de -e caduco, perituro*: LACT. inst. 7, 25, 7 venisse iam finem rebus humanis -ique terrarum. IVVENC. 4, 95

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Christi adventus terrae consumeret -em [*sec. Matth. 24, 3, ubi Vulg.* consummationis saeculi]. ALC. AVIT. carm. 3, 192 dum veterem . . . dissolvat terminus -em. *al.*). adv. Marc. 4, 13 p. 457, 25 apostoli . . . ut . . . amnes rigaturi aridum . . . et desertum a notitia ⟨dei⟩ -em nationum (*i. paganum*). ITALA Matth. 16, 26 (Ps. Cypr. laud. mart. 17) si totum -em lucrifeceris et animam tuam perdideris, quid proderit tibi? (*gr.* τὸν κόσμον ὅλον, *Vulg.* mundum universum. *item spectat ad opes, potestatem terrenam sim.*: Luc. 4, 5 [gat. = VVLG.] ostendit *diabolus* illi *Iesu* omnia regna -is terrae [*gr.* τῆς οἰκουμένης, cod. a -is terrarum, *codd. d, f* mundi]. PRVD. ham. 213 ditissimus -is. c. Symm. 2, 263 -is divitias. PAVL. NOL. carm. app. 1, 72 quas . . . -is scelerum semina fecit opes). PRVD. apoth. 112. c. Symm. 2, 623 locus esse deo quis posset in -e feroci pectoribusque hominum discordibus? *al.*

opponitur paradiso sim. (*sed cf.* Ps. PROSP. carm. de prov. 276 paradisi divitis -em. CE 698, 17 [*a. 515*] aeternum . . . in -em): TERT. apol. 47, 13 paradisum . . . a notitia -is communis segregatum (adv. Marc. 2, 4 p. 338, 15 ut, quamquam totius -is possidens, in amoenioribus moraretur *homo*, translatus in p. 2, 12 p. 352, 2 *separatio* inter -em et p. PRVD. psych. 225 plasma novum de consaepto paradisi limite progrediens amplum transfugit in -em). pall. 3, 4 *homo* cum de originis loco exterminat, . . . pellitus -i ut metallo datur. LACT. inst. 7, 22, 8 -e hoc ab omni labe purgato (*opp.* sempiternam beatitudinem. epit. 22, 4 *opp.* de sancto loco. PRVD. perist. 13, 100 tenet ille regna caeli nec . . . ab hoc recedit -e. *al., cf. p. 916, 46*).

β *-is intellegitur ecclesia universa, catholica* (*cf.* OPTAT. 7, 2 p. 169, 6 ager, qui est totus -is, in quo est ecclesia et seminator Christus. AVG. epist. 52, 1 ipsa est . . . ecclesia catholica, unde καθολική graece appellatur, quod per totum -em terrarum diffunditur. *exempla notabiliora tantum*): AMBR. in psalm. 48, 3, 2 quae est . . . οἰκουμένη nisi sancta ecclesia, templum dei et habitaculum Christi? nec incongrue Latini dissono quidem sermone, sed pari sensu -em terrae nuncupaverunt (*cf.* HIER. in Hab. 3, 8 l. 458 in quo *psalmo vicesimo tertio* tropologice de ecclesia dicitur sub οἰκ., id est -e terrarum [*sim.* CASSIOD. in psalm. 23, 1 *supra p. 916, 52*]. in Is. 13, 5 ecclesia, quae οἰκ., id est -is, et habitata intellegitur. 26, 18 licet inter -em, qui Hebraice thebel et Graece dicitur οἰκ., ac terram multa diversitas sit: cadent . . . quicumque habitationi terrae se dederunt . . ., et non cadent, qui sedent in -e terrarum et requiescunt in ecclesia). AVG. pecc. orig. 21, 24 quas *litteras* conscripsit per -em catholicum perferendas (c. Pelag. 4, 12, 34 -em . . . catholicum . . . pervertere nequeunt). FACVND. defens. 4, 3, 6 pars maxima -is christiani. *al.*

B *magis respicitur terrae corpus vel elementum*: **1** *exempla varia selecta*: LVCR. 2, 658 terrarum . . . -em esse deum matrem (*per ironiam, antea*: terra. *cf.* VARRO frg. Aug. *infra sub 3*). VARRO AT. carm. frg. 16, 1 quinque aethereis zonis accingitur -is (MART. CAP. 6, 602 -is terrae in q. zonas . . . discernitur. ISID. nat. 10, 1. *cf.* PANEG. in Mess. 152 q. in partes toto disponitur *tellus* -e). OV. met. 6, 699 (*loquitur Boreas*) cum subii convexa foramina terrae . . ., sollicito . . . totum . . . tremoribus -em (*cf.* 15, 271 tremoribus -is [*sc. terrae motu ut*: MANIL. 1, 101 cur . . . solidus . . . tremisceret -is. SEN. nat. 6, 2, 9 -e concusso. *al.*]). fast. 6, 271 ipsa volubilitas libratum sustinet -em (*v. vol. VII 2, 1351, 34*). MANIL. 5, 523 quaerere sub terris aurum . . . -emque invertere praedae (*spectat fere ad solum; aliter* SEN. Herc. O. 268 quid excutis telluris extremae sinus -emque versas?). VITR. 1, 6, 9 -is terrae circumitionem . . . ab Eratosthene . . . geometricis methodis esse inventam ducentorum quinquaginta duum milium stadium (*cf. mensuram -is*: 1, 6, 11 SEN. nat. 1, 3, 10 MART. CAP. 8, 859 IORD. Get. 69. *al.*). SEN. nat. 1, 1, 7 varia et multa terrarum -is exspirat (*secundum Aristot. meteor. 1, 4 p. 341 b 6 sqq., ubi* τῆς γῆς). *al.*

2 *opponitur aliis partibus mundi*: **a** *physicis* (*sc. discernitur* mare, caelum, mundus; *hic illic praevalet vis terrae solidae*): CIC. rep. 3, 24 cum quaereretur ex eo *pirata ab Alexandro*, quo scelere inpulsus mare haberet infestum . . ., 'eodem' inquit 'quo tu -em terrae' (*inde* AVG. civ. 4, 4 p. 151, 2 D.). OV. met. 2, 7 aequora . . . medias cingentia terras, terrarumque -em, caelumque quod inminet -i. MANIL. 1, 165 -is . . . per undas exsiliit. 2, 78 undae . . . -is . . . caelum. 4, 280 -em fluminaque et pontus. *al.* SEN. nat. 1 praef. 8 terrarum -em . . . magna ex parte opertum mari. PLIN. nat. 2, 170 maria circumfusa undique dividuo globo partem -is auferunt nobis. APVL. mund. 27 omnes partes mundi -isque (*gr. 398 b 8* τοῦ σύμπαντος κόσμου *tantum. item discernitur* mundus: TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 555, 18 CYPR. hab. virg. 23 p. 203, 24. *al.*). **b** *fabulosis* (*sc. opponuntur caelum ut sedes deorum vel inferi*): OV. met. 15, 869 -e relicto accedat caelo (MANIL. 1, 926 cum . . . deum c. dederit, non quaeret in -e. 5, 91 caelum imitatus in -e. CALP. ecl. 4, 144 hunc . . . -em . . . rege! sit tibi caeli vilis amor. *al. cf.* LACT. Phoen. 109 non illi *Phoenici* cibus est nostro concessus in -e, . . . ambrosios libat caelesti nectare rores). SEN. Herc. f. 281 emerge *ab inferis* . . .; nulla si retro via iterque clusum est, -e diducto redi (*item opp. sedes inferorum*: 318. 821. Herc. O. 48 hunc -em [*47* nox et extremum chaos]. PETRON. 124 vers. 251 relicto -e [*v.* OV. *supra*]. PRVD. ham. 904 -is sub mole. CLAVD. rapt. Pros. 2, 169. 194. *al.*).

3 *exempla -is formam illustrantia*: VARRO frg. Aug. civ. 7, 24 p. 304, 13 D. *tellurem* dicunt Matrem Magnam; quod tympanum habeat, significari esse -em terrae. MANIL. 1, 221 te testem dat, luna, sui glomeraminis -is. 3, 328 ubi conscendes -em scandensque rotundum degrediere simul, fugiet pars altera terrae, altera reddetur. *al.* SEN. nat. 4, 11, 2 diceremus totum -em terrarum pilam esse. 4, 11, 3 quomodo in hac pila *lusoria* nihil illa intervalla officiunt ad speciem rotundi, sic ne in universo quidem -e terrarum editi montes *eqs.* PLIN. nat. 2, 160 -em certe dicimus terrae, globumque verticibus (*i. polis*) includi fatemur. AMPEL. 1, 2 terra, quam propter formam eius -em terrarum appellamus. MART. CAP. 6, 616 rotundum telluris -em. EVCHER. form. 7 p. 46, 20 rota: -is aut vita humana (*ad psalm. 76, 19* [vox tonitrui tui in rota] *ut*: FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 3, 4 Fr. rotae . . . nomine -em significavit). ISID. orig. 14, 2 -is a rotunditate circuli dictus, quia sicut rota est; . . . undique enim oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines. *respicitur figura geometrica*: OV. met. 1, 35 terram, ne non aequalis ab omni parte foret, magni speciem glomeravit in -is. MANIL. 1, 204 tellus . . . condita in -em undique surgentem pariter pariterque cadentem. *al.* SEN. nat. 2, 1, 4 an tota *terra* in formam pilae spectet et in -em partes suas cogat. *al.* PLIN. nat. 2, 160 neque . . . absoluti -is est forma *terrae* in tanta montium excelsitate. *ibid.* immensum eius globum in formam -is . . . cogente. *al.*

deriv.: orbiculus, orbile, orbitus. *cf.* orbita.
compos.: semiorbis.

ᵘorbita, -ae *f.* [*nimirum cum* orbis *coniungitur, sed et de sensu et de forma* (i *longam exspectaveris*) *scrupulus residet. Sch.*] *scribitur in parte codd.* urb- OROS. hist. 1, 10, 17 ALC. AVIT. carm. 4, 181 GREG. TVR. Franc. 3, 7 p. 104, 7 VEN. FORT. carm. 4, 12, 3; -id- MART. CAP. 8, 808 (vers.). VEN. FORT. *loc. cit.*; orm- GLOSS.^{L} V Aa o 586, *cf.* orma *ibid.* 587 GLOSS. V 508, 51 (*v. André, Rev. Phil. 33, 1959, 241*); -bet- GLOSS.^{L} I Ansil. OR 70. *de notione*: PS. ASCON. Verr. p. 255, 9 -a . . . duas res significat: nam -a et rota ipsa intellegitur et vestigium rotae in molli solo. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 3, 4 Fr. via rotae dicitur -a, id est orbis semita. ISID. orig. 15, 16, 13 -a vestigium carri, ab orbe rotae dicta. GLOSS. ἁρματοτροχιά, ἡ χάραξις τοῦ τροχοῦ. strata. vestigium. semita vel via. rotunditas. vestigia rotarum in strata. GLOSS.^{L} I Ansil. OR 71 su(l)cus quem facit rota vehiculi. *legitur singulis locis apud* CIC. Verr., Att., VARRONEM, VERG., *in* AETNA, *apud* PROP., LIV., *deinde maxime in poesi (in hexametris fere in quinto pede) praeter* SEN. nat. (*1*), PLIN. nat. (*9*), QVINT. inst. (*1*), APVL. (*1*) *posterioresque.* [*langob. alp.* órbeda; *sard. mer.* úrbidu; *mutato suffixo* (*orbitaria): *francog. sept.* ordière *et var., francog.* ornière *et var. dial.; var. franco-prov. et delph. cf. M.-L. 6084. Wagner II 563. Wartburg VII 388 sq. St.*]

I *usu originario i. q. vestigium (orbe rotarum) impressum. synon. vel iuxta pos.* sulcus MANIL. 1, 703 STAT. Theb. 6, 416 (*cf.* persulcans . . . -a DRAC. Romul. 10, 118), via *saepius inde a* CIC. Verr. II 3, 6. *plur. de duabus lineis parallelis non nisi* PLIN. nat. 29, 113 inter duas -as (30, 38). CHALC. transl. p. 22^{C}; *sing. spectat ad ambas* VARRO frg. Non. p. 542, 25 VERG. georg. 3, 293 *et saepius inde a* STAT.

A *vi corporali (et temporali, v. 2 a; hic illic in imagine)*:
1 *strictius de linea vel via rota currus impressa* (*exempla inter I et II ambigua v. sub II A1; metonymice* GARG. MART.): CIC. Verr. II 3, 6 qui ex tensarum -is praedari sit ausus (*cf. II 1, 154* viam tensarum atque pompae). Att. 2, 21, 2 (*in imag.*) sic orbem rei publicae esse conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam -am videre possemus. LIV. 32, 17, 16 *parum densato solo* rota una in altiorem -am depressa. PLIN. nat. 8, 227 *mures aranei* -am si transiere, moriuntur (*de eadem re*: 29, 89 PLIN. med. 35, 1. MARCELL. med. 15, 47 si in -am inciderit. *cf. Aelian. nat. anim. 2, 37* ἁρματοτροχιάν, *Nicand. Ther. 816* τροχιῇσιν . . . ἁμάξης). 29, 89 terra ex -a (30, 20 t. . . . -is depressa. PLIN. med. 35, 2 t. quam in -a rota depressit. CHIRON 509 t. de -a. *cf.* 508 lutum de . . . -a . . .; quod de -a . . . collectum. SER. SAMM. *v. sub IIA1. inde metonymice pro terra*: GARG. MART. cur. boum 21 acetum . . . cum -a infundito [*postea*: supra dicta terra]). 29, 113 inter duas -as (30, 38). STAT. Theb. 6, 416 delet sulcos iterata priores -a. *al.* APVL. flor. 21, 2 salebras -arum. PRVD. perist. 11, 102 -a trita. MARCELL. med. 31, 16 de -a rotae collige . . . lapides (OROS. hist. 1, 10, 17 tractus curruum rotarumque -ae . . . pervidentur. *aliter* CE 1183, 5 *sub IIA1*). GREG. TVR. Franc. 3, 7 p. 104, 7 -as viarum. *al.*

inde in imag. de vestigio corporum tractorum: STAT. Theb. 10, 551 patet -a lata comarum *Anthei a curru tracti.* DRAC. Romul. 9, 152 -a *corporis Hectoris.* *in aqua maris*: STAT. Ach. 1, 236.

2 *laxius*: **a** *de viis vel cursibus siderum, temporum sim.* (*maxime in poesi; notio q. e. circuitus hic illic subauditur, praevalet sub* γ): **α** *de -is lunae, solis*: AETNA 231 -a lunae . . .: haec brevior *quam sol* cursu bis senos pervolet orbes (PROP. 2, 20, 21 deducitur). SEN. nat. 7, 10, 2 lunaris. LVCAN. 9, 691 premit -a solis exuritque polum (PLIN. nat. 2, 172. VAL. FL. 6, 442 stupet. SIL. 16, 295 renovabitur. *al.*). SIL. 10, 539 Titania. STAT. Theb. 12, 306 -a *tua i. Dianae.* silv. 3, 3, 55 lucis. CHALC. transl. p. 22^{C} nec servatis sollemnibus aurigationis -is (*de via Phaethontis, gr.* ὁδόν. *postea*: exorbitatio). MART. CAP. 8, 849 solaris -a cursusque. *al.* **β** *de aliis -is*

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

caelestibus: MANIL. 1, 703 in caeruleo candens nitet -a mundo (*i. orbis lacteus comparatus cum semita; cf. 708* sulcum, *711* limes). PLIN. nat. 2, 79 extremae . . . -ae *stellarum*. AVIEN. Arat. 969 -a . . . ista poli (*i. tropicus aestivus, antea*: circulus). ora 662 meridianam cum *sol* secuerit -am. *al.* γ *de -is anni, diei*: ZENO 2, 48 (1, 58 L.) innumerabiles temporum metas perenni cursu una eademque -a lustrans dies magnus (*i. Pascha*) advenit (2, 51 [1, 16, 1 L.]. *cf.* 2, 52 [1, 26, 2 L.] eius *diei sacri* semper -a est una). AVSON. 372, 12 p. 97 P. octavum instaurat revolubilis -a *septem dierum* solem. CASSIOD. var. 11, 40, 1 totius anni -am.

b *de variis vestigiis, viis*: PLIN. nat. 17, 210 putatae *vites* . . . alligentur alio loco, namque -as vinculi sentiunt vexatione non dubia (*item de vestigio inciso*: MART. 14, 33 pugio, quem curva signat brevis -a vena). SCHOL. Stat. Theb. 3, 681 (fletu signata genas) in maestorum vultibus -am suam tristitia dereliquit (*antea*: via . . . lacrimarum). DRAC. Romul. 10, 118 persulcans . . . polos micat -a florum *ab Amore volante sparsarum* (*antea*: via rosarum . . ., florea semita). *in imag. inter vim corp. et incorp. ironice vacillante*: CE 1178, 34 (*saec. II*) grassatores, sola est quib(us) -a num(m)i (*sc. quibus non est via vel cura nisi qua argentum inveniant*).

B *vi incorporali* (*v. imagines p. 920, 57. supra l. 19 allatas; hic illic in malam partem, opp.* recta via *sim.* QVINT., PRVD. apoth., CONC.[S]): **1** *de via ab antecessoribus trita, quam aliquis sequitur*: VARRO frg. Non. p. 542, 25 neque id ab -a matrum familias instituti, quod *eqs.* (*spectat item ad exemplum*: IVV. 14, 37 reliquos fugienda patrum vestigia ducunt et . . . veteris trahit -a culpae. PRVD. ham. 777 talem multa sacris speciem notat -a libris; aspice Ruth *eqs.* BOETH. c. Eut. 5, 2 cum a veterum -is esset evagatus). VERG. georg. 3, 293 iuvat ire iugis, qua nulla priorum Castaliam molli devertitur -a clivo (*item spectat ad genera a poetis iam tractata*: STAT. silv. 2, 7, 51 trita vatibus -a. NEMES. cyn. 14 rudibus qua luceat -a sulcis. SIDON. carm. 9, 18 ubi priorum antiquas terat -as Thalia. epist. 9, 1, 1 cuius *Plinii* nos -as sequi hoc opere). **2** *de variis viis, rationibus sim.*: QVINT. inst. 2, 13, 16 si rectam viam, non unam -am monstrent *libelli artis dicendi* (*similiter distinguitur via recta*: PRVD. apoth. praef. 2, 10 obliqua . . . divortia hinc inde textis -is, quas si quis errans . . . sectabitur rectum relinquens tramitem *eqs.* CONC.[S] I 5 p. 160, 30 rectam . . . semitam neglegentes distortam -am ambagesque sectantur [*gr. I 1, 6 p. 137, 28* τροχιάς]). CHALC. comm. 324 secundum hanc -am rationemque circuitus (*sc. geniturae conversionisque elementorum*) terra quoque videtur in alia elementa mutari. RVFIN. Orig. in iud. 4, 1 p. 488, 5 (p. 488, 3 Aoth . . . interemit Eglon tyrannum, qui interpretatur rotatus vel -ae) ut omnes volubiles motus et -as mali itineris *a populo Israel facti* excidant *iudices*. SIDON. epist. 2, 13, 3 magistratus ceu recurrentibus -is . . . iteraverat (*an spectat ad -am anni supra l. 5?*). 4, 10, 2 *si* nos vetustae loquacitatis -as recurremus. 6, 9, 2 si quis . . . vestrae correptionis -am non reliquit. FAVST. REI. spir. 2, 2 p. 135, 7 sacrae legis -am . . . transcendat. VEN. FORT. carm. 4, 12, 3 neque nos fugit -a mortis. *al.*

II *usu secundum 'orbis' novato* (*fortasse huc referas quaedam ad circuitum spectantia, quae p. 920, 75 sqq. attulimus, nec non -as flexuosas, distortas* RVFIN., PRVD., CONC.[S] *sub IB 2*): **A** *de ipsa rota, qua vestigium imprimitur* (*cf.* PS. ASCON. *p. 920, 32; in hexametro praeter* SEDVL. op. pasch.): **1** *exempla minus certa* (*fortasse cum respectu vestigii signantis*): MANIL. 1, 706 (703 *de orbe lacteo comparato cum semita campos discernente*) quam *semitam* terit assiduo renovans iter -a tractu (CE 1183, 5 qua . . . via silicem t. -a (multa rotarum). *cf.* ALC. AVIT. carm. 5, 597 conterit . . . nudum percurrens -a limum *rubri maris*). LVCAN. 5, 441 -a migrantis scindit Maeotida *glaciatam* Bessi (*sc. curruum Bessorum*). SER. SAMM. 880 quae sola signavit volvendis -a plaustris, inline (*483* vestigia pressa rotarum). **2** *exempla certiora*: SEDVL. carm. pasch. 1, 180 evectus *Elias* in astra quadrigis, qua levis aerios non exprimit -a sulcos (*cf.* op. pasch. 1, 14 qua levior . . . via nullos . . . rotae sulcos -a demergente conservat. *item Elia in caelum evecto*: ALC. AVIT. carm. 4, 181 cum suspensa leves transmitteret -a ventos). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 159 ut . . . gravis in duro non sideret -a calle. CORIPP. Iust. 3, 290 *in glacie* aerea nec solitos labens dedit -a sulcos.

B *de forma orbis (rotae?), rotunditate* (*cf.* GLOSS. V 524, 24 rotunditas): VITAE patr. Iurens. 7 M. porrectis in -am ramis densissimam abietem (*postea*: extra cuius arboris orbem).

deriv.: orbitosus.

compos.: de-, exorbito.

***orbitās**, -ātis *f.* *ab* orbus. NOT. Tir. 52, 92 -s. *de notione*: CIC. Tusc. 1, 87 triste . . . est nomen ipsum carendi . . .: habuit, non habet; . . . haec . . . incommoda sunt carentis: caret oculis, odiosa caecitas; liberis, -s. CVRT. 6, 9, 12 -s . . . mea, quod sine liberis sum (*an gloss.?*). CLAVD. DON. Aen. 7, 370 p. 59, 16 (*queritur mater Laviniam in nuptias dari Aeneae*) -s ista est, non propagatio sanguinis et in hoc facto domus nostrae solitudo perpetua. MART. CAP. 4, 386 *contraria* ut cernentia et caecitas, vel habitus et -s (*antea*: orbatio). GLOSS. -s: στέρησις. ἀτεκνία. ὀρφανία. amissio filiorum. in -e: in amissione filiorum. GLOSS.[L] V Aa o 551[b] -s: caecitas. Corp. I 446 in -e: in amis(s)ione caecorum (car-?). *legitur in poesi singulis vel binis locis apud scaenicos* PLAVT., PACVV., AFRAN., SEN. *et apud* STAT. (silv.); *saepius in prosa oratione inde a* CIC., LIV., SEN. contr., VAL. MAX., SEN. phil., CVRT., PLIN. nat., QVINT., TAC.

i. q. status orbi. dicitur nonnumquam potius de casu, quo quis orbus fit (*cf.* orbatio), *e. g. infra l. 35 sqq. 58 sq. p. 923, 8, cf. synon. vel iuxta posita* amissio CHROMAT. in Matth. 17, 3, 1 E.-L. CASSIOD. in psalm. 21, 12 GLOSS., separatio AVG. epist. 157, 35, ablatio CONSVLT. Zacch. 1, 36 p. 44, 32; *potius respicitur mentis ad statum orbum inclinatio* TAC. ann. 3, 25, 1. *metonymias v. l. 60 et p. 923, 45, prosopopoeiam infra l. 68. accedit gen. carentis passim, amissi e. g. infra l. 55 sqq. (p. 923, 30 sqq.). 79. p. 923, 1, de aliquo* PS. RVFIN. in Os. 4, 6.

I *sing.*: **A** *-s hominum*: **1** *aliquo carentium*: **a** *liberis* (*sive amissis [non omnibus infra l. 35 sqq. p. 923, 48 sqq., filia per nuptias amissa* CLAVD. DON. *supra] sive non genitis* [*e. g.* LAVD. Turiae 2, 31], *quod non facile discernitur*): **α** *proprie*: (i) *nude positum vel cum adi., pron. poss.* (*exempla post* LIV. *selecta*): PLAVT. Capt. 763 (*loquitur Hegio, qui filios amisit*) quasi in -em liberos produxerim (*cf.* TERT. nat. 2, 15, 2 (Or)bana *dea* quae in -em semina extinguat). AFRAN. com. 40 -em tuae senectuti malam metui. CIC. fin. 5, 84 bonum liberi, misera -s; bonum patria, miserum exilium (SEN. epist. 74, 28. *v.* CIC. Tusc. 5, 16 *sub IIA*). Tusc. 1, 87 *v. supra*. LIV. 8, 33, 7 aetas mea, cui -em paras. 40, 56, 4. 45, 42, 1. LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 31 diffidens fecunditati tuae et dolens -e mea. 2, 53 superstite te excederem -e filia mihi supstituta. VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 pater maerore prostratus de obitu unici filii deque sua miserrima -e cogitabat (*item cum adi. superl.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 485 p. 97, 23 durissimae. PS. RVFIN. in Os. 4, 6 [*infra l. 58*] acerbissimam. AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 485, 21 gravissima. *al.*). 6, 2, 12 duae res, quae hominibus amarissimae viderentur, . . . senectutem et -em (SEN. benef. 1, 14, 3 cuius s. et libera -s magna promittebat. *v.* CVRT. 7, 1, 2 *infra l. 52. cf.* TAC. ann. 3, 23, 1 senectae atque -i [13, 52, 2 pecuniosa -e et s. 14, 40, 1 simul longa s., simul -e et pecunia insidiis obnoxius. SVET. Galba 17]). SEN. benef. 5, 19, 6 -is gravissimum vulnus (QVINT. inst. 6 prooem. 2. *al.; cf.* SEN. dial. 6, 7, 3 -s vulnerat). dial. 6, 2, 4 secundam -em (*cf.* CALP. decl. 10 tertiae [*antea*: in utriusque *filii* -e]. *item cum numeralibus*: QVINT. decl. 337 p. 327, 23 non simplex nec tantum geminata [RVRIC. epist. 2, 4, 4. *cf.* CYPR. Fort. 11 p. 340, 17 multiplici]). 6, 19, 2 in civitate nostra plus gratiae -s confert quam eripit, adeoque senectutem solitudo . . . ad potentiam ducit, ut quidam . . . -em manu faciant (*cf.* PLIN. nat. 14, 5 postquam coepere -s in auctoritate summa et potentia esse, captatio *eqs.* TAC. ann. 3, 25, 1 *lege de maritandis ordinibus lata* nec ideo coniugia et educationes liberum frequentabantur praevalida -e. *v. Kaser, Röm. Privatrecht I² 1971, 320*). TAC. dial. 6, 2 id *i. plenam domum splendidissimis hominibus* . . . non pecuniae, non -i, . . . sed sibi ipsi dari (hist. 1, 73, 1. ann. 14, 40, 1 *supra. al.*). CALP. decl. 35 dolor -is (IVST. 1, 5, 8. *al.; cf.* FIRM. err. 6, 4 d. ex -e veniens). TERT. patient. 14 p. 22, 13 sustinuit . . . voluntariam -em (VAL. CEM. hom. 18, 1 p. 747[A]). *al.* (ii) *cum gen. poss.* (matrimonii OPTAT.): PACVV. trag. 161 -s grandaevitasque Pelei. LIV. 1, 59, 8 Tricipitini. CVRT. 7, 1, 2 moverat et claritas iuvenis *supplicio adfecti* et patris eius senectus atque -s. TAC. hist. 2, 1, 1 principis. ann. 13, 19, 2 ne opibus et -e Silanae maritus poteretur *Africanus* (*sc. opibus orbae, quarum heredem eum facerent nuptiae*). OPTAT. 6, 4 p. 151, 16 post matrimonii -em. (iii) *cum gen. obi., praep.* de: CALP. decl. 10 utriusque *filii*. CYPR. patient. 18 p. 410, 6 numerosae subolis -s (*postea*: in liberis pater ditior). IVST. 24, 5, 9 -em amissorum filiorum dolebant. PS. RVFIN. in Os. 4, 6 experiaris acerbissimam de liberis -em. RVRIC. epist. 2, 4, 11 te . . . tanti pignoris (*i. filiae*) -e percuterent.

β *metonymice et per prosopopoeiam*: (i) *de ipsis liberis amissis*: SEN. Thy. 282 (*277 sq.* liberos . . . pater . . . laceret et suos artus edat) ingesta -s in ora patris. PS. QVINT. decl. 6, 1 patri subito ad litus -s appulsa est (*postea*: iuvenem). CLAVD. DON. Aen. 1, 480 p. 96, 24 ut . . . *Priamo* patri auro venderet *Achilles* -em suam (*postea*: pigneris). (ii) *de patre orbo*: STAT. silv. 4, 7, 33 sqq. (*vi incorporali in metonymiam transeunte*) -s omni fugienda nisu, quam premit votis inimicus heres . . .; (37) -s nullo tumulata fletu. *potius per prosopopoeiam*: PS. QVINT. decl. 5, 5 dissimules licet, -s, *eqs.* 5, 17 si respondere iubeas -em, cur in exequias totos exaggeret census. 6, 7 prima verba -is (*cf. ibid.* vulgatissima -is vox). 10, 3 moneo te, -s, moneo, effusius fleas. PLIN. paneg. 38, 3 nemo recentem et attonitam -em ad computationem vocet (*seq.* patrem).

b *parentibus* (*maxime patribus; cum gen. obi.* CIC. fam. 10, 3, 3 COD. Iust. 3, 28, 20): **α** *proprie*: CIC. de orat. 1, 228 populum Romanum tutorem instituere . . . illorum *filiorum* -i (ad Q. fr. 1, 3, 10). Brut. 90 C. Galli . . . filium . . ., cuius -s et fletus mire miserabilis fuit. LIV. 24, 26, 8 puellis in -e degentibus (-em *vel* -e decedentibus *trad.*). 34, 7, 12 libertatem, quam viduitas et -s facit (NOVELL. Maior. 6, 5 -is suae . . . viduitatisque). COD. Iust. 3, 28, 20 (*a. 294*) filia in -e patris relicta. FIRM. math. 4, 6, 1 *Luna* eis, qui nati fuerint, . . . onus miserae -is indicit (*al. apud eundem*). *al.* **β** *in imag. vel per comparationem tutoribus rei publicae sim.*: CIC. de orat. 3, 3 *Crassus* deploravit . . . casum atque -em senatus (*postea: consul* quasi parens bonus aut tutor fidelis). fam. 10, 3, 3 consul es designatus . . . maxima

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e rei p(ublicae) virorum talium (OROS. hist. 2, 5, 8). LIV. 1, 16, 2 Romana pubes . . . velut -is metu icta (*de morte Romuli*). EVTR. 7, 22, 2 tantus luctus eo *Tito* mortuo publicus fuit, ut omnes tamquam in propria doluerint -e.

c *aliis* (*cognatis vel amicis; cum gen. obi.* HIER., CHROMAT.): LIV. 26, 41, 9 pater et patruus . . . interfecti sunt; . . . familiaris paene -s ac solitudo frangit animum. SEN. dial. 12 (11), 15, 3 omni genere -is vexatus *Augustus*. APVL. met. 4, 13, 1 -is (-i *trad.*) duplici plaga petiti. IVST. 19, 2, 11 ut . . . incerta *antea* -is expectatione casus suorum (*nisi filiorum tantum intellegas*) miseris eluxit, *eqs.* *coniuge*: IVST. 2, 4, 4 uxores cum viderent exilio suo additam -em. HIER. epist. 39, 2, 6 mariti -s. CHROMAT. in Matth. 17, 3, 1 E.-L. dilectae . . . coniugis -em aut amissionem . . . pignorum.

2 *lumine, oculis carentium*: a *cum gen. obi.*: PLIN. nat. 7, 124 extracta . . . oculo sagitta et . . . curata -e luminis (CLAVD. DON. Aen. 3, 660 p. 348, 1 *Polyphemus* caecatus . . . -em proprii l. solabatur. MAX. TAVR. serm. 35, 2 l. 51 M. carnalium luminum -e multavit *eum*). 28, 33 oculi . . . -em (APVL. Socr. 7 p. 135. AVG. serm. 127, 7, 11 erimus sine -e oculorum. MACR. Sat. 7, 3, 12 CASSIOD. var. 7, 5, 2).

b *absolute i. q. caecitas* (*sic explicat* GLOSS.[L] V Aa o 551 b): APVL. met. 8, 12, 6 habebis . . . -em comitem (*postea*: exoculatum). ITALA gen. 19, 11 (Lugd.) viros . . . percusserunt *angeli* -e (*gr.* ἀορασίᾳ, *Vulg.* caecitate. *cf. Aug. quaest. hept. 1, 43 p. 24, 19* 'caecitate': graeci habent ἀορασίᾳ, quod magis significat, si dici posset, 'avidentia', *eqs.*).

B *-s rerum, quae aliqua re carent*: PLIN. nat. 35, 17 tam longo aevo durantes in -e tecti veluti recentes *picturae*.

II *plur.* (*sc. hominum liberis carentium, aliis caris l. 38. 42 sq.; cum gen. obi. l. 30 sqq. 38 et l. 55*): A *de -e, quam complures patiuntur*: CIC. Tusc. 3, 58 commemorandis exemplis -es . . . liberum praedicantur (ARNOB. nat. 7, 11 liberorum -bus fractos. *cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 7, 26 virginitas . . . -es filiorum ignorat [COD. Theod. 9, 18, 1 plagiarii, qui viventium f. miserandas infligunt parentibus -es. CASSIOD. in psalm. 21, 12 -es f., amissiones bonorum]). 5, 16 exilia, luctus, -es (5, 24 verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones, e., -es). SEN. dial. 2, 8, 3 damna et dolores, ignominias, . . . -es (HIL. in Matth. 4, 4 in psalm. 118 zain 1. GAVDENT. serm. praef. 35 G. damnis facultatum vel -bus carorum *iustos probat deus*. AVG. civ. 22, 22 p. 605, 18 D. *al.*). ARNOB. nat. 5, 44 p. 304, 1 M. in vinculis, -bus, planctibus. LACT. inst. 1, 21, 11 cum suos cultores parricidiis inquinant, -bus (-e *B*) mactant, humanis sensibus spoliant *dei*. FIRM. math. 1, 7, 34 liberis et uxoribus miseras -es . . . ingessit *Sulla*. 3, 5, 18 perpetuas. *al.* AVG. civ. 21, 26 p. 541, 3 D. *coniugum*. epist. 157, 35 suorum -es vel separationes. CONSVLT. Zacch. 1, 36 p. 44, 32 *antea*: dilectorum ablatione. *al.* *fere metonymice de orbis*: TERT. patient. 16 p. 23, 25 quae *patientia* aucupandis -bus omnem coacti obsequii laborem . . . tolerat. B *de compluribus amissionibus, quas singuli patiuntur* (*cf. p. 922, 35 sqq.*): SOL. 40, 14 -bus . . . Niobae. CLAVD. DON. Aen. 7, 250 p. 41, 5 quae *filia* post -es plurimas sola supererat seni. CHRYSOST. hom. I 871[D] *Maccabaeorum* mater non frangebatur spectaculo -um suarum (873[D] per -es suas). *orbatur Iob* (*inde anima in imag.* AVG.): HIER. epist. 39, 5, 3 innumeras -es. PS. HIER. epist. 19, 11 p. 199[D] tot -bus vulneratur (GREG. M. moral. 14, 1). AVG. epist. 140, 35 (*loquitur anima cum Iob comparata*) in meorum -bus. PS. AVG. quaest. test. I 118 p. 357, 6 damna, . . . -es (PROSP. c. coll. 15, 1).

[**orbiter:** δεήσει GLOSS. III 486, 49 (*Goetz in indice*: 'oportebit? obiter εἰ δεήσει *Heraeus*').]

orbito, -āre. *ab* orbare. *i. q. orbare*: ITALA gen. 27, 45 (Philo quaest. in gen. 4, 240) ne quando -bor (*gr.* ἀτεκνωθῶ, *Lugd.* sine filio fiam, *Vulg.* orbabor. *formam vocis e Vulg. corruptam esse suspicatur Petit ad l.*).

orbitōsus, -a, -um. *ab* orbita. *i. q. multis orbitis impressus*: VERG. catal. 10, 17 tot per -a milia iugum tulisse.

orbitūdo, -inis *f.* *ab* orbus. NON. p. 146, 16 -is pro orbitate (*affert locos infra allatos*). GLOSS. -o: ἀτεκνία. πήρωσις ἤτοι στέρησις. στέρησις. *i. q. orbitas*: PACVV. trag. 135 cum illum videas sollicitum -e. TVRPIL. com. 211 ut illius commiserescas miserai (*Rychlewska sec. Lindsay*, miserae *trad.*) -is. ACC. trag. 94 miseret lacrimarum luctuum -is.

orbītus, -a, -um. *ab* orbis. *scribitur* -ic- *in quibusdam edd. vet.* NON. p. 148, 11 -um, dictum per orbem (*affert* VARRONEM; *inde* GLOSS. V 645, 15). *i. q. orbiculatus*: VARRO Men. 202 sidera caeli . . ., quae volvuntur motu -o (ARNOB. nat. 2, 58 *mundus* cur non fixus atque immobilis maneat, sed -o [orbi toto *trad.*] semper circumferatur in m.).

***orbo,** -āvi, -ātum, -āre. *ab* orbus. *scribitur* -rv- CIL IX 5925, 7. *perf. breve* -asti PACVV. trag. 329 (-visti *sim. deest*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 423, 24 evertit . . . abstulit. -vit. desolavit. viduavit. 436, 24 -tus. privatus. nudatus. spoliatus *eqs.* GLOSS. -o: χηρῶ. -vit: viduavit, privavit. -buntur: orphani erunt. -tus: qui filios perdidit aut sine filiis. separatus, privatus, filios amittens, exutus, nullatus. GLOSS.[L] I Ansil. OR 62 -vit: abstulit. 64 ademit, eripuit. 65 deminuit, decurtat, demit. 67 -tus: fraudatus. V Aa o 550 -tus: privatus, separatus, a fetibus (affectibus *trad., sed v.* GLOSS.[L] Corp. o 249) destitutus vel qui sine parentibus remanet. *legitur activum non nisi singulis vel paucis locis inde ab* ENN. (*?, v.* TRAG. inc. 214), PACVV., CIC., OV., CVRT., PLIN. nat., STAT., QVINT. decl., CHAR. gramm., *passivum praes. (fere infin.) vel imperf. non nisi singulis fere locis inde a* CIC., CVRT., COLVM., TAC., TERT., *perf. vel plusquamperf.* (*maxime part. solum*) *saepius inde a* CIC., LVCR., OV., LIV. [*confunditur in codd. cum* orbus CIC. Cato 17 SEN. contr. exc. 8, 1, 2 PLIN. epist. 4, 22, 5 (*restituitur* CVRT. 8, 7, 15 quorum -as [orbam *trad.*] senectutem. PLIN. nat. 35, 90 *v. infra sub IB1*), ornare STAT. Theb. 10, 708, ordinare COLVM. 4, 29, 11. *interpolatum esse videtur* LIV. 40, 11, 8. *loco manco* LIV. 44, 46, 11.]

i. q. orbum facere (*synon. vel iuxta positum* privare CIC. ac. 2, 61 fam. 4, 9, 3 GLOSS.; *notione q. e. 'sterilem facere' non nisi fortasse* SERV. auct. Aen. 3, 139 hanc *Lunam* . . . sicut Saturnum -andi potestatem habere [*antea*: sterilitatem]). *indicatur quo per abl. passim inde a* TRAG. inc. 214 CIC. carm. frg. 27, 2 Cluent. 45. *al.* OV. met. 13, 547, *per praep.* a FIRM. math. 4, 12, 10 CE 429, 5, de *in var. l.* VVLG. Ruth 1, 5, *per acc. graec. in var. l.* HIL. AREL. vita Honorat. 8 l. 11. *in exemplis usus passivi* (*v. supra*) *non indicatur persona -ans nec res vel causa orbationem efficiens nisi* MANIL. 4, 516 per fata. LVCAN. 2, 298 morte (FIRM. math. 3, 14, 5 CIL XIII 2034, 9). PANEG. 9, 5, 3 interitu (9, 14, 3). CIL V 8988 d 3 amissione (XII 1941, 12 XIII 1986, 14).

I *-antur animantia* (*pampinus* COLVM. 4, 29, 11): A *aliquo*: 1 *strictius*: a *-antur parentes liberis* (*non omnibus* SEN.; *cf.* VVLG. gen. 43, 14 quasi -tus): α *non indicatur quo vel quomodo*: PACVV. trag. 329 *patrem* aetate exacta indigem liberum lacerasti -asti extinxti. LVCR. 2, 355 *vituli* mater . . . -ta (SIL. 8, 129 QVINT. decl. 388 p. 434, 3 CLAVD. 5, 430). OV. met. 2, 391 -tura patres . . . fulmina (*item part. fut. vi finali*: STAT. Theb. 9, 780 o . . . puer -ture parentes [DRAC. laud. dei 3, 117 hostia . . . -tura p.]). SEN. contr. exc. 8, 1 tit. -ta . . . sacrilega *confessa* (*postea*: amisso viro cum duobus liberis. *de eadem*: 8, 1, 2 *ubi* orba *cod. unus*). VAL. FL. 8, 457 -tae . . . vaccae (*item de bestiis* [*iam* LVCR. *supra*]: STAT. silv. 2, 1, 9 leones. DRAC. laud. dei 1, 312 *tigris* -ta). *al.* β *indicatur quo*: CIC. Cluent. 45 quae *mater Habiti* . . . -ta filio minore periculo necaretur (*ibid.* 200 off. 1, 32 LIV. 5, 32, 8. CVRT. 6, 9, 27 duobus filiis. 6, 10, 31. *al.*). Tusc. 1, 85 Priamum tanta progenie -tum. OV. met. 13, 547 catulo . . . -ta leaena. ARNOB. nat. 4, 7 -ti liberis parentes (AMM. 25, 9, 5. VVLG. Ruth 1, 5 remansit . . . mulier -ta [de *add. duo codd. prima manu*] duobus l. ac marito [*Itala Complut.* relicta est . . . a *eqs.*]. *al.*). COMM. instr. 1, 26, 14 natis. γ *indicatur quomodo*: LVCAN. 2, 298 morte parentem natorum -tum (CIL XIII 2034, 9 mater m. eius *filii* -ta). CIL V 8988 d 3 Constantius pientissimo filio Eutherio amissione et dolore -tus memoriam corpori eius posui (XII 1941, 12 repentina huius a. -ti. XIII 1986, 14 parentes . . . a. unici fili sine subole eius -ti).

b *-antur liberi parentibus*: α *indicatur quo vel quomodo*: LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 1, 3 -ta es . . . utroque pa⟨rente⟩ (IORD. Get. 298. COD. Iust. 5, 4, 20 [*a. 408/9*]. *cf.* TAC. ann. 4, 8, 4 hos . . . -tos parente tradidi patruo. PLIN. epist. 4, 21, 2 quae *infantes* sunt parentibus . . . -tae). SVET. Dom. 22 patre ac viro -tam (SPART. Hadr. 1, 4 p. -tus . . . *eos* tutores habuit. IORD. Get. 304). FIRM. math. 3, 14, 5 cum . . . morte parentum cito faciet -ari. 4, 12, 10 -ari a parentibus. β *non indicatur quo vel quomodo*: SIL. 16, 538 patrium . . . petebant -ti solium . . . fratres. AVELL. p. 711, 29 *post obitum archiepiscopi* -torum paternam regentem *episcopum* sollicitudinem (*in imag. ut*: ENNOD. epist. 2, 23, 1 p. 65, 21, *postea*: non desunt illis paterna subsidia, quos fovetis). DRAC. Orest. 309 -tum . . . Orestem.

2 *laxius*: a *-atur res publica, populus sim.* (*sc. tutoribus, civibus sim.*): α *indicatur quo*: CIC. p. red. in sen. 4 cum . . . res publica sine consulibus esset neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset -ta (Sest. 38 ne . . . victor multis et fortibus civibus rem p. -ret. Phil. 2, 13 tot et talibus viris. SVET. Aug. 11 consulibus). 33 senatum ducibus. Pis. 57 -bas Italiam iuventute (*cf.* MART. 6, 85, 5 funde tuo lacrimas -ta Bononia Rufo *iuvenili aetate mortuo*). 92 provinciae praesidio et reliquis militibus -tae. rep. 1, 64 rege cum est populus -tus. fam. 4, 9, 3 eam *patriam* multis claris viris -tam privare etiam aspectu tuo. PETRON. 136, 7 *sacri anseres* -ti . . ., ut existimo, duce *occiso* redierant in templum. PS. AVR. VICT. epit. 10, 16 *Tito* quasi perpetuo custode -tum terrarum orbem. PRVD. ham. 451 Hieremias -tam propriis ululavit civibus urbem. DRAC. Romul. 8, 46 damnatur Graecia . . . magnis viduanda viris, -atur Eous Memnone. β *non indicatur quo*: AVR. VICT. Caes. 10, 6 -tum terrarum orbem (*inde* PS. AVR. VICT. *supra*). CE 2099, 15 publicus -tas . . . luctus conficit urbes (*cf. 9* te coluit proprium provincia cuncta parentem).

b *-antur varii propinquis variis*: α *indicatur quo vel quomodo*: CIC. Lael. 10 moveor . . . tali amico -tus. Tusc. 1, 111 eos, quibus -ti sumus (*antea*: mortuos). LIV. 30, 30, 17 duobus fratribus (OCTAVIA 103). MANIL. 4, 516 -tum . . . sua Phrixum . . . sorore. COLVM. 4, 29, 11 *pampinus* qui cum excrevit, nepotibus -andus est (ordinandus *SA. antea*: detrahendae suboles). SIL. 2, 412 -tum classe

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suisque Aeneam. APVL. Plat. 2, 22 carissimis -tus adfectibus (*postea*: eum, qui est emortuus). PANEG. 9, 5, 3 nobilissimam . . . indolem Galliarum . . . interitu summi doctoris -tam (9, 14, 3 auditorio . . ., quod videtur i. praeceptoris -tum). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 9 G. sancto -ta pastore . . . ecclesia. CE 429, 5 fatorum cursum (*nom. neutr.*) properans me -vit ab illo (*sc. marito ut p. 924, 41. 53. cf. l. 10 et p. 923, 81. 924, 33*). *β non indicatur quo vel quomodo*: STAT. silv. 5, 1, 20 (*epicedion in Priscillam*) accessus ad aurem coniugis -ti. Ach. 1, 631 -tus plangit mea funera Chiron. TERT. nat. 2, 12, 11 Saturnus . . . Caelu⟨m castra⟩vit . . ., Terra vero -ta a⟨spernata est⟩ . . . alii nubere.

B *aliqua re*: 1 *luminibus sim.* (*aliter* luce *infra l. 34; obi. sunt ipsi oculi* BOETH. *sub IIA*, POTAM. OPTAT. *sub IIB 2*): TRAG. inc. 214 (*ex* ENNII Phoenice *sumptum putant S. Mariotti, Stud. Ital. 24, 1950, 87, et alii*) pater . . ., hospites, me lumine -vit (VAL. MAX. 8, 13, 5 *Appius Claudius* -tus luminibus [*inde* LACT. inst. 2, 7, 15]. PLIN. nat. 35, 90 Antigoni regis imaginem altero l. -ti [orbam *trad.*]. PLIN. epist. 4, 22, 5 SVET. Nero 37, 1 Vesp. 7, 2 VLP. dig. 3, 1, 1, 5. IORD. Get. 18 *de lupis*). IREN. 1, 23, 2 (1, 16, 2 H.) Stesichorum . . . -tum oculis (*gr.* τὰς ὄψεις τυφλωθῆναι). *inde absolute i. q. caecare*: PS. CYPR. adv. Iud. 9 magnifici prostrati sunt et humiles adlevati, . . . videntes -ti, orbi inluminati (*sec. Ioh. 9, 39* qui vident caeci fiant). pasch. 11 Sedeciam -vit et vinctum eum in Babyloniam duci iussit (*spectat ad Ezech. 12, 13* non videbit). ACT. Petr. 20 p. 67, 17 forsitan dominus meus voluit me hic adducere, ut me -ret (*v. vol. V 2, 1554, 43 sqq.*).

2 *aliis rebus* (*maxime incorporeis*): CIC. carm. frg. 27, 2 decore atque omni me -tum laude recordor ([*Hom. I 647 sq.* ἀσύφηλον . . ., ἀτίμητον]. *cf.* Tusc. 1, 12 tanta gloria). Mur. 83 ut -etur auxilio res publica (TAC. hist. 2, 28, 2 -ari se fortissimorum virorum a.). Pis. 34 me . . . -tum patria. fin. 5, 57 gerendis negotiis (*cf.* div. 2, 7 pristinis -ti muneribus [off. 2, 6]). ac. 2, 31 animal -ant animo. 2, 61 quae *philosophia* . . . privat adprobatione omni, -at sensibus (2, 74 is *Empedocles* excaecat nos aut -at s.). Tusc. 3, 26 (*ad Enn. scaen. 349*) tu te, Thyesta, damnabis -bisque luce *sc. diei evitando homines* (TERT. adv. Val. 14 p. 194, 4 ne sicut l. ita et vita -retur *Enthymesis* [*antea*: in loca luminis aliena. *Iren. 1, 4, 1 = 1, 1, 7 H.* ne quemadmodum eam lumen, sic et vita relinqueret]). *al.* LIV. 23, 2, 4 *rem publicam* -tam publico consilio. LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 65 tantis talibusque pr⟨aesi⟩diis. PLIN. nat. 12, 33 qui *frutex pestilens* paene equitatu -vit Alexandrum (*cf.* SIL. 2, 412 *supra p. 924, 84*). SIL. 4, 589 telo. STAT. silv. 3, 3, 185 muneris usu. LACT. inst. 2, 2, 20 beneficiis caelestibus. 3, 10, 9 hominem suo proprio ac singulari bono. 6, 17, 20 suo nomine.

II *-antur inanima* (*fere in imag. animantium; voces metonymice positas huc traximus praeter pauca exempla sub IA2, B2 allata*): **A** *indicatur qua re vel quo*: CIC. Brut. 6 forum . . . voce . . . erudita . . . spoliatum atque -tum. fin. 5, 4 a sede . . . tanta ingenii *sc. Carneadis* magnitudine -ta desiderari illam vocem. Cato 17 quibus (*consilio auctoritate sententia*) non modo non -ari, sed etiam augeri senectus solet. OV. met. 14, 88 -ta . . . praeside pinus (*i. navis*). PETRON. 119 vers. 37 Phasidos unda -ta est avibus. SIL. 6, 13 tumulis -ta cadavera. 10, 588 iuvenum bis tricenis -ta . . . milibus . . . moenia Romae. TAC. dial. 1, 1 nostra . . . aetas deserta et laude eloquentiae -ta. ann. 1, 79, 3 Tiberim . . . accolis fluviis -tum minore gloria fluere. HYG. astr. 2, 4 p. 37, 13 loca et agros fructibus -bat *Canicula* (*cf.* 2, 14 p. 50, 17 frugibus). BOETH. arithm. 1, 1 p. 10, 6 *animi* oculum . . . -tum . . . corporeis sensibus.

B *non indicatur qua re vel quo*: 1 *vario usu*: STAT. Theb. 5, 308 *Lemnos* insula . . . perdidit una omnes -ta excisaque fundo (mundo *trad.*) indigenas. 10, 708 (*pater filio*:) ne perge meos -are penates (*cf.* 11, 185 domos). 12, 51 montibus -tis . . . venere trabes. silv. 5, 3, 238 (*epicedion in patrem suum*) labat . . . mihi . . . cursus te sine et -tae caligant vela carinae. 2 *usu a luminum privatione deducto* (*cf.* BOETH. *sub A*): POTAM. subst. 24 Migne suppl. 1, 211 -antur oculi, si caecetur obtutus . . .; utrique sani sunt, si nullus -etur (*postea*: orbus aspectus est. *translate*: OPTAT. 1, 21 p. 23, 5 oculos patrum vestrorum furiosus excaecaverat livor, aemulatio vestros -vit).

p. p. p. pro adi. v. supra passim.

p. p. p. pro subst.: *fem. sing. de matre*: SEN. contr. exc. 8, 1 tit. 8, 1, 2 CLAVD. DON. Aen. 9, 485 p. 253, 4 ENNOD. opusc. 2, 131 p. 327, 21. *masc. sing. de patre*: CE 1439, 4. *masc. plur. de filiis*: AVELL. p. 711, 29.

deriv.: orbatio, orbator (-trix), orbito.

compos.: deorbatus, exorbo.

orbs *v.* orbis.

***orbus**, -a, -um. [*gr.* ὀρφο-βόται· ἐπίτροποι ὀρφανῶν, ὤρφωσεν· ὠρφάνισεν *Hesych.*, ὀρφανός; *armen.* orb (*gen.* orboy) '*parentibus carens*'; *hibern. vet.* orb(b)e *m. n. sicut got.* arbi *i. q. theod.* Erbe; *nec non slavon. vet.* rabъ '*servus*', *vocesque derivatae in hac et in aliis linguis cognatis sensum q. e.* '*operae praestandae, angariae*' *exhibentes. Sch.*]

compar. et superl. desunt, sed cf. CIC. fam. 3, 11, 3 tam -a civitas.

NOT. Tir. 52, 93 -us. *de notione et differentia*: PAVL. FEST. p. 183 -a apud poetas significat privata aliqua persona cara; -a est, quae patrem aut filios quasi lumen amisit (*cf.* ISID. orig. 10, 200 -us, quod liberos non habet, quasi oculis amissis). GAIVS inst. 2, 111 -i, id est qui liberos non habent (*sim.* 2, 286[a] SCHOL. Iuv. 4, 19). PROB. app. gramm. IV 200, 15 inter -um et caecum hoc interest, quod -um qui suos extulerit significat, caecum autem qui lumen non videt demonstrat (*cf.* ISID. diff. 1, 408 -us est qui filios amittit, caecus est qui oculos perdit. orig. 11, 2, 12 pupilli . . . dicti quasi in oculis, hoc est a parentibus -i; hi autem vere pupilli dicuntur, quorum patres ante decesserunt quam ab his nomen acceperint; ceteri -i vocantur orphani, idem qui et pupilli. GLOSS. I p. 96 [*ad* OV. met. 1, 72] -us dicitur et qui lumen amittit et qui eum quem diligit). GLOSS. -us: πηρός, ὀρφανός, τυφλός. ἄτεκνος. qui filios non habet. affectibus (*i. hominibus caris*) destitutus. qui filios amittit. -a: ἄτεκνος θηλυκῶς. ἐπίκληρος. χήρα. sine parentibus. *legitur in poesi inde a* PLAVTO, ENNIO, TER., ACCIO, AFRANIO, CATVLLO, LVCR., VERG., *rarius in prosa oratione inde a* CIC., SALL. (?), LIVIO. ['*caecus*': *val.* orb; *dalm.* vuarb; *it. sept.* orbo, *mer.* orvu; *raet. or.* uarb, *centr.* orp, *occ.* orf; *francog. vet.* orp, *med.* orbe; *prov. vet.* orp, *prov.* orb; *vasc.* orb; *cat. vet.* orb. *cf. M.-L. 6086. Battisti-Alessio IV 2667. Wartburg VII 389 sqq. St.*]

[*confunditur in codd. cum* orbis *e. g.* ACC. trag. 376 (*apud* NON. p. 12, 5). CIC. Tim. 36 (*falso trad.*). STAT. Theb. 3, 45 AVSON. 275, 3 p. 191 P. VEN. FORT. carm. 10, 12a, 9 *v. p. 927, 84.*]

i. q. ὀρφανός, *(suis) carens, (caris) privatus* (*quae voces hic illic iuxta ponuntur nec non e. g.* exspes ACC. trag. 376, expers CIC. Tim. 36, neglectus STAT. Theb. 10, 7, destitutus QVINT. decl. 376 p. 418, 4, *cf.* '*aliquem* -um relinquere' *inde a* CIC. Phil. 9, 1 leg. 3, 9 LIV. 27, 19, 9. 27, 33, 7; *fere per oxymoron* HOR. carm. 4, 2, 44 litibus. OV. Pont. 1, 2, 44 solitis . . . malis). *indicatur quo per abl.* (*cf.* PRISC. gramm. III 222, 10) *saepius inde a* PLAVT. Capt. 818 ENN. scaen. 88 TER. Ad. 650, *per praep.* ab (*aliquo*) CIC. Flacc. 54 OV. epist. 6, 155 FIRM. math. 3, 8, 6. 4, 10, 6 ISID. orig. 11, 2, 12, *per gen. inde a* PLAVT. Rud. 349 LVCR. 5, 840 OV. met. 3, 518, *per acc. limit.* SIL. 4, 535. *nota* TAC. ann. 14, 27, 2 -as sine posteris domos. CE 1534[A] -us amissis natis. *pro subst. (masc., fem.; sing., plur.) v. l. 50. p. 927, 10. 74.*

I *-a sunt animantia*: **A** *aliquo*: 1 *strictius*: **a** *-i sunt parentes liberis* (*non omnibus e. g.* OV. met. 6, 212 SEN. dial. 6, 2, 5, *filiabus salvis* CIRIS 360 VAL. MAX. 3, 2 ext. 5; *vix discerni possunt amissio liberorum et sterilitas, quae tamen spectari videtur* TERT. monog. 7, 4 *et in arboribus non frugiferis* NVX 28 COLVM. 3, 10, 13. 4, 27, 4): *α indicatur quo*: PLAVT. Capt. 818 lanii . . ., qui concinnant liberis -as oves (LIV. 1, 26, 9 IVST. 26, 1, 8 BOETH. cons. 2, 4, 14 W.). AFRAN. com. 240 -us virili sexu adoptavit sibi. OV. epist. 6, 155 ut . . . ego *Hypsipyle* destituor coniunx materque duorum, a totidem natis -a sit *Medea* aque (illa *trad.*, atque *E*[1]) viro (PHAEDR. 3, 10, 45 -am nato simul et privatam viro. SEN. Med. 863 tigris -a n. COLVM. 7, 4, 2 *oves*). met. 13, 595 Memnonis -a mei venio (*loquitur Aurora*). *β non indicatur quo*: ① *praedicative vel pro subst.* (*exempla inde a* STAT. *selecta*): ACC. trag. 376 ille -us, exspes liberum. CIC. fin. 5, 84 sit . . . idem caecus, debilis, . . . exul, -us, egens (*antea*: bonum liberi, misera orbitas). OV. epist. 11, 122 nec mater fuero dicta nec -a diu (fast. 2, 402 facta est uno m. et -a die). rem. 30 quarum *artium* vitio nulla fit -a parens. met. 6, 203 quantum distat *Latona* ab -a? (*hinc* 212 me *Latonam* . . . -am dixit *Niobe*). 13, 647 quem *Anium* . . . paene vides -um. trist. 5, 1, 57 cum faceret Nioben -am. *al.* NVX 28 -a . . . Palladis arbor erit (*antea*: nascentes supprimet *vitis* uvas. *cf.* COLVM. 3, 10, 13 pampinus . . ., si . . . -us est [*postea*: sterilis]). EPICED. Drusi 152 -a negor. SEN. contr. 1, 7, 15 cum videret ⟨se⟩ (*add. Gertz*) senem, -um (1, 7, 16 contr. exc. 4, 1). *al.* VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 -us . . ., non tamen sine liberis moriar, quoniam . . . filias . . . relinquo. 5, 8, 1 -us . . . vivere . . . maluit. SEN. Phaedr. 1215 (*loquitur Theseus*) caelebs et -us . . . ut concremarem prolis ac thalami rogos (QVINT. inst. 5, 10, 26 TAC. ann. 11, 26, 2 VLP. reg. 13 rubr. TERT. nat. 2, 12, 6. *al.*; *cf.* CE 1534[A] so⟨lus⟩ et -us amissis natis). dial. 6, 2, 5 quibus *liberis, nepotibus* salvis -a sibi videbatur *Octavia Marcello amisso* (*cf.* CVRT. 6, 9, 12 in vobis liberos, parentes, consanguineos habeo: vobis salvis -us esse non possum). STAT. Theb. 12, 106 -ae viduaeque (MART. 2, 32, 6 -a est, dives, anus, vidua). *al.* MART. 11, 44, 1 -us es et locuples (TAC. dial. 6, 2. *al.*; *cf.* MART. 11, 83, 1 dives et -us). TAC. ann. 13, 42, 4 Romae testamenta et -os . . . capi. CALP. decl. 42 tit. -a confessa sacrilegium (*postea*: quae quattuor liberos habebat amissis tribus et marito). TERT. monog. 7, 4 qui non naturae reatu, sed mortis praeventu -i decessissent (*antea*: steriles). *al.* ⑪ *attributive*: CIC. parad. 39 nutum locupletis -i senis (SEN. contr. 1, 6, 6 SEN. epist. 68, 10 PETRON. 140, 1. *al.*). CATVLL. 39, 5 -a cum flet unicum mater (STAT. Theb. 11, 178 PLIN. epist. 8, 23, 8. *al.*). CVLEX 253 Bistonius rex. CIRIS 360 -um flet maesta parentem ([orbari m. parente *var. l.*]. OV. Ib. 268 STAT. Theb. 6, 35. 9, 900. *al.*). OV. met. 6, 98 Cinyran . . . -um. *al.* SEN. contr. 2, 1, 38 (*causa abdicationis*) non ego ero pater -o divite (IVV. 6, 548 d. -i testamentum. *cf.* TAC. ann. 3, 22, 1 P. Quirinio d. atque

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o. SVET. Tib. 49, 1 Quirini consularis praedivitis et -i). COLVM. 4, 27, 4 nec -os tantum detrahere palmites, verum etiam frugiferos. STAT. Theb. 4, 562 -am Autonoen. *al.* IVV. 6, 270 -a tigride.

b *-i sunt liberi parentibus*: **α** *indicatur quo*: TER. Ad. 650 haec virgo -ast patre (ARVS. gramm. VII 496, 18, *affert* VERG. *infra*). VERG. Aen. 11, 216 pueri ... parentibus -i. OV. epist. 8, 90 -a duobus (*sc. parentibus*) eram. FIRM. math. 3, 8, 6 -os a parentibus *faciet Mercurius* (4, 10, 6). SVLP. SEV. chron. 2, 12, 5 utroque parente -a. **β** *non indicatur quo*: Ⓘ *praedicative vel pro subst.* (*fem. de ea, quae patris nec non coniugis tutela caret,* TER. Phorm., LIV. 3, 3, 9, SEN., QVINT., *sed nota opp.* vidua): TER. Andr. 224 hanc eiectam Chrysidis patrem recepisse -am, parvam. Phorm. 125 lex est ut -ae, qui sint genere proxumi, eis nubant (SCHOL. Ter. p. 129, 4 -ae: pupillae virgines. *cf. infra* QVINT. inst. 7, 4, 24 *et* decl.). CIC. rep. 2, 36 Corinthios video publicis equis adsignandis et alendis -orum et viduarum tributis fuisse quondam diligentis (OV. fast. 3, 211 viduae fieri malitis an -ae. LIV. 1, 13, 3 QVINT. inst. 11, 3, 170. *cf.* LIV. 3, 3, 9 praeter -os -asque *sc. viduas* [*explic. perioch. 59* praeter pu⟨pillos pu⟩pillas et viduas; *v. Mommsen, Staatsr. II³ 365 sq.*]). ad Q. fr. 1, 3, 10 te incolumi -i non erunt *liberi nostri*. LIV. 27, 19, 9 Numidam esse se ait ..., -um a patre relictum (*inde* VAL. MAX. 5, 1, 7). SEN. contr. 1, 6 tit. -a incidit; pater *iuvenis* imperat, ut eam ducat. 1, 6, 10 nuptias -ae (*cf.* QVINT. inst. 7, 4, 24 causas ... -arum nuptias indicentium. decl. 280 p. 142, 16 -am nemo post nuptias dixerit). *al.* PLIN. nat. 8, 165 amissa parente *equa* ... reliquae fetae educant -um. *al.* Ⓘⓘ *attributive*: SALL. (?) rep. 2, 4, 2 -i liberi. PERS. 2, 20 pueris ... quis *iudex* aptior -is? PRVD. ham. 606 proles *viperae* dum nascitur -a (*an praedicative?*).

2 *laxius*: **a** *-i sunt cives, res publica sim. (sc. magistratu, imperatore sim. velut tutore)*: *indicatur quo*: CIC. Flacc. 54 usque adeo -a fuit ab optumatibus illa contio, ut *eqs.* (*cf. p. 928, 20*). leg. 3, 9 sancti ... sunto *tribuni* neve plebem -am tribunis relinquunto (*cf. Liv. 3, 55, 14* sine t.). OV. am. 2, 14, 18 Caesaribus tellus -a futura fuit. *non indicatur quo*: CIC. p. red. ad Quir. 11 -a res publica consulis fidem tamquam legitimi tutoris imploravit (LIV. 2, 47, 10 re p. ex parte -a, consule altero amisso. 27, 33, 7 duo consules ... interfecti velut -am r. p. reliquerant. IVST. 21, 4, 3). Phil. 9, 1 Ser. Sulpicius ... ereptus e causa totam legationem -am et debilitatam reliquit. fam. 3, 11, 3 ut tam -a civitas tales tutores complecti debeat (LIV. 24, 4, 7 velut patre amisso *sc. Hierone mortuo*). 12, 30, 4 -us senatus consulibus amissis.

b *-i sunt varii (sc. fratribus vel maritis [v. etiam* LIV. *l. 19, cf. p. 926, 75. 925, 6. 923, 10] praeter* STAT.): *indicantur*: OV. epist. 3, 93 fratribus -a devovit nati ... caput ... parens. 6, 155 a ... viro (*v. p. 926, 47*). SIL. 1, 73 -a marito ... Dido. *non indicantur*: STAT. Theb. 3, 45 -us pastor (*sc. pecore*). 7, 790 desiluit ... Apollo *a curru Amphiarai* ...; ingemuit currusque -ique iugales. 9, 674 Hippomedontis adempti -a cohors (*antea*: desolatum ... magistro agmen).

B *aliqua re*: **1** *generatim* (*partibus corporis sim.* LVCR., VELL., PLIN., STAT.): PLAVT. Rud. 349 -as auxilique opumque huc recepit ad se ... me et Palaestram. ENN. scaen. 88 (*allatum apud* Cic. Tusc. 3, 44, *cf.* orat. 93; *loquitur Andromache*) arce et urbe -a sum. CIC. fam. 4, 13, 3 -us eis rebus omnibus ... mihi ipse displiceo. LVCR. 5, 840 portenta ... -a pedum ..., manuum viduata ..., sine ore. OV. am. 2, 2, 42 -a fide pectora carcer habet (TERT. praescr. 42 l. 23 plerique nec ecclesias habent: sine matre, sine sede, -i [-a *trad.*] f. ... vagantur). met. 13, 41 inhonorati et donis patruelibus -i ... simus? (*loquitur Aiax, cf. 31* frater erat *Achilles*, fraterna peto). VELL. 1, 5, 3 quem si quis caecum genitum putat, omnibus sensibus -us est. PLIN. nat. 6, 187 gentes ... sine naribus, ... alias superiore labro -as, alias sine linguis. 8, 139 (*de serpentibus*) omnia secessus tempore veneno -a dormiunt. STAT. Theb. 4, 177 stat frondibus -a cupressus. silv. 2, 4, 21 quae Bistonio queritur soror (*Procne vel Philomela*) -a cubili. MART. 7, 14, 4 Lesbia nequitiis passeris -a sui.

2 *speciatim luminibus sim.*: **a** *indicantur*: OV. met. 3, 518 (*515* cladem lucis ademptae) si ... luminis huius -us ... fieres (14, 189 Ib. 260 SEN. Oed. 996. *abl. plur.*: PLIN. nat. 9, 142. AMM. 15, 8, 22 anus quaedam -a l. *v. p. 925, 14. 928, 20*). SIL. 4, 535 -us partem visus unoque ... lumine sufficiens bellis (*cum gen.*: 13, 726. *abl.*: STAT. Theb. 1, 74 -um visu regnisque carentem [parentem *var. l.*]). **b** *absolute i. q. caecus* (*adi. et pro subst.*; -us *est ipse* aspectus POTAM. subst. 24 *infra sub IIB 2; cf. p. 926, 1. 11. 12. 17 et Löfstedt, Syntactica II 374 sqq.*): APVL. met. 5, 9, 2 -a et saeva et iniqua Fortuna. VLP. frg. Vat. 130, 3 arthriticus ... sive epilepticus sive -us. PS. CYPR. adv. Iud. 9 magnifici prostrati sunt, ... videntes orbati, -i inluminati (*sec. Ioh. 3, 39* qui non vident, vident). FIRM. math. 8, 22, 1 inter oculos Cancri quicumque habuerint horoscopum, -i vel unoculi erunt. SEDVL. carm. pasch. 3, 195 cui vocem lumenque tulit *virus diaboli* ..., mutum quatiebat et -um (*op. pasch. 3, 16* mutum caecumque). VEN. FORT. carm. 10, 12a, 9 ille *Martinus* sacris meritis inluminat -os (*plurimi codd.*, orbes *RG² Leo, sed cf. Blomgren, Stud. Fort. I 186 sq.*): orbato hanc *filiam* patri redde videndo diem. vita Radeg. 27, 65 caecitas fugit, lux rediit et nocturno sub tempore -ae diu dies inluxit.

II *-ae sunt res (fere in imag. animantium; voces metonymice pro hominibus positas huc traximus praeter pauca exempla sub IA2 vel B allata)*: **A** *indicatur quo vel qua re*: CIC. Tim. 36 quinque ... reliquis motibus -um (orbem *var. l.*) eum *mundum* voluit esse et expertem (*gr. 40ᵇ* τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον). LVCR. 2, 838 licet quaedam *corpora* tam constare -a colore quam sine odore ullo quaedam sonituque remota. HOR. carm. 4, 2, 44 Augusti reditu forum ... litibus -um. OV. epist. 20 (21), 144 verba suis ... viribus -a ([*antea*: sine pectore vocem]. met. 1, 72 regio ... s. animalibus. 13, 195 -a s. ... lintea ventis. trist. 1, 7, 35 -a parente suo ... volumina. MANIL. 4, 842 luna ... -a sui fratris). met. 1, 247 terrae mortalibus -ae (*cf. 1, 72 supra*). trist. 3, 2, 11 mare portubus -um (3, 12, 38 litora). Pont. 1, 2, 44 solitis nox venit -a malis. 1, 3, 54 aequora semper ventorum rabie solibus -a tument. 3, 2, 52 stat basis -a dea. 4, 2, 5 -a ... numeris *i. metris* ... epistula. LIV. 1, 54, 10 -a consilio auxilioque Gabina res (CLAVD. 19, 58 curia consiliis aestuat -a tuis). PLIN. nat. 7, 141 Metellus -am luminibus exegit senectam (*cf. IB2*). VAL. FL. 6, 724 currus dominis ... -i. STAT. Theb. 10, 7 funera ... -a rogis neglectaque membra relinquunt *in campo*. FRG. Vat. 249, 10 -a publico testimonio liberalitas. *al.*

B *non indicatur quo vel qua re*: **1** *vario usu*: CIC. Brut. 330 post Hortensi ... mortem -ae eloquentiae quasi tutores relicti sumus. nat. deor. 1, 11 quam *in philosophia rationem* nunc prope modum -am esse in ipsa Graecia intellego (*1, 6* desertae ... disciplinae et iam pridem relictae). CATVLL. 66, 21 -um luxti deserta cubile. OV. ars 2, 271 his *donis* emitur ... -a senectus (met. 5, 27 SEN. dial. 2, 6, 1 AVSON. 362, 44 p. 89 P.). VAL. FL. 6, 47 -a ... aula *Anausis* (*sc. sine coniuge*). SIL. 14, 407 -a gubernacli (gubernandi *var. l.*) ... munera. STAT. Theb. 3, 74 series -arum excisa domorum (TAC. ann. 14, 27, 2 -as sine posteris domos relinquebant *veterani*. PAVL. NOL. carm. 15, 340 [turba *trad.*; *antea*: tecti, unica quod servabat anus]). 8, 277 -um vittae decus (*sc. Amphiarao mortuo*). 12, 161 nomina ... vacuis datis -a sepulcris. TERT. pall. 2, 4 *in Palaestina* vastitas ingens, et -a regio, et frustra ager. *al.*

2 *usu a luminum orbitate deducto*: POTAM. subst. 24 Migne suppl. 1, 211 unum *oculum* si detrahas, -us aspectus est (*antea*: orbantur oculi, si caecetur obtutus).

deriv.: ?orbicus, orbitas, orbitudo, orbo.
compos.: orbifico.

1. orca, -ae *f.* [*voces q. s.* 1. orca *et* urceus *propter significationem vix disiungendas conferas cum gr.* ὕρχη (ὑ-?), *unde fortasse mutuatae sunt.* FESTO (*p. 929, 15*) 1. orca *per metaphoram derivata videbatur e voce q. e.* 2. orca, *quam viri docti nostrae aetatis cum gr.* ὄρυξ (*pro nomine beluae marinae inde a Strab.*) *coniungere malunt. hanc vocem graecam Etruscos Romanis olim tradidisse vix probatur; potius et Graecos et Romanos idem nomen peregrinum (Hiberum?) aetate recentiore mutuatos esse et vocibus sibi familiaribus adsimulavisse suspicor. Sch.*]
in codd. scribitur nonnumquam arc-, orch- *sim.*; org- ORIBAS. *legitur inde a* POMPON. Atell., VARRONE; *sed* orcula *iam apud* CATONEM.
[*langob.* orca; *prov. vet.* orca, dorca, *var. francoprov., prov., vasc.; cat. vet.* dorca. *cf. M.-L. 6087. Wartburg VII 392 sq. St.*] [*confunditur cum* urceus PLIN. nat. 35, 38.]

nomen vasis fere maioris (*cf.* FEST. *sub* 2. orca. SCHOL. Pers. 3, 50 -a est amphorae species [ISID. orig. 20, 6, 5 -a est a. sp., cuius minore vocabulo urceus, diminutivo urceolus est. GLOSS. V 574, 37]. SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 4, 12, 17 cadum: -am. ISID. orig. 8, 11, 42 Orcum ... quasi receptorem mortuorum; unde et -a nuncupatur vas, quod recipit aquas. GLOSS. κεράμιον. κεράμειον):

1 *quo ludentes iaciunt talos vel nuces*: POMPON. Atell. 190 interim dum contemplor -am⟨...⟩ (*lac. statuit Ribbeck*) taxillos perdidi (*vix de fritillo*). PERS. 3, 50 quid dexter senio ferret, scire erat in voto ..., angustae collo non fallier -ae (*cf. Jahn ad l. et* SCHOL.: collo amphorae ex distanti loco ait nuces mittere ...; ludo nucum -ae collum ponitur *eqs.*). **2** *quo conduntur res variae* (*cf.* ISID. *supra et* GLOSS. II 588, 50 or⟨c⟩a vas quod recipit oleum. *iuxta* dolium VARRO, OPTAT.; *cum respectu quantitatis conditae e. g.* VOPISC., CASSIOD., *sed vix pro mensura accipiendum*): VARRO rust. 1, 13, 6 saepe, ubi conditum novum vinum, -ae in Hispania fervore musti ruptae neque non dolea in Italia (*cf.* ORIBAS. syn. 9, 42, 7 La p. 351 de -a vinum vetustissimum habentibus [*gr.* κεραμίων]). HOR. sat. 2, 4, 66 qua *muria* Byzantia putuit -a (*item conduntur pisces* PERS. 3, 76). COLVM. 12, 15, 2 in -as bene picatas ... ficum condere ([*postea*: repletis vasis. *Pallad. 4, 10, 34* in vas fictile]. *cf.* 12, 15, 4 farinam fici -is sine pice includunt [*postea*: vasa]. PLIN. nat. 15, 82 *ficis* implentur -ae in Asia, cadi autem in Ruspina Africae urbe. *adde* FEST. *sub* 2. orca). VOPISC. Aurelian. 50, 4 *ut fago quidam* biberet ... infundibulo apposito plus -a. OPTAT. app. 1 p. 187, 17 se post -am eas *sc. capitulatam et lucernam* invenisse (*de eodem vase* p. 193, 10. 195, 20. *sed Aug. c. Cresc. 4, 56, 66* arcam). p. 187, 22 inventa sunt ibi *sc. in triclinio* dolia III et -ae VI. PASS. Is. et Max. Migne 8, 772ᴰ binas -as arena confertas singulorum cervicibus ... nectentes

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corpora demerserunt. Sev. Minor. p. 742^C globus quidam ... luminis ... instar vasculorum, quae vulgo -ae appellantur. Cassiod. var. 3, 7, 1 sexaginta -as olei ad implenda luminaria suscepisse (*cf.* Greg. Tvr. Franc. 4, 43 p. 177, 15 septuaginta vasa, quas vulgo -as vocant, olei liquaminisque furati sunt. Pap. Marini 80, 2, 9 -as olearias duas). Isid. orig. 20, 6, 6 seriola est -arum ordo directus.

3 *quod ponitur in finibus* (*cf.* orcula, orcularis): Grom. p. 303, 14 L. fines sepulturarios sive cineratios sic intellegis ...; iuxta sepulturam sive bustum sive etiam cineres (buxus s. e. cineates *trad., emend. Mommsen, Ges. Schr. VII 479, 1*) aut cacabos invenis aut -as fractas aut certe integras. p. 361, 28 -as in fine invenies.

deriv.: orcarius, orcula.

2. orca, -ae *f.* [*v. ad* 1. orca. *Sch.*] *de origine et notione*: Fest. p. 181 ⟨-a genus marinae beluae⟩ maximum dicitur, a⟨d cuius similitudinem⟩ vasa quoque ficar⟨ia orcae dicuntur; sunt enim te⟩retia atque infor⟨mi specie⟩ (*suppletur ex* Pavlo). [*langued.* dorgo; *cat.* orca. *cf. M.-L. 6087. Wartburg VII 392. St.*] *nomen beluae marinae* (*cf.* Fest. *supra. ad rem v. Leitner, Zool. Term. beim ält. Plin., 1972, 39 sq.*): Plin. nat. 1, 9, 5 (*inter animalia marina*) de balaenis, de -is. 9, 12 -as, infestam his *ballaenis* beluam et cuius imago nulla repraesentatione exprimi possit alia quam carnis inmensae dentibus truculentae. 9, 13 -ae occurrere laborant *ballaenis.* 9, 14 -a et in portu Ostiensi visa est *eqs.* 32, 144 (*enumerantur beluae marinae*) ballaenae ... rotae -ae *eqs.* (*in simili serie* Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 544, 5).

κεραμεύς: figulus, **orcārius** Gloss. III 270, 51 (*cf. glossas confusas ibid.* 193, 67 sq.). *ab* 1. orca.

[orcē *legebatur olim* Plin. nat. 11, 257 *pro* †oce, *q. v.*; celidonem *sec. Aristot. hist. anim. 1, 1 p. 487 b 27 coni. Capponi, Latomus 29, 1970, 137 sqq.***]**

orce- *v. etiam* urce-.

orchas, -adis *f.* (*plur.* orchae Gloss.), ὀρχάς, *cf.* orchis, orchites. *scribitur in parte codd.* hor- *vel* orca-. Prob. cath. gramm. IV 22, 20 *vocabula desinentia in* 'has' tertiae *declinationis* sunt Graeca, 'dis' genetivo faciunt, -s, -is. Gloss.^L Philox. or 13 -ae: ἐλαῖαι ἐπιμήκεις. *genus oleae*: Verg. georg. 2, 86 olivae, -es et radii et ... pausia (Serv.: -es a Graeca etymologia, sed obscena, id est a testiculis. *cf.* Isid. orig. 17, 7, 63 -es olivae Graeca etymologia a similitudine testiculorum vocatae, quos Graeci ὄρχεις vocant). Macr. Sat. 3, 20, 6 olearum genera haec enumerantur: ... Liciniana, -s, oleaster, pausia *eqs.*

orc(h)es *v.* orchis.

orchēsta, -ae *m.*, *cf.* ὀρχηστής. *i. q. saltator, pantomimus*: Cassiod. var. 4, 51, 8 -arum (horcist- *trad.*) loquacissimae manus, linguosi digiti.

orchēstopala *et* orchēstopalē, -ēs *f.*, ὀρχηστοπάλη, *cf.* clinopale. [*hanc vocem latere* Not. Tir. 96, 100 horcistypolis (*sic vel sim. trad.*) *putavit Heraeus, Kl. Schr. 108, 2.*] *genus exercitationis vel saltationis palaestricae*: CIL IX 1663 b 6 primus Beneventi studium -es instituisti. Gloss. III 302, 46 -a (hormestapala *cod.*): ὀρχηστοπάλη (ὀρκιστ- *cod.*).

?deriv.: orchestopalarius.

orchēstopalārius, -ī *m.* *ab* orchestopala, *nisi formationis graecae* ὀρχηστοπαλάριος (*quod alibi non occurrit*). [*olim legebatur* -pol- *ut compositum ex* ὀρχηστής *et* πολέω.] *i. q. orchestopalae peritus*: Firm. math. 8, 15, 2 petaminarios efelmatores -os (*scribitur etiam* orcist-, orist-, ortist-) petauristarios.

orchēstra, -ae *f.*, ὀρχήστρα. *scribitur* horc- *in parte codd. e. g.* Plin. nat. 11, 270 Porph. Hor. epist. 1, 1, 62, orce- CIL XI 3798, 6 *et saepius in codd.*, org- Gloss. V 574, 36, -ist- *e. g.* Avson. 304, 4 p. 177 P. Isid. orig. 18, 44 Gloss. *notatur* orch CIL X 1443. 1445, orchestr CIL X 1444. *neutr.* orcistrum Gloss. V 508, 47. 574, 36. Not. Tir. 106, 68 orcista. *legitur inde a* Varrone, Lege Vrson., Vitr. *in prosa oratione praeter* Ivv., Avson., Sidon.

regio quaedam theatri, cf. ὀρχήστρα (*ad rem v. Fensterbusch, RE XVIII 1,883 sqq.*): 1 *usu sollemni de spatio ante scaenam sito* (*discernitur a* scaena, proscenium): **a** *in universum*: Varro Men. 561 prius quam in -a pythaules inflet tibias, *eqs.* Vitr. 5, 6, 1 quae *linea* disiungat proscaenii pulpitum et -ae regionem (*item in designanda constructione theatri*: 5, 6, 5 -a inter gradus imos quod diametron habuerit, *eqs.* 5, 6, 6 -ae diametron [*ibid. iterum*]. 5, 7, 1 per centrum ... -ae). 5, 7, 2 ampliorem habent -am Graeci et scaenam recessiorem ..., ideo quod ⟨apud⟩ eos tragici et comici actores in scena peragunt, reliqui autem artifices suas per -am praestant actiones (*item de loco, ubi extra fabulam saltabant mimi sim.*: Fest. p. 326 solebant ⟨... saltare⟩ in -a, dum ⟨in scena actus fa⟩bulae conponeren⟨tur⟩. Diom. gramm. I 490, 7 [= Svet. frg. p. 15, 1] *mimus* ideo ... Latine planipes dictus, quod actores ... olim non in suggestu scenae, sed in plano -ae positis instrumentis mimicis actitabant. Schol. Iuv. 3, 178 *et* 7, 47 [*ad* Ivv. *sub b*]. Gloss.^L I Ansil. or 92). Plin. nat. 11, 270 theatrorum in -is scobe aut harena superiacta devoratur *vox.* Apvl. met. 3, 2, 9 me per proscaenium medium ... producunt et -ae mediae (medio *Kroll*) sistunt. Avson. 300, 3 p. 170 P. septem sapientes ... hodie in -am palliati prodeunt (*sed 300, 5* scaenam ... introibunt). Sidon. carm. 9, 234 -am quatit alter *Seneca i. tragicus* Euripidis. Mvtian. Chrysost. hom. 28, 5 p. 415/6 *sola mulier*, quae descendit in scenam, componatur, quae ingreditur in -am (*gr. 264 p. 199* ὀρχήστρας). *in titulo dedicationis sim.*: CIL II 183 (*a. 57*) proscaenium et -am cum ornamentis *d. d.* IX 4133, 4 ⟨-⟩am straverunt, podium et tribunal. X 1443. 1444. 1445 Inscr. Rev. Arch. 1927 p. 353 n. 29.

b *in theatro Romano -a est locus, ubi sedes habent senatores, imperator, legati*: **α** *proprie* (*per comparationem* Ivv.): Lex Vrson. (CIL I² 594) 126, 48 ne quis in -am ludorum spectandor(um) causa praeter mag(istratus) *sedeto* (*recipitur* 127, 8. *cf.* Svet. Aug. 35, 2 spectandi in -a ... ius *senatorum.* Porph. Hor. epist. 1, 1, 62 lex Roscia est, qua cavetur, ut proximis ab -a XIIII gradibus spectent, quibus census est ꟗꟗ CCCC). Vitr. 5, 6, 2 in -a ... senatorum sunt sedibus loca designata; ... pulpiti altitudo sit ne plus pedum quinque, uti qui in -a sederint, spectare possint omnium agentium gestus (Svet. Aug. 44, 1 Claud. 25, 4). Petron. 126, 7 usque ab -a (*sc. sede senatorum*) quattuordecim *ordines equitum* transilit *domina* et in extrema plebe quaerit quod diligat (Svet. Iul. 39, 2 sessum in qu. ⟨e⟩ scaena per -am transiit. Avson. 304, 4 p. 177 P. tu, qui -ae proximus gradibus propinquis in qu. sedes. *cf.* Porph. *supra*). Qvint. inst. 6, 3, 71 (*irridendo interrogantem, an spectaverit in theatro*) in -a pila lusi. Ivv. 7, 47 reportandis posita est -a cathedris (*sc. in domo recitationis ut in theatro.* Schol.: -a spatium in theatro dicit⟨ur⟩, quod pantomimo saltanti vacat; eiusmodi autem et poeta eligit, in quo stans recitat). Svet. Iul. 76, 1 (*inter honores receptos ab imperatore*) suggestum in -a (*cf.* Claud. 21, 1 tribunali posito in -a). Tib. 66. Nero 12, 3 in -am senatumque descendit. 20, 2 Lampr. Comm. 3, 6. CIL XI 3807ª, 9 (*a. 256*) quam *statuam* municipes omnis ordo ei contulit in -a ludis quos fecerunt (*sim. ibid.* 3808, 10. 3798, 6). **β** *metonymice de eis qui in -a sedent* (*cf. supra* Petron. 126, 7 Svet. Nero 12, 3): Ivv. 3, 178 similes (*sc. aequali habitu*) ... videbis -am et populum (Schol.: spatium, in quo saltat pantomimus; vel idem qui in -a procedit aut spectatur).

2 *per confusionem quandam de loco in scaena sito, pulpito sim.* (*fortasse huc spectant quaedam supra allata, e. g.* Fest. p. 326 Avson. 300, 3 p. 170 P. Schol. Iuv. *sub 1a*): Fest. p. 181 orc⟨hestra, locus in scaena (*sic* Pavl. Fest. p. 180), in quo⟩ antea, qui nunc pla⟨nipedes dicuntur, agebant⟩ (*cf. Müller ad l.; aliter* Diom. gramm. *sub 1a*). Isid. orig. 18, 43 scena ... erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus -a vocabatur, ubi cantabant comici, tragici, atque saltabant histriones et mimi; ... (44) -a ... pulpitus erat scenae, ubi saltator agere posset ...; ibi ... poetae comoedi et tragoedi ad certamen conscendebant (*inde* Gloss.^L I Ansil. or 93). Gloss. scena. pulpitum.

orchēstria, -ae *f.*, ὀρχήστρια. *i. q. pantomima*: Gloss. V 508, 45 -a(-chist-): obscen⟨a⟩ pantomima (*cf.* 471, 54, *ubi trad.* orchistra obscemia pantomus).

orchī *plur.*, *v.* orchis.

orc(h)ilos (-us), -ī *m.*, ὀρχίλος. *genus volucrum*: Avien. Arat. 1763 -os infestus si floricomis hymenaeis ima petit terrae (*gr. 1025* ὀρχίλος). Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 26 -us *inter volucrum nomina.*

[orchion *olim legebatur* Ps. Apvl. herb. 83 (82) *in codd. interpol., ubi* arcion *trad., fortasse* argyron *legendum sec. Ps. Diosc. Vind. 4, 189 p. 337, 19* (argion *trad.*).**]**

orc(h)is, -is *m. vel f.*, ὄρχις (*fem.* [*sec.* '*herba*'?] Ps. Theod. Prisc. *sub 2a, fortasse al., cf.* Plin. nat. 26, 96). *scribitur in parte codd.* hor-. *nom.* -es *non nisi de genere oleae* Colvm. 5, 8, 3. 4. Pallad. 3, 18, 4 (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 149, 2*). *acc.* -im Plin. nat. 27, 65, -in Ps. Apvl. *l. 83.* *nom. plur.* -i Gloss.^L Corp. o 239. *legitur fere sing. inde a* Colvm.

i. q. ὄρχις (*resp.* Diosc.; *cf.* Gloss.^L Corp. o 239 -i: testiculi): 1 *genus oleae* (*cf.* ὀρχάς, ὀρχῖτις, *v.* Varro ling. 5, 108 *s. v.* orchitis): Colvm. 5, 8, 3 olearum ... plura genera esse ..., posia, ... -es (-os, -as *var. ll.*), regia *eqs.* (4) -es (-eis *var. l.*) ... et radius melius ad escam quam in liquorem stringitur. Pallad. 3, 18, 4 bacarum genus numerosum est et pluri[m]um vocabulorum, sicut pausia, -es, radius *eqs.* 2 *genera herbarum* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): **a** *herba priapiscus*: Plin. nat. 1, 26, 62 -is sive serapias (26, 95 inter pauca mirabilis est -is herba sive s. Ps. Theod. Prisc. simpl. med. 102 -is, quae etiam s. nuncupatur, virtutis siccae est. Diosc. 3, 136 p. 433, 8 de -i alteru: -is alteru, quem multi s. dicunt). 1, 27, 42 cynosorchis sive -is (27, 65 Diosc. 3, 136 p. 432, 22. *v. etiam* Ps. Apvl. *infra*). 26, 96 duo eius *satyrii* genera: ... altera (*sc. herba?*) satyrios -is cognominatur et feminam esse creditur (Ps. Apvl. herb. 15 l. 14 a Graecis dicitur s., alii cinos ⟨-is⟩, ... alii -is, ... Itali priapiscus, alii testiculos. Isid. orig. 17, 9, 43 s. dicta a satyris propter incendium libidinis ...; idem et -is, quod radix eius in modum testiculorum sit, quos Graeci ὄρχεις vocant). 26, 128. 146 -is radices. **b** *herba scelerata*: Ps. Apvl. herb. 8 interpol. *ad l. 15* (*inter synonyma herbae sceleratae*) Aegyptii sinechon ..., idem -in (orcnin *V*).

cf. cynosorchis.

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

orc(h)ītis, -is *f. et* orc(h)itēs (*nom. sing.* PLIN. nat. 15, 13), orchīta, -ae (*non nisi* COLVM.), *m.* (?), ὀρχῖτις, ὀρχίτης (*quae apud auctores graecos non exstant*); *cf.* orchis (*de formis nominativi v. Löschhorn, Mus. Helv. 32, 1975, 224 sqq.*). *scribitur in parte codd.* hor-. *genus oleae* (*cf.* VARRO ling. 5, 108 olea grandis -is, quod eam Attici ὄρχιν μορ⟨ί⟩α⟨ν⟩ [orchen mora *trad.*]. PAVL. FEST. p. 180 -is genus oleae ex Graeco dictum, quod magnitudine sit instar testiculorum): **1** *respiciuntur fructus* (*saepius per appos. iuxta* olea, oliva): CATO agr. 6, 1 in agro crasso et caldo oleam conditivam, radium maiorem, Sallentinam, -em, poseam ... serito (*inde* VARRO rust. 1, 24, 1 PLIN. nat. 15, 20). 7, 4 oleas -es, posias: eae optime conduntur ... virides in muria ...; -es, ubi nigrae erunt et siccae, sale confriato (*inde* VARRO rust. 1, 60, 1 PLIN. nat. 15, 21). COLVM. 12, 49, 2 -em (horhadem *var. l.*). 12, 49, 7 eadem conditura possit ... regia componi vel -a. 12, 49, 9 oliva pausea vel -(t)a. 12, 50, 1 pauseae bacae vel -tae ... conviviorum epulis praeparantur. arb. 17, 3 optima est ... escae -a. PLIN. nat. 15, 4 genera earum *olearum* tria dixit Vergilius, -es et radios et posias (*georg. 2, 86* orchades). 15, 13 -es, cui *plurimum* olei. **2** *respicitur lignum arboris*: CATO agr. 20, 2 modiolos in orbis oleagineos ex -e olea facito.

orci- *v. etiam* orchi- *et* urce-.

orcibēta, (-ae) *f. si recte unum nomen accipiendum, ex* Orci beta *coalitum; cf.* orcitunica. *nomen herbae* (*cf. André, Lex. des termes de botan., s. v.*): ISID. orig. 17, 9, 84 *inter alia nomina.* GLOSS. III 536, 10 apollinaris id est mandracora sive -a (*sim.* 550, 5). GLOSS. med. ed. Heiberg p. 50, 6 -a: genus herbae.

? **orcilla:** focaria GLOSS.[L] V Aa o 559 (*item* GLOSS. V 508, 46). *tusc.* orcella *sim. confert André, Rev. Phil. 33, 1959, 243, qui intellegit* -a: fucaria *sc. herba.* [*cf. vocabula Romanica 'fucum' significantia originis incertae: it.* orcella; *cat.* orcella; *hisp.* urchilla; *port.* orcela, urzela. *v. André (supra cit.). M.-L. 9078a. Wartburg XXI 164sq. Corominas IV 652sqq. St.*]

orcīnus, (-a, -um). *ab* Orcus. *scribitur* -civ- SVET. Aug. 35, 1 *codd. optimis.* [*e coni. vix recta* CARM. frg. (in Naev.) Gell. 1, 24, 2, *ubi* orcho (-i) *trad.*]

i. qui morte alicuius ad statum suum est promotus (*non nisi masc. vel adi. vel pro subst.*): **1** *de libertis* (*sc. testamento manumissis post mortem patroni; cf.* GLOSS.[L] II Abav. OR 8 -us morte manumissus [*item* GLOSS. V 606, 12]. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] ὀρκῖνοι ἀπελεύθεροι τεθνεῶτος, οὓς λέγουσι χαρωνιανοὺς ἀπελευθέρους): *solum ponitur* (*v. etiam* AFRIC. *infra*): LABEO dig. 33, 8, 22 pr. (*antea*: dominus servum testamento manumiserat) omnes eas res deberi -o, si pecuniam -us ... solvisset. IVLIAN. dig. 28, 5, 8 pr. duobus *patronis* -um heredem existere. -us *libertus*: AFRIC. dig. 40, 5, 49 si is, cui servus legatus est, rogatus manumittere latitet, -um fieri l. ...; si ... heredum fidei commissum sit, aeque ... -um fieri. VLP. dig. 26, 4, 3, 3. 33, 4, 1, 10. 40, 5, 4, 12. *ibid.* 30, 12 (*antea*: si ex testamento libertatem consecutus esset). 40, 7, 2 pr. reg. 2, 8 MARCIAN. dig. 40, 8, 5. COD. Iust. 1, 18, 8 (*opp.* proprii). 7, 2, 10. 7, 6, 1, 7. INST. Iust. 2, 24, 2 qui directo testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris fit l., qui etiam -us appellatur (*explicat* THEOPHIL. χαρωνιανός. *cf.* GLOSS. iurispr. *supra*). *cf. graece* COD. Iust. 6, 4, 4, 27 τῶν καλουμένων ὀρκίνων ἀπελευθέρων. THEOPHIL. inst. Iust. 3, 11, 1 ὀρκῖνοι γίνονται ἀπελεύθεροι (*Cod. Iust.* liberi *tantum*).

2 *hyperbolice de senatoribus* (*sc. qui post Caesaris mortem quasi testamento in senatum allecti sunt*): SVET. Aug. 35, 1 *senatorum* quidam indignissimi et post necem Caesaris per gratiam ... adlecti, quos -os (-ivos *var. l.*) vulgus vocabat (*cf. Plut. Ant. 15, 4* χαρωνίτας).

?*deriv.*: Orcinianus (*v. Onom.*).

orcist- *v.* orchest-.

orcitunica, -ae *f. si recte unum nomen accipiendum, ex* Orci tunica *coalitum; cf.* orcibeta. *nomen herbae*: SERV. ecl. 5, 17 saliunca herbae genus, quam -am (oci- *var. l.*) vulgo vocant. PS. DIOSC. Vind. 2, 176 p. 244, 17 ἀνεμώνη ἡ φοινικῆ· ... Ῥωμαῖοι Ὀρκι τούνικαμ.

orcivus *v. sub* orcinus.

orcula, -ae *f. ab* 1. orca *deminutive. i. q. parva orca*: *qua oleae conduntur*: CATO agr. 117 in -am calcato *oleas.* 119 in -am condito. *quae ponitur in finibus* (*cf.* orca *sub 1c*): GROM. p. 337, 21 L. in collicello circa viam -am (ortu- *var. l.*) invenies in quatrifinio constituta. p. 344, 26 terminus laguenaris vel orcularis, id est laguna vel -a, distant a se in ped. LIII (p. 346, 19 laguenas et -as in finibus posuimus).

deriv.: orcularis.

orculāris, (-e). *ab* orcula. *i. q. ad orculam pertinens*: GROM. p. 344, 25 L. *supra s. v.* orcula *allatum.*

Orcus *v. Onom.*

orcȳnus, -ī *m.*, ὄρκυνος. *genus thynni*: PLIN. nat. 32, 149 -us, hic est pelamydum generis maximus.

ord- *v. etiam* hord-.

ψῆσσα ὁ ἰχθύς **ordatia** GLOSS. II 480, 34 (hord-? *cf.* hordeias *vol. VI 3, 2966, 28; Goetz in indice confert* orbella). *Bohnenkamp.*

ōrdinābilis, -e. [*potius ab* ordo (*cf.* rationabilis *a* ratio) *quam ab* ordinare. *Sch.*] *prius legitur adv. i. q. regulae ordinis cuiusdam conveniens*: BOETH. arithm. 1, 27 p. 54, 22 -s ... progressio, ut primus primum tribus superet, ... secundus secundum senario vincat, *eqs.* (*cf. Nicom. 1, 16, 7* τὸ τῆς ἐφόδου καθολικὸν πρόσταγμα). 2, 25 p. 111, 13 corporum solidorum -s compositio, eorum qui dicuntur cybi vel *eqs.* (*antea*: solidis ... aequaliter crescentibus. *Nicom. 2, 15, 1* εὐταξία, *postea*: τὴν τῆς προβάσεως τάξιν).

adv. **ōrdinābiliter.** GLOSS.[L] III Abol. RI 4 rite: recte, -r (*item* GLOSS. V 144, 23). *i. q. ordine,* εὐτάκτως: **1** *vi locali vel temporali praevalente*: *de collocatione, distributione*: ZENO 2, 44, 1 (1, 41, 1 L.) *frumenta* diligenti cultu purgata, ... -r creta (*in imag. de neophytis*). PS. ORIG. in Iob 1 p. 385[B] -r etiam hoc (*sc. numerus pecorum*), atque apte singulis de decem filiis quinquaginta iuga boum ...; omnia ... -r supputata iuxta numerum filiorum (*antea*: deo ordinante atque patre ... disponente). *de successione*: SORAN. p. 13, 19 quae -r die suo purgantur (*gr. p. 24, 1 Ilb.* εὐτάκτως). p. 74, 7 menstrua ... non -r occurrunt. p. 108, 8 (*opp.* sine ordine). PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 4 p. 265, 10 cura -r adhibenda est ita: ... primo ...; post deinde ...; *eqs.* CANON. Turner II 3 p. 356 psalmorum -r ... fieri lectionem (*opp.* connectere, id est ex diversis versibus ... coniungere. *epit. Hisp. p. 357* ad ordinem; *aliter gr. et aliae vers.*).

2 *cum respectu legitimi, iusti* (*sc. sec. ritus, leges, regulas ecclesiae*): RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 51, 12 *ut* -r atque legitime quae adiacent ordinentur (*gr. I 1, 5 p. 134, 25* εὐτάκτως). p. 80, 24 -r omnia et consequenter et secundum quod placet regulis egimus. CAES. AREL. testam. p. 283, 7. VEN. FORT. vita Leob. 9, 27 si ad presbiterii onus eum -r sublimaret. GREG. M. epist. 13, 47 p. 411, 14 sq. *non* aliquid -r factum (*opp.* iniuste ... condemnatum) ...; si iudicium -r est habitum, *eqs.*

compos.: inordinabiliter.

ōrdinālis, -e. *ab* ordo. *n. pro subst. v. sub 1.* **1** *i. q. ordinem significans, locum attributum indicans*: *de numeris*: PRISC. gramm. II 59, 23 -e, numerale (*inter species nominum appellativorum; explicatur* 62, 3 -e est, quod ordinem significat, ut 'primus', 'secundus', 'tertius'). III 413, 3 -a nomina. 467, 36 speciei. *de praepositionibus*: PRISC. gramm. III 47, 12 ab ... et ex ... locales et temporales et -es similiter inveniuntur. **2** *i. q. ordinarius, sollemnis*: *secundum naturam*: ORIBAS. eup. 4, 20, 2 La p. 543 -es pilos (*gr.* τὰς κατὰ φύσιν, *Aa* qui secundum naturam nati sunt; *opp.* adulteri *ut* syn. 3, 153). *secundum regulam ludi*: ISID. orig. 18, 62 calculi *vocati*, quod per vias -es eant, quasi per calles (*cf. 18, 67 p. 933, 47*). **3** *turmalis* -is GLOSS.[L] III Abstr. TV 11 (*antea*: turma ordo. *inde pendent* I Ansil. TV 222 Corp. T 344 GLOSS. IV 576, 8 V 334, 20).

compos.: inordinalis.

ōrdinanter *v.* ordino.

***ōrdinārius,** -a, -um. *ab* ordo. *scribitur* hord- CIL XIII 11979. *litteris graecis* ὡρδ- CIL VI 31747 (*saec. III*). INSCR. graec. Rom. Cagnat III 556. 913, ὀρδ- INSCR. Princeton exped. Syr. A, 1910 n. 177 (*a. 350, ubi* ὀρδεν-). *saepius in papyris. abbreviatur* ordin CIL III 8088 V 8120 XIII 10032, 5[a], ORD XIII 8208, ord V 942 VII 690 XIII 10032, 5[b] XIV 2824. *al.*, or XIII 10032, 3 (= 5245). NOT. Tir. 45, 19 -us. *de notione*: FEST. p. 182 sq. -um hominem Oppius (frg. 1 p. 133 F.) ait dici solitum scurram et improbum, qui assidue in litibus moraretur ob eamque causam in ordine staret adeuntium praetorem; at Aelius Stilo (frg. 26 p. 64 F.), qui minime ordine viveret; ... (*seq.* CATO or. frg. *infra allatum*); sunt quidam etiam, qui manipularem, quia infimi sit ordinis, appellatum credant -um (*cf.* ISID. orig. 9, 3, 33 miles aut -us dicitur aut extraordinarius; -us est, qui per ordinem militat nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris, est enim gregarius. GLOSS. -us miles: qui integro ordine militat. ταξίαρχος: -us manipularis). GLOSS. ius -um: νόμιμος ἀγωγή. legitima quaestio. τακτικός: -us, dispositus. *legitur apud* CATONEM, AELIVM STILONEM, OPPIVM (*testatur* FEST., *v. supra*) *et inde a* LIV., VITR., SEN., COLVM.

i. q. ad ordinem (ordinationem) pertinens (*subst. l. 71. p. 933, 16* [*masc.*]. *65* [*n. plur.*]): **I** *de eis, qui (quae) sec. ordinem quendam disponuntur* (*respicitur positio, gradus, status eorum*): **A** *de militibus* (*cf. infra B2*): **1** *m. pro subst.* (*praeter* VEG. *parum constat, utrum de milite gregario, ut supra l. 62 sqq., an de centurione; cf. Gilliam, The Ordinarii and Ordinati of the Roman Army, Transact. Am. Phil. Ass. 71, 1940, 127 sqq.*): CATO or. frg. 11, 2 (129 M.) si non ego stipendia [in ordine] omnia -us meruissem semper. VOPISC. quatt. tyr. 14, 2 militavit primum inter -os, deinde inter equites. VEG. mil. 2, 7 -i dicuntur qui in proelio ordines ducunt. *iterum.* 2, 8 decem centuriae cohortis primae a quinque -iis regebantur. CIL XI 4787 ex -o leg. II Ital. XIII 8208 Brito(nnum). PAP. Corp. 333 (*a. 218*). *al.* **2** *adi.*: CAPITOL. Alb. 11, 6 -os *centuriones* (*v. vol. III 840, 52 sqq.*). VICT. TONN. chron. II p. 196, 520, 2 magister militum -us. CIL III 4279 *medicus* -us leg. I (*v. vol. VIII 549, 15 sq.*).

B *de magistratibus, servis sim. vel eorum officio sim. fere i. q. legitimus, principalis*: **1** *de consulibus*: LIV. 41, 18, 16

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

duo -i consules eius anni (*opp.* suffectum. *al.; v. e. g. vol. IV 566, 76 sqq.*). SVET. Galba 6, 1 consulatum per sex menses -um gessit (Vit. 2, 4 Dom. 2, 1 LAMPR. Alex. 28, 1 FIRM. math. 2, 29, 10. *al.* EVTR. 7, 18, 1. COD. Iust. 10, 32, 67, 1 honorarii aut -i). 2 *de variis magistratibus vel administrationibus* (*provinciarum maxime; hic illic militari gradu in* NOT. dign., COD. Theod. *et* Iust.): VOPISC. Tac. 18, 3 a proconsulibus et ab -is iudicibus (*al.; v. vol. VII 2, 600, 15 sqq.; cf.* COD. Theod. 1, 28, 4 cognitore [10, 10, 20. *al.*]). AMM. 14, 10, 4 in -as dignitates asperum *militem* (COD. Iust. 1, 40, 7. 12, 8, 2, 3 *opp.* honorariae. *cf.* AMM. 21, 16, 2 castrenses et -ae potestates [COD. Theod. 3, 11, 1. 6, 22, 7, 1]). SCHOL. Iuv. 11, 195 circensibus illis, quos praetores edunt, unus est missus, qui -us dicitur (*sc. praetor, sive ordinatus ad circenses edendos sive ordinans [ut spectet ad II] circenses? an de missu ut e. g. vol. VIII 1142, 64?*). COD. Theod. 1, 29, 1 rectoribus (1, 29, 2. 10, 12, 2, 1. *al.*). 9, 42, 7 officii (*v.* SEN. benef. 3, 28, 5 *sub 3. cf.* COD. Theod. 12, 19, 3 sede). *al.* *m. pro subst.*: EPIST. Alex. l. 31H. -os propraetoresque (praeparat-, populat- *var. ll.*) nostros praeposuimus orientis provinciis. NOT. dign. or. 37, 46 (*inter* cornicularium *et* commentariensem). COD. Theod. 5, 13, 31 (*opp.* rationalium). 8, 4, 16 pr. -orum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel -orum attigerint gradum. 8, 15, 3 pr. 3 *de servis, gladiatoribus sim.*: SEN. benef. 3, 28, 5 alicuius ne -um quidem habentis officium (*sc. servi -i, cf. infra* VLP.). epist. 7, 4 -is paribus *sc. gladiatoribus* et postulaticiis (INSCR. Année Epigr. 1969/70 p. 53 n. 183 a *et* b [*aetate Titi*] *amphitheatrum* parib(us) XXXX -is dedicavit. *cf.* SVET. Aug. 45, 2 pugiles ... legitimos atque -os [*opp.* catervarios oppidanos]. Cal. 26, 5 -o apparatu *gladiatorii muneris* [*opp.* vilissimos ... gladiatores]). VLP. dig. 14, 4, 5, 1 -o *servo* (*opp.* vicarius *ut*: 15, 1, 17. 19 INST. Iust. 2, 20, 17; *opp.* vulgaris et mediastinus: VLP. dig. 47, 10, 15, 44).

C *de variis quae in ordine stant, moventur, fiunt sim.* (*rebus praeter* SEN. epist. 110, 1): 1 *exempla varia ad sollemne, usitatum sim. spectantia*: LIV. 27, 43, 6 consiliis -is ... bellum gereret (*opp.* audendum ac novandum aliquid improvisum, inopinatum). 33, 47, 1 quid eorum *vectigalium* -i rei publicae usus consumerent (*v.* TERT. coron. 5 *sub 2*). SEN. nat. 7, 23, 1 nullis ignibus -is et caelestibus iter flexum est (*opp.* cometae. *cf.* 7, 30, 2 -um sidus). COLVM. 3, 13, 5 consitis ... inter -a semina malleolis (3, 16, 2. 4, 16, 1. *cf.* 3, 16, 1 vitibus [4, 6, 3. 4, 14, 1. 4, 15, 1. arb. 5, 1 *vitem pampinando* duas materias relinquito: alteram, quam vitis constituendae causa submittas, alteram subsidio habeas, si forte illa -a interierit]). TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 11 -um et sollemnem menstrui ... sanguinis fluxum. Scap. 3, 3 -o deliquio *solis*. ADNOT. Lucan. 6, 49 (fragili ... testa) cocto lapide, quem -um dicunt (SCHOL. Iuv. 10, 171). CHIRON 796 ocularium Vibianum -um (*item de medicamento*: 902. 921). *al.* *opp.* vagus: ISID. orig. 18, 67 calculi partim ordine moventur, partim vage; ideo alios -os, alios vagos appellant. 2 *opponuntur subsiciva vel inferiora, secunda sim.* (*etiam* COLVM. arb. 5, 1 *sub 1, cf.* consul suffectus *sub B1*, servus vicarius *sub B3*): SEN. epist. 53, 9 non est *philosophia* res subsiciva, -a est, domina est. 110, 1 deum non ... -um, sed ... inferioris notae ex eorum numero, quos Ovidius ait 'de plebe deos'. COLVM. 12, 52, 22 veteres *fisci* ad caducam olivam, novi autem -o aptari *debent* oleo (*antea*: probum). TERT. anim. 52, 1 -am et extraordinariam formam *mortis*, -am quidem naturae deputans *humanus affectus* ..., extraordinariam vero praeter naturam iudicans. coron. 5 l. 21 -o usui *florum* (*opp.* extraordinarius habitus, *cf. l. 31* contra naturam). adv. Marc. 1, 27 p. 328, 27 iusta et -a dominatio (*opp.* adultera, *cf. antea*: legitimus dominus). SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 121 (secundas ... mensas) aut -ae sunt mensae, quae ad satietatem, aut secundae, quae ad delectationem proficiunt.

II *de eis, quae ordinem quendam continent, praestant aut efficiunt* (*ordini officiunt* PS. CYPR.; *respicitur ipsa dispositio ordinata*): A *de rebus variis*: VITR. 2, 8, 4 *ex* saxo quadrato aut ex testa aut ex silicibus -is struat ... parietes (*sc. ad regulam, i. aequaliter caesis; inde n. plur. pro subst.* 2, 8, 5 de silice seu lapide duro -a). SEN. epist. 39, 1 commentarios ... diligenter ordinatos ... componam; sed vide ne plus profutura sit ratio -a quam haec quae ... breviarium dicitur (*cf.* TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 433, 19 -ae narrationis [*antea*: ordinis fuerat, ut prius ... describeretur *eqs.*]. resurr. 2 p. 28, 17 -um materiae corpus). TERT. ieiun. 15 p. 294, 17 -a oratione (*de dominica o. ut*: orat. 10 legitima et -a. *sc. quae ordini i. praecepto domini convenit? an ad IC1?*). adv. Marc. 4, 14 p. 459, 1 -as sententias eius ..., edictum, ut ita dixerim, Christi (*i. ordinationem eius exhibentes? ad Luc. 6, 20 sqq., ad quem locum cf. Ambr. in Luc. 5, 52 p. 202, 2* doce nos ordinem beatitudinum). PS. CYPR. singul. cler. 36 p. 212, 5 transgressores -ae transgressionis (*i. qui committunt transgressionem ordinis; affert postea II Thess. 3, 6* ambulantibus inordinate).

B *de rebus iudicialibus cum respectu iusti, aequi, legitimi*: FRONTIN. grom. p. 6, 12 iure -o litigatur (*saepius apud grom.; item* SVET. Tib. 31, 2 Claud. 15, 1 MARCELL. dig. 37, 10, 10. *al. apud iurisconsultos, v. vol. VII 2, 697, 79 sqq.*). VLP. dig. 37, 5, 3 -am bonorum possessionem (*opp.* Carbonianam [*item* 37, 10, 3, 14 sqq.]. INST. Iust. 3, 9, 7). PAVL. dig. 4, 8, 32, 4 actioni (50, 17, 155 COD. Iust. 8, 15, 5). sent. 5, 12, 1[C] successioni *hereditariae* (*resp. dig. 49, 14, 45, 2* suae s.). CIL III 8088 data immun(itate?) ordin(aria? *v. vol. VII 1, 508, 4*). *impersonaliter* -um est *sim. cum (acc. c.) inf.*: VLP. dig. 3, 3, 33, 2 excusantem audiri aequum est et -um admittere. 5, 5, 1 -um fuit post civiles actiones ... rationem habere praetorem *eqs.* (*de successione rerum agendarum ut*: 15, 1, 1 pr. 38, 6, 1 pr. COD. Iust. 7, 19, 5). COD. Iust. 4, 39, 7. 9, 22, 9 pr. (*a. 284*).

adv. **ōrdināriē.** *i. q. secundum ordinem*: TERT. resurr. 2 p. 27, 9 ordo semper a principalibus deduci exposcit; ... haeretici ... numquam -e tractant.

cf. extraordinarius, interordinaria.

ōrdinātē *et* **ōrdinātim** *v.* ordino.

***ōrdinātio,** -ōnis *f.* *ab* ordinare. *plur. inde a* VITR. 4, 8, 5. 5 praef. 5 APVL. met. 10, 29, 4 TERT. praescr. 41 l. 16. *de notione*: SYNON. Cic. p. 449, 16 propositum. dispositio. -o. GLOSS. διαταγή. διάταξις. GLOSS.[L] II Philox. OR 17 χειροτον[ε]ία. *v. etiam infra suis locis.* *legitur inde a* VITR., VELL., COLVM., *frequentant script. eccl.; in contextu graeco apud* EPICTET. *p. 935, 68.* [*confunditur in codd. c.* ordo *saepius, e.g.* HIER. epist. 57, 9, 8; *per mendum trad.* orn- ITALA psalm. 118, 91 (cod. 421). Rom. 13, 2 (gue.); *loco, qui videtur interpol.,* TERT. adv. Hermog. 19, 4; *dub. interpr.* ITALA iud. 6, 26 (Lugd. *al.*) aedificabis *altarium* ... in -e (*gr.* ἐν τῇ παρατάξει, *Vulg. non resp.*).]

i. q. actio (ratio) ordinandi vel status ordinati (*potius de ipsis dispositis* APVL. met. 10, 29, 4 SERV. georg. 2, 284 NOVELL. Iust. edict. 8 pr.): I *respicitur dispositio* (*iuxta ponitur saepius, discernitur autem* VITR. 1, 2, 1): A *usu plus minus technico*: 1 *in architectura i. q.* τάξις: VITR. 1, 2, 1 architectura ... constat ex -e quae graece τάξις dicitur, et ex dispositione, hanc autem Graeci διάθεσιν vocitant (*definitur* 1, 2, 2 -o est modica membrorum operis commoditas separatim universeque proportionis ad symmetriam comparatio). 4, 8, 5 de Tuscanicis generibus sumentes columnarum dispositiones transferunt in Corinthiorum et Ionicorum operum -es. *laxius*: VEG. mil. 4, 2 murum tali -e (*i. sinuosis anfractibus*) constructum.

2 *de compositione librorum ordinata* (*fortasse apud* CHALC. *metonymice de capitulis*): VITR. 4 praef. 1 disciplinae corpus ad perfectam -em perducere et praescriptas in singulis voluminibus singulorum generum qualitates explicare. 5 praef. 5 eorum *librorum* ... -es institui, uti *eqs.* FRONTIN. aq. 88, 4 deberi operi novae erogationis -em (*i. descriptionem distributionis*). ITALA II Macc. 2, 23 (rec. L) unius voluminis -e breviare (*gr.* δι' ἑνὸς συντάγματος, *Vulg.* uno volumine). 15, 38 (rec. L) bene et -i accommodate (*gr.* συντάξει, *Vulg.* ut historiae conpetit). CHALC. comm. 7 -es libri (*sequuntur tituli capitulorum. cf.* COD. Iust. 1, 17, 2, 5 memoratam -em octo librorum mediam totius operis reposuimus. *aliter supra* VITR. 5 praef. 5). PRISC. rhet. 2, 9 operationem et -em ... capitulorum; disponendum igitur sic: *eqs.* (*Rhet. gr. ed. Spengel II 6, 19* ἐργασία *tantum*). CLAVD. DON. Aen. 1 praef. p. 6, 19 -em operis sui sic conlocasse Vergilium, ut *eqs.* *al.*

3 *in iure privato de modo procedendi sim. legitimo* (*in imag.* TERT.): QVINT. decl. 277 p. 130, 4 supplicia ante iudicium non solent esse et non nisi per magistratus exiguntur, non nisi certa legum -e ([lege -um *trad.*]. *cum gen. subi. ut accedat fortasse respectus praecipiendi; item*: INTERPR. novell. Theod. 11 contra legis huius -em [*Novell.* auctoritatem]. 22). TERT. anim. 58, 3 vitae recensum ... et -em iudicii inhorrentem (*sc. i. supremi; respicere videtur ad t. t.* ordinare iudicium, *q. v.*). VITA Cypr. 12, 6 ut dilatio mihi ... prorogaretur, donec res meas legitima -e disponerem (*de testamento faciendo ut*: 13, 11 de -e rerum et de voluntatis dispositione. COD. Theod. 4, 4, 6 ut antiquae deliberationis -o voluntas postrema dicatur. Iust. 5, 12, 25 [*a. 294*] -is testamenti [6, 23, 31 pr.]). *al.*

4 *in acie instruenda* (*cf.* ordo; *respicitur potius* εὐταξία PS. RVFIN. *p. 936, 45*): FRONTIN. strat. 2, 3, 7 (*secl. Gundermann*) hoc ... genus -is exsequi. 2, 3, 16 tam prudens -o ... causa victoriae fuit. 2, 3, 22. VEG. mil. 1, 26 in trigonum ... acies ... mutanda est; quae -o plurimum prodesse consuevit in bello. 2, 1 legionum (2, 4 legionis antiquae. 2, 7. 23). 2, 17 ne aciem suam -emque turbaret. 3, 14 mala -e. 3, 15 podismum mensuramque ipsius -is exponam. 3, 19. 4, 45 IORD. Get. 198.

5 *t. t. grom. de directione vel ductu limitum sim. a mensore constitutis*: FRONTIN. grom. p. 10, 2 -em finis. FRONTIN. (?) grom. p. 37, 19 illa mille iugera secundum -em mensoris a luco ... incipiant. p. 47, 13 centuriarum. p. 47, 19 haec loca ... *appellantur* extra clusa, quod extra limitum -em (-es *var. l.*) sint et tamen fine cludantur (HYG. lim. grom. p. 146, 14 *seq.* ad limites constituendos. p. 154, 10 l. -o hac ratione constituta). HYG. lim. grom. p. 157, 6 decimanum ... et kardinem constituemus sic, ut decimani -em ortus et occasus teneant *eqs.*

6 *in arte gramm.*: a *de constructione i. q.* σύνταξις (*resp.* PRISC. gramm. III 108, 1. 494, 1): CHAR. gramm. p. 62, 20 B. constat ... Latinus sermo natura analogia consuetudine auctoritate ...; analogia sermonis a natura proditi -o est (*item* DIOM. gramm. I 439, 21). PRISC. gramm. III 4, 18 structura vel -o orationis dubitationem repellit (*seq.* constructio. *cf.* 111, 13 in dictionum -e disceptamus rationem contextus. CLAVD. DON. Aen. 1, 635 p. 123, 22 -o sensus melius intellectum patefaciet, quae est talis: *eqs.*). 47, 4 accentum vel -em

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

differentiam facere praepositionibus et adverbiis. 116, 22 cum loco nominis sumatur pronomen et vim nominis compleat -e. 232, 27 -o sc. verborum (cf. 233, 3 verbi . . . constructionem ad casus). 462, 11 structura, id est -e et coniunctione sequentium. al. **b** de successione (cf. ordinativus): actionum: CHAR. gramm. p. 223, 11 B. (ex Cominiano) significant adverbia . . . -em, ut 'deinde' (sim. DIOM. gramm. I 404, 11). vocum: DIOM. gramm. I 321, 11 nominum propriorum -o (l. 8 ordinantur sic: Marcus Porcius Cato). PRISC. gramm. III 164, 16 recta -o exigit, ut pronomen vel nomen praeponatur verbo. al.

B usu sollemni: **1** vi locali vel temporali plus minus servata: **a** respicitur collocatio (sc. plurium vel partium inter se): COLVM. 1, 9, 8 haec -o sc. hominum in agris laborantium, ut neque singuli binive sint, nec tamen supra decem, . . . concitat aemulationem. 4, 24, 2 variam . . . postulant declinationes -em pro condicione suae positionis in partibus vitium (redigitur vitis in figuram accommodatam sc. putando, pampinando sim.; item 4, 29, 12 haec per fissuram insitarum vitium est -o. fortasse cum colore praecepti, cf. 4, 30, 1 praecipi). 12, 3, 10 ut -o instituta conservetur (sc. rerum in villa idoneis locis distributarum, cf. 12, 2, 6 ordinem dispositionemque). FRONTIN.(?) strat. 4, 1, 14 castris eius i. Pyrrhi potiti et -e notata paulatim ad hanc usque metationem, quae nunc effecta est, pervenerunt Romani. APVL. mund. 1 mundus est ornata -o (Ps. Aristot. mund. 1 p. 391 b 11 τάξις τε καὶ διακόσμησις. item in mundo: CHALC. comm. 232 hominis membra sequuntur -em mundani corporis; quare si mundus animaque mundi huius sunt -is, ut eqs. al.). 22 admirare quam voles temperantiam, -em, figuram: hic et per hunc mundum illud, quodcumque est, invenietur esse laudandum (gr. ibid. 5 p. 397 a 7 τεταγμένον. an ad 2b?). CHALC. transl. p. 53[B] -em . . . eorum elementorum singillatim demonstrari (gr. διάταξιν, cf. comm. 355 -em . . . vocat habitum eorum iuxta se communicationemque et quasi quandam societatem eqs.). al. metonymice de figuris dispositorum: APVL. met. 10, 29, 4 saltaturi pyrrhicam dispositis -bus decoros ambitus inerrabant. SERV. georg. 2, 284 ('omnia sint paribus numeris dimensa viarum') numeris: -bus. **b** respicitur successio (fortasse huc trahendum PLIN. epist. 9, 28, 4 sub 2b): PAVL. dig. 50, 2, 7 honores et munera non -e, sed potioribus quibusque iniungenda sunt (cf. COD. Theod. 1, 15, 11 cornicularios . . . institutam antiquitus -em militiae repetisse, ut peracto corniculario agentum in rebus numero conectantur). PS. APVL. Ascl. 30 tempus . . . -e servatur; ordo et tempus innovationem . . . per alternationem faciunt. herm. p. 277 ceterorum modorum . . . -o facta est pro differentia coniugationum et illationum. ARNOB. nat. 1, 43 quae inminentia necessario velint nolint suis -bus veniunt.

2 vi locali vel temporali evanescente vel evanida: **a** accedit vel praevalet notio voluntatis, iussi sim. (quae iuxta ponuntur. cf. supra A3; eadem notio fortasse capitulis IIA1 et B1 subest. in fig. etym. -o ordinanda THEOD. PRISC. log. 48): **α** ordinante imperatore, magistratu sim.: (I) servata vi disponendi (potius de actione vel opere disponentis): VELL. 2, 124, 3 primum principalium eius Caesaris operum fuit -o comitiorum, quam manu sua scriptam divus Augustus reliquerat (PLIN. paneg. 72, 1 ut . . . -o c. bene ac feliciter eveniret nobis). FRONTIN. aq. 112, 1 explicitis, quae ad -em aquarum privati usus pertinebant (afferuntur antea senatus consulta vel mandata ad eam rem pertinentia). PLIN. epist. 10, 58, 10 (epistula Nervae) rerum omnium -o, quae prioribus temporibus inchoatae . . . sunt. SVET. Aug. 31, 2 in cuius anni -e Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit Augustus (item ordinatur annus: MACR. Sat. 1, 11, 50 rationem anni, mensium dierumque et -em a C. Caesare digestam. 1, 12, 5 Romuli [1, 12, 34]. 1, 14, 7. 10. 15). PS. ORIG. in Iob 1 p. 379[C] iustus in iudiciis, iustus in causis, iustus in legibus, iustus in -bus ut dux ac princeps provinciae suae (seq. quod omnia iuste disposuerit). COD. Theod. 5, 13, 42 (5, 16, 32 M.) sollicita praecipimus ⟨ordi⟩natione constitui, ut eqs. al. resp. gr. οἰκονόμημα: EPIST. imp. Plotin. (CIL III 12283, 8 a. 121) sectae Epicureae diadoches -em. (II) praevalente vi iubendi sim. (exempla certiora): potius de praecepto, mandato: EPICTET. 3, 24, 117 ἔτι σοι τύραννος ἔσται τις ἢ δορυφόρος ἢ Καισαριανοὶ ἢ ὀρδινατίων δήξεταί σε. SCHOL. Hor. carm. 4, 14, 8 eius Augusti -e et exercitu vicerat Drusus (cf. HYD. chron. II p. 28, 173 cum ingenti exercitu suo et cum voluntate et -e Aviti imperatoris. p. 30, 186 sub specie Romanae -is [postea: mentientes . . . iussam sibi expeditionem]). NOVELL. Maior. 3 civitatibus defensorum auxilio destitutis, qui . . . antiquae -is (cf. Cod. Theod. 1, 29, 7) studio vindicare cives consueverant, solitudo est nostris -bus submovenda (postea: praeceptionis nostrae). CASSIOD. var. 1, 29, 1. 1, 40 -o nostra per moram non debet impediri. al., imprimis apud CASSIOD. et in COD. Iust. potius de potestate, gubernatione: ITALA I Petr. 2, 13 (Ambr. fid. 5, 158 al.) subiecti estote omni humanae -i (gr. κτίσει [unde Vulg. creaturae], seq. εἴτε βασιλεῖ . . . εἴτε ἡγεμόσιν. CASSIOD. Didym. ad l. p. 25, 7 -em . . . humanam dixit potestatem, quae hominum dispositione consistit, gr. p. 24, 25 τὰς ἀρχὰς . . . τὰς χειροτονουμένας ὑπὸ τῶν βασιλέων. fortasse de officio vel de ipso homine ad officium ordinato et ad IIA2 trahendum). EPIST. Merov. 3 Theudoberthi regis, cuius somus regni -e (dat.?) subiecti.

β ordinante deo (angelis): (I) servata vi disponendi (potius de actione vel opere creatoris, providentiae; pauca notabiliora post TERT.): APVL. Plat. 1, 12 ut omnia . . . quae . . . mortalibus exhibentur, immutabilem -is paternae statum teneant. 2, 23 providae -is universitate et constantia (CHALC. comm. 354. al.). TERT. adv. Marc. 2, 3 p. 336, 14 sensum . . . intellegendi, qualiter sequens rerum -o evaserit sc. in mundo creando (antea: operibus eius). ITALA psalm. 118, 91 (Sangall. al., sim. VVLG.) -e tua perseverant dies (gr. διατάξει, Veron. al. dispositione; cf. autem Hier. psalt. sec. Hebr. iudicio tuo, Cassiod. ad l. pro sua voluntate . . . disponit). CYPR. epist. 72, 1 ecclesiae catholicae unitatem . . . de divinae dispositionis -e venientem. CHALC. comm. 146 iussum dei . . . ratio est . . . continens -em perpetuam, quae fatum vocatur. AVG. civ. 12, 21 p. 547, 7 D. -e providentiae. al. (II) praevalente vi iubendi sim. (exempla certiora): ITALA act. 7, 53 (Lucif. non parc. 20) qui accepistis legem in (cf. l. 38) -em angelorum (gr. εἰς διαταγάς, cod. h al. in praeceptis, Vulg. in dispositionem). Rom. 13, 2 (gue. = VVLG.) qui resistit potestati, dei -i (orn- gue.) resistit (gr. διαταγῇ). CHALC. comm. 137 iussu et -e architecti dei (de verbis summi dei Tim. 41[a–d]). LVCIF. Athan. 1, 9 p. 80, 17 -i dei te obviam isse contra dei faciendo voluntatem (cf. CASSIOD. in psalm. 103, 8 omnia ipsius -e fieri, cuius voluntati non potest obviari).

γ ordinantibus variis: medicis: VEG. mulom. prol. 13 provisione et -e sollerti mulomedicorum curatis animalibus. THEOD. PRISC. log. 48 quiescentibus . . . commotionibus . . . ciborum humanior -o, simplex attamen et digestibilis, ordinanda erit (CAEL. AVR. gyn. 1, 73. ORIBAS. syn. 6, 11, 3 c. -o non sit perfrigida [gr. κατάστασις, vix de statu]). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 56 curationis -o. clericis: SVLP. SEV. dial. 1, 10, 2 transgressis ad eremum abbatis . . . -e panis . . . ministratur (antea: imperio. BENED. reg. 65, 16 voluntatem aut -em. cf. REGVLA mag. 2, 29 suae). LEO M. epist. 15, 17 p. 692[A] nostrae -is auctoritas (antea: dedimus . . . litteras). AVELL. p. 77, 8 ut . . . moderata synodi -o debeat custodiri. al. CONC.[S] II 2, 2 p. 89, 2 paternarum -um subiaceant condemnationibus (gr. II 1, 2 p. 160, 3 κανόνων). p. 89, 31 (gr. p. 160, 25 θεσμούς). saepius. possessoribus rerum: NOVELL. Valent. 35, 18 propria voluntate et -e possessoris agrorum. CAES. AREL. reg. virg. 52 nulla aliquid proprium . . . habeat, nec ad -em suam aliquid reservet.

b respicitur potius status ordinatus, εὐταξία: **α** variorum: PLIN. epist. 9, 28, 4 cum certius de vitae nostrae -e aliquid audieris. CHALC. transl. p. 27[B] magnifice sum invitatus . . ., ut ex -e apparatus intellegi datur (antea: dispositio, gr. τὴν τῶν λόγων ἑστίασιν). VITA Anton. 36 p. 49, 8 cum . . . cogitationes cum -e fuerint (antea: sine ordine; Migne gr. 26,896[C] ἀταραξία). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 13 p. 769 conspecta hostium -e ac multitudine proelio . . . congredi non audebat (gr. 4, 635 εὐταξίαν, Heges. 4, 29, 2 manum . . . strenuam bellis). AVG. mor. Manich. 2, 6, 8 perversio . . . contraria est -i . . .; -o esse cogit, inordinatio vero non esse, quae perversio etiam nominatur atque corruptio. al.

β civitatis, ecclesiae, monasterii (transit in notionem q. e. constitutio l. 60 sqq.; exempla notabiliora): PLIN. epist. 8, 24, 7 quantum . . . sit ordinare statum liberarum civitatum; nam quid -e civilius? . . . (8) quam turpe, si -o eversione . . . mutetur (cf. CONC.[S] I 3 Rustic. p. 51, 19 civili -e [gr. I 1, 1 p. 120, 7 εὐταξίας]). ITALA Col. 2, 5 (Ambrosiast. ad l. al.) spiritu vobiscum sum gaudens et videns -em vestram (gr. τάξιν, Vulg. ordinem; explicat Ambrosiast. ibid.: dispositione conversationis illorum. cf. EPIST. pontif. 369 Migne 50, 430[A] de vestrarum ecclesiarum . . . -e gaudere [seq. disciplinam ecclesiasticam]). IREN. 5, 20, 1 eandem figuram eius, quae est erga ecclesiam, -is custodientibus nobis. AMBROSIAST. in Eph. 4, 11 p. 100, 12 -i, quae nunc in ecclesia est. in I Tim. 6, 13 ut exemplo Timothei ecclesiae -em custodirent successores eius (RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 119, 25 ecclesiae statum et dispensationes eius -esque. al., v. etiam CONC.[S] infra). CONC.[S] II 2, 2 p. 89, 2 rescindere huiusmodi -em (gr. II 1, 2 p. 160, 2 διατύπωσιν, quae vox resp. et THEOD. MOPS. in Tit. 1, 5 p. 236, 15 -es ecclesiasticas). p. 91, 2 civilibus et publicis -bus (gr. ibid. p. 161, 24 τύποις) etiam ecclesiarum . . . sequatur -o (gr. τάξις). PALLAD. hist. mon. I 20 feminarum quadringentarum numero monasterium iisdem moribus atque eadem -e viventium (gr. διατύπωσιν, . . . πολιτείαν).

II respicitur gradus vel locus: **A** variorum: **1** de promotione, institutione: SVET. Dom. 4, 2 -e proxima Aegypto praeficere Mettium Rufum (vix de dispositione, cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 1905[2], 443, 1). TERT. nat. 2, 7, 6 (de divinitate mortuis addicenda) tantae indulgentiae suae -em vulgo pro⟨stitu⟩et deus, et plus . . . iustitiae hominibus licebit in distribuendis divinitatibus sapere? (antea: consecrationis). coron. 15 l. 17 quem florem ex virga Iesse . . . bonus miles eligendo in caelesti -e profecit (cf. de -e militis CIL V 7009, 8 [statua militis; 5 sq. mihi vitem dederunt in Vlpia legione] qui parentes gaudebant ordinat⟨ione mea⟩. an ad 2?). NOVELL. Valent. 1 imperatorem me factum . . . vestrae electionis arbitrio et fortissimi exercitus -e (COD. Iust. 1, 27, 1, 15). al. **2** de positione vel officio (fortasse huc spectat p. 935, 78): GREG. TVR. Franc. 8, 18 dux ordinatus est Nicetius . . . fecitque pacem in . . . -is suae loca. ibid.

[Kruedel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adepta . . . -e ducatus. *? potius metonymice de magistratu*: NOVELL. Iust. edict. 8 pr. sufficere civiles -es . . . provinciis (*iterum. opp.* vicarium, *cf. autem 8, 1* vicarii . . . dignitatem; *gr.* ἀρχάς).

B *clericorum, sacerdotum* (*cf.* ordinare *IIB2*): **I** *de consecratione, promotione* (*post* CYPR. *notabiliora paucissima*): TERT. praescr. 41 l. 16 -es eorum *haereticorum* temerariae, leves, inconstantes; nunc neophytos conlocant, nunc saeculo obstrictos . . .; nusquam facilius proficitur. CYPR. epist. **1,** 1 qui in ecclesia domini -e clerica (ad -em c. *var. l.*) promoventur (38, 1. 2 c. -is ulteriores gradus [*an ad 2?*]. 75, 22). 44, 1 inlicitae et contra ecclesiam catholicam factae -is pravitate (LEO M. epist. 13, 3 GREG. M. epist. 2, 37. 5, 16. 12, 9. *al.; cf.* CYPR. epist. 72, 2 profana. OPTAT. 1, 19 vitiosa. *al. sim.*). *ibid.* -i tuae adfuerant. 67, 4 sit -o iusta et legitima, quae omnium suffragio et iudicio fuerit examinata (*ibid. iterum.* 69, 3). *al.* AVG. bon. coniug. 24, 32 sacramentum -is. epist. 78, 3 manus -is inponere (*antea*: promoveri in clericatu). *al.* *gr. resp.* χειροτονία: SYNOD. Hil. coll. antiar. cod. W p. 111, 20 (*Theodoret. 2, 8, 15*). HIER. in Is. 58, 10 l. 45 RVFIN. hist. 6, 19, 16. *saepius.* *κατάστασις*: HEGES. 2, 13, 7 (*Ios. antiq. 20, 249, ubi Cassiod.* constitutione). *διαδοχή*: RVFIN. hist. 4, 22, 3 (*antea*: Soteri successit Eleutherus).

2 *de officio, positione* (*exempla certiora*): CYPR. epist. 33, 1 per temporum et successionum vices episcoporum -o . . . decurrit (*resp. antea* honorem *ut*: 67, 6 ab -e . . . cleri adque sacerdotali h. prohiberi. *cf.* VITA Cypr. 5, 4 si . . . apostolo . . . -is honore similaretur). AVG. epist. 21, 2 in novitate -is meae (*antea*: officio, *postea*: illud onus). POSSID. vita Aug. 8 maioris loci -em suscepit (*antea*: episcopatum suscipere). SVLP. SEV. Mart. 5, 2 humiliorem *-em exorcistae*. AVELL. p. 532, 14 episcoporum sub -e caritatis tuae degentium (p. 618, 24 *ubi postea*: in eius . . . dioecesi. p. 708, 9. *al.*). CONC.[S] II 2, 2 p. 88, 25 (*gr. II 1, 2 p. 159, 27* τάγματι). *al.* *de ordine Christi sacerdotis*: IREN. 3, 11, 8 (3, 11, 11 H.) sacrificalem et sacerdotalem -em significans *vitulus* (*gr.* τάξιν. *antea autem*: dispositionis filii dei, *postea*: sacerdotalis characteris).

3 *iuncturae selectae ad 1 et 2:* *verbales*: CYPR. epist. 1, 1 qui . . . -e . . . promoventur (72, 2). 44, 1 factae -is (OPTAT. 1, 15 p. 18, 6 LIB. pontif. p. 4, 8. 5, 6. 7, 13. *al.* AVELL. p. 19, 27. *al.; cf.* CYPR. epist. 67, 5 nec rescindere -em iure perfectam potest). 61, 3 -e delectus. 67, 5 -es rite celebrandas (OPTAT. 1, 18 p. 20, 1. 1, 19 p. 21, 13 inlicite. LEO M. epist. 9, 1. 10, 6. 13, 3 EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 11 EPIST. Arel. 2 p. 7, 35. *al.*). EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 11 -es . . . exercere. *al.* *accedit gen. ordinati passim; officii*: HIER. epist. 153, 1 *gaudium* super -e pontificatus tui. in Is. 58, 10 l. 52 clericatus (PS. PRIMAS. in I Tim. p. 669[B]). PAVL. NOL. epist. 3, 4 sacerdotii (AVELL. p. 60, 22). POSSID. vita Aug. 8 maioris loci (*sc. episcopatus*). *al.*

cf. compos. co-, ex-, inordinatio.

ōrdinātīvus, -a, -um. *ab* ordinare, ordinatus. *i. q. ordinem indicans:* *respicitur quaelibet series incipienda*: TERT. adv. Hermog. 19, 5 et in Graeco principii vocabulum, quod est arche, non tantum -um, sed et potestativum capit principatum. *in t. t. gramm. respicitur successio*: DOSITH. gramm. VII 415, 13 ponitur '*in*' *praepositio* . . . pro qualitate -a, ut cum dicimus 'opus in dies crescit' (*item* DIOM. gramm. I 412, 8). 422, 26 '*et*' *coniunctio* -a (*item* DIOM. gramm. I 417, 22). PRISC. gramm. III 87, 26 -a *adverbia* 'deinde, continuo *eqs.*' (*cf. p. 935, 6 et Don. Ter. Phorm. 121, 5 'denique'* est adverbium ordinis, *unde fortasse* GLOSS.[L] II Abav. DE 97 denique: -um est [ordinatum est *trad. ut ibidem* OR 9]).

***ōrdinātor,** -ōris *m. ab* ordinare. GLOSS. praefectus: praepositus, subiectorum -r aut rector. οἰκονόμος: -r, dispensator. *legitur apud* SEN. *phil.,* APVL. *et inde ab* HIL., *maxime apud Christianos.*

i. qui ordinat: **1** *bene disponendo sim.*: **a** *de hominibus*: **α** *cum gen. obi.*: SEN. epist. 109, 14 *sapienti* opus est alieno consilio . . . quomodo advocato et litis -i. SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 'dissignatores' funerum mancipes et -es. VVLG. Ier. 48, 12 -es et stratores laguncularum. HIL. AREL. vita Honorat. 12 l. 8 hunc *senem* tamquam -em in domino atque custodem suae aetatis adsumunt. RVSTIC. epist. ad Eucher. p. 199, 5 aedis -r ac dominus. LEO M. serm. 16, 4 detestandi criminis -r (*sc. instructor, ut vid.*). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 68, 1 G. spiritalis convivii. INTERPR. cod. Theod. 2, 1, 1 patrimoniorum nostrorum (*cf.* 10, 1, 2 domorum dominicarum [*Cod. Theod.* rationales et magistros privatae rei]). 4, 8, 6 cuiuslibet rei. COD. Iust. 4, 5, 10, 1 praetorii edicti. **β** *absolute vel cum adi.* (*de eis qui administrationis cuiusdam officio funguntur*): INTERPR. cod. Theod. 2, 1, 5 sub praesentia nostri -is (*Cod. Theod.* rationali praesente). CASSIOD. var. 9, 10, 5 ne credatis pro -um tantum arbitrio vos gravari (*respondere vid.* discussoribus novi census). GREG. TVR. Franc. 4, 5 omnem rem ecclesiae . . . in sua redegit potestate, -es removet, ministros respuit. 9, 41 Chrodieldis -es (*sc. monasterii*) elegit. CONC. Aurel. a. 511 p. 91, 17 clericus si pro causa . . . fuerit ab ecclesiastico -e commonitus, *eqs.* (*opp.* iudex publicus). VITA Caes. Arel. 1, 15 sollertiam culturae in dispensatione -bus et diaconibus credidit . . . committendam. *al.* *resp. gr.* ὁ ἄρχων MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 1 p. 449/50 -e (*i. duce, gubernatore*) privati sunt (*cf. gr. p. 231*).

2 *translate*: **a** *i. q. gradatim*: SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3 (*45 a. Chr.*) qui *liberi* . . . honores -m petituri essent (*sc. unum gradum honorum post alterum assequendo*). CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 71, 5 ad rationalem . . . vitam -m gradatimque veniamus. **b** *i. q. bona dispositione, bene*: CONC.S II 2, 1 p. 46, 12 ut causa *iudicialis* -m possit promoveri (*gr. II 1, 1 p. 72, 19* ἐν τάξει). BOETH. arithm. 1, 9 p. 20, 2 -m dispositae minores summae (1, 32 p. 71, 25 [*seq.* p. 71, 26 -m progenitos]. *cf.* 1, 11 p. 26, 17 -m positis *numeris*. 2, 23 p. 107, 5 -m compositis]). VIRG. gramm. epist. 5 p. 161, 10 libro . . . -m degesto.

part. praes. adv. **ōrdinanter.** *i. q. ordine, modo ordinato: respicitur dispositio, successio*: HILARIAN. pasch. 1 oratione mea affa⟨b⟩re cuncta -rque discurramus. PHILO vita contempl. 30 secundum aetates -r (ordinarentur *vel* ordinationem *trad.*) consedentes (*gr.* ἑξῆς). *respicitur moderamen iustum, bonum*: DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 198, 24 quae *virtus* nos . . . -r regit in terris (*gr. p. 188, 14* ἐν τάξει).

deriv.: ordinatio, ordinativus, ordinator (-trix), ordinatus (-us). *cf.* ordinabilis.

compos.: ad-, ex-, per-, prae-, re-, sub-, superordino; *et a p. p. p.* inordinatus. *Keudel.*

ordiolus, -ī *m. et* ordiolum, -ī *n., i. e.* hordeolus (*v. vol. VI 3, 2966, 32*). *adde*: DIOSC. 2, 68 p. 209, 3. 2, 141 p. 231, 24. 2, 155 p. 238, 21. 3, 93 p. 418, 20 orziora. 4, 169 p. 85, 10. 5, 134 p. 228, 6 ordeola. 139 p. 230, 13 ORIBAS. syn. 3, 154 p. 880 eup. 4, 17 tit. *ibid. l.* 1. 4, 33, 4 Aa p. 550 *bis.* p. 551 *bis.*

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ōrdior, -sus (-ītus) sum, -īrī (act. ōrdio v. sub I B et C). [quamquam in verbo simplici praevalet sensus latior incipiendi neque exstant exempla antiquiora usus technici ad exordium texendi spectantis (-iri i. q. διάζεσθαι, v. p. 949, 43), adsentiendum illis, qui hunc usum originarium ducunt, quoniam et compositis exordiri (inde a PLAVTO), redordiri probatur et in linguis q. d. Romanicis viget. in subst. q. e. ordo, si forte huc trahendum, notio technica, quae fuerit 'series filorum tramae', prorsus evanuit. de veriloquio nihil constat; utramque vocem a vocali longa incipere monemus, cuius rationem ignoramus; Hesychii ὄρδικον· τὸν χιτωνίσκον et ὄρδ⟨η⟩μα· ἡ τολύπη τῶν ἐρίων et sensu et forma longius absunt. Sch.] inter verba deponentia (vel media) afferunt CHAR. gramm. p. 467, 31. 479, 27 B. PS. ASPER gramm. suppl. 50, 27. scribitur in var. l. urd- PLIN. nat. 31, 72, urs- PLIN. nat. 11, 217. de formis (act. et pass. v. sub I B et C): fut. -ibor ACC. trag. 95 (v. infra l. 84), -ar inde a CIC. top. 7; cf. CAPER gramm. VII 101, 11 -ibor (-ibo C) et -ar telam; utroque modo veteres dixerunt. perf. act. non nisi -dieris ITALA iud. 16, 13 (Lugd., iuxta dissolveris et ⟨t⟩exueris), -disse ISID. orig. 19, 20, 1. part. perf. -sus inde a CIC., -ditus inde ab HIER. NOT. Tir. 68, 97a -itur (antecedit: exoritur). 91, 49 -itur. 92, 96 -sus (sequitur: ob-, exorsus).

de notione: FEST. p. 185 -iri est principium facere, unde et togae vocantur exordia. NON. p. 39, 22 -ire (-iri L) est ... incipere (affert ACC. et AFRAN.). CHAR. gramm. p. 467, 31B. -or ἄρχομαι. SYNON. Cic. p. 422, 34 dixit ... elocutus est. effatus est. -sus est. disseruit eqs. DIOM. gramm. I 377, 6 -or -sus sum facit et tam incipientem significat ... quam desinentem. GLOSS. -or: διάζομαι. incipio et loquor. est -sus: ἤρξατο. -sus: ἠρξάμην. loqui coepit. ἀρξάμενος. locutus. -ire: incipere. al. GLOSS.L 1 Ansil. OR 133 -iri (ordinari trad.): aggredi, conari. legitur inde a PLAVTO, PACVVIO, ACCIO, AFRANIO, CIC., VARRONE, LVCR. per totam latinitatem. [spectant ad exordium texendi: val. urzì; it. ordire; sard. centr. ordire, mer. ordiri; raet. or. urdí, occ. urdir; francog. ourdir (et var. dial.); prov. vet. ordir, var. francoprov., prov., vasc.; cat. ordir, urdir; hisp. urdir; port. urdir. cf. M.-L. 6093. Battisti-Alessio IV 2670. Wagner II 191. Wartburg VII 401 sqq. Corominas IV 654 sq. Machado^2 III 2276. St.] [confunditur in codd. cum exordiri (v. vol. V 2, 1558, 75), cum ordinare CIC. Phil. 2, 44 Tusc. 5, 88. al., cum oriri CIC. Tusc. 5, 37 LIV. 31, 40, 6. al. (v. etiam Löschhorn, Mus. Helv. 31, 1974, 105, 3), cum audire AVELL. p. 593, 6; restit. pro audire CIC. fin. 5, 83. e coni. dub.: CIC. Phil. 9, 3 (v. Sydow, Rhein. Mus. 92, 1944, 283).]

i. q. incipere, incohare sim. (vi originaria dictum videtur de tela incipienda, cf. p. 949, 43). iuxta alias voces incipiendi: (a) principio vel principium -iri CIC. Phil. 2, 44. part. 28 a pr. primum. LIV. 35, 33, 4. 44, 31, 13 QVINT. inst. 3, 9, 9. al. ab initio vel initium -iri CIC. Brut. 128 Att. 4, 1, 8 NEP. Them. 1, 2. al.; cf. initium pro subi.: AVG. civ. 16, 21 p. 158, 23 D. orsum -ire ITALA iud. 16, 13 (Lugd.). exordium -iri HESYCH. in lev. 20, 1 p. 1041B ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 26, 30. prior (primus) -itur OV. epist. 12, 72 AVSON. 376, 1 p. 98 P. al. prius (primum) -iri VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 SEN. Phaedr. 925. al. -iri coepit VAL. MAX. 3, 7, 3 (cf. -sus coepit ARATOR act. 2, 211).

I de suscipientibus, instituentibus (fere animantibus, de statu pro persona p. 948, 76. 81. 949, 14, de script. div. p. 948, 9): A deponens (huc traximus gerund. et part. praes.): 1 instituuntur dicta, scripta sim.: a usu quasi praeparativo: α pro obi. est inf. verborum dicendi sim.: PLAVT. Trin. 1136 hoc commodum -itur loqui (VERG. Aen. 6, 125 -sa l. vates. 6, 562 OV. met. 4, 320. al. LVCAN. 10, 85 VAL. FL. 5, 403 STAT. Theb. 10, 125. al.). CIC. Brut. 22 disputare. leg. 1, 14 explicare. OV. met. 4, 167 dicere (LIV. 32, 34, 2. 35, 44, 1 CVRT. 5, 1, 2. al. PS. APVL. Ascl. 1. aliter p. 949, 10). LIV. 28, 19, 6 hortari (cf. ITIN. Alex. 23 adhortari). CVRT. 8, 1, 23 Philippi res -sus obterere Alexander. LVCAN. 2, 241 fari (cf. DRAC. Orest. 383 profari). PLIN. nat. 14, 3 praecepta ... pandere. SIL. 11, 436 canere. QVINT. inst. 3, 9, 8 dicere aut scribere (CAPITOL. Opil. 1, 2 vitas. LAMPR. Heliog. 35, 2. aliter p. 949, 16). FRONTO p. 225, 16 v. d. H. (237 N.) Arion cantare -itur. al. β pro obi. est nomen, quo significatur aut actio aut effectus dicendi: CIC. de orat. 1, 98 princeps ... sermonis -endi fuit (ENNOD. opusc. 2, 128 p. 327, 4). 119 in -enda oratione (orat. 122 LIV. 24, 22, 13. cf. 44, 31, 13 principium orationis. APRING. in apoc. 1, 3 dictorum ... initium). leg. 1, 21 ab eo nobis causa -enda est (VAL. MAX. 2, 8, 2). VARRO ling. 7, 110 ut secundam partem operis -iri possim (item de libris sim.: LIV. 1 praef. 13 ut -sis nobis tantum operis successus prosperos darent dei. VAL. MAX. 1, 7, 1 locum. PLIN. nat. praef. 20 historiam ... a fine Aufidi Bassi. HIER. epist. 57, 9, 2 euangelium. RVFIN. hist. 5, 1, 4 rerum gestarum... initium. AVG. c. Pelag. 3, 1, 1 alterum librum. al.). LIV. 1, 47, 10 maledicta ab stirpe ultima -sus: servum ... regnum occupasse. 7, 36, 9 meritas ... laudes. VAL. MAX. 3, 7, 3 contrariam actionem. CVRT. 5, 9, 12 sententiam -sus ... coepit: eqs. STAT. silv. 2, 1, 3 solamen. TAC. ann. 4, 53, 1 invidiam et preces -itur: subveniret solitudini eqs. 15, 55, 2 defensionem. AVSON. 152, 19 p. 7 P. iam vota -or. al.

b usu pleno (sc. adhibetur ut verbum dicendi): α accedit obi. acc. (sc. de quo fit oratio): ① subst.: ACC. trag. 95 non parvam rem -ibor.:: ne retice ([vix -ibo sec. lemma Nonii]. CIC. fam. 5, 12, 2 LIV. 1, 40, 6. al.). HOR. ars 147 bellum (LIV. 38, 12, 1. cf. SIL. 1, 1 arma). PROP. 3, 9, 50 celsa ... Palatia. LIV. 26, 11, 10 Coelius ... iter ... eius Hannibalis ab Reate ... -itur. 36, 27, 5 antiqua iura foederum -iri meritaque in populum Romanum. PLIN. nat. 20, 1 maximum ... opus naturae. 22, 164 a vite -iri medicinas arborum. TAC. ann. 2, 10, 1 Arminius et Flavus diversi -untur, hic magnitudinem Romanam, ... neque coniugem ... hostiliter haberi; ille fas patriae ..., ne ... mallet. 15, 51, 3 omnia scelera (sequitur acc. c. inf.). AVG. civ. 16, 10 p. 139, 10 D. scriptura divina -itur inde generationes usque ad Abraham. obi. sunt homines (sc. qui describuntur): NEP. Alcib. 11, 6 reliquos (cf. Them. 1, 2 ab initio est -endus Themistocles). ② neutr. pron. vel adi.: STAT. Theb. 3, 401 quaeque -sus uterque vicissim. QVINT. inst. 2, 14, 5 nunc, quae de prima parte tractanda sunt, -ar. TAC. ann. 3, 13, 1 vetera et inania -itur, ambitiose ... habitam Hispaniam. 15, 26, 3 magnifica de auspiciis imperatoris. AVIAN. fab. praef. 9 Aesopus ridicula -sus est. β absolute: CIC. Brut. 201 tamquam de integro -ens 'quando igitur' inquam eqs. leg. 2, 7 -ire igitur. fat. 4 proinde -ire. alia v. sub c. technice in arte rhet.: MART. CAP. 5, 503 -endi praecepta tractabimus (spectat ad 'exordium', cf. antea: exordiorum praeceptis et Cic. inv. 1, 19 exordiendi praecepta).

c structurae variae: α quae verborum incipiendi propriae sunt: ① per adv.: CIC. S. Rosc. 29 unde potissimum ... -ar ...? (or. frg. A VII 7 Tusc. 2, 42. 5, 37 unde ... rectius ... quam a ... natura [cf. VAL. MAX. 1, 7, 1 et 9, 11, 1 potius quam]. PANEG. 10, 2, 2. al.). CIC. fin. 3, 16 hinc (PLIN. nat. 20, 1 APVL. Plat. 1, 4. al.). 5, 83 inde (VARRO ling. 10, 58. LIV. 42, 11, 4 i. a ... consiliis. STAT. Theb. 1, 451. al.). TAC. ann. 2, 10, 1 exin. cf. VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 4 sub B. ② per praepos.: a, ab: CIC. de orat. 3, 183 -iri ... a superiore paeane, posteriore finiri. part. 29 ab ipsis rebus. 47 a proposito. ac. 2, 19 a sensibus. fin. 4, 15 a qua constitutione naturae. 5, 27. 34. Tusc. 5, 88 ab eo (item ab hominibus: LIV. 9, 17, 5 PLIN. nat. 6, 23. al.; cf. in invocatione deorum: LIV. 22, 9, 7 ab dis. VAL. MAX. 1 praef. ab Iove). al. VARRO ling. 10, 54 a ... aliquo casu. 56 (a multitudine) commodius potest -iri. BELL. Afr. 60, 1 ab sinistro ... cornu. OV. ars 3, 101 a cultu. LIV. 24, 25, 1 ab ante acta vita. et saepius. CELS. 6, 1 a capite. al. alia: CIC. Verr. II 4, 105 de quo si paulo altius -iri ... videbor (VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 de his. TAC. ann. 1, 26, 1 de missione. 16, 30, 1 de amicitia. TRACT. Pelag. 4 p. 84 de scribarum ... iniustitia. al.). PRVD. c. Symm. 2, 5 ex quibus (BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 136, 2 ex animae ipsius efficientiis). ③ per solum abl.: PLIN. nat. 25, 99 -endum ... malorum omnium pessimo est, serpentium ictu. 29, 29 -emur ... confessis (sc. remediis). QVINT. inst. 3, 8, 9 nihil ad historiam pertinentibus principiis -sus est Sallustius (cf. CLAVD. MAM. anim. 1, 27 p. 99, 6 principio secundi voluminis).

β quae verborum dicendi propriae sunt: ① indicatur, quo modo, per adv. vel locutiones adverbiales (cum dat. pers. appellatae l. 50): CIC. leg. 2, 7 'a Iove Musarum primordia', sicut in Aratio carmine -si sumus (cf. LIV. 1, 28, 7 cetera, ut -sus erat, peragit). ac. 2, 73 ita (LIV. 40, 12, 2 TAC. ann. 15, 2, 1. al.). VARRO ling. 10, 56 commodius. VERG. Aen. 1, 325 sic (2, 2. al. OV. met. 5, 300 miranti s. -sa deae dea. EPICED. Drusi 119 VAL. MAX. 8, 5, 6 LVCAN. 10, 193. et saepius, maxime in poesi). OV. met. 4, 54 talibus ... modis (item per abl.: VAL. FL. 8, 45 novis ... singultibus. APVL. met. 6, 31, 2 placido sermone sic. HESYCH. in lev. 20, 1 p. 1041B quibus verbis. al.). VAL. MAX. 2, 7, 15 in hunc modum (cf. TAC. ann. 6, 8, 1 ad h. m.). ② allata oratione recta: inducitur oratio: CIC. ac. 2, 73. VERG. Aen. 1, 325 sic Venus, et Veneris contra sic filius -sus (SERV.: -sus nunc coepit, alias finit). 2, 2 OV. met. 5, 300 EPICED. Drusi 119 LIV. 40, 12, 2 VAL. MAX. 2, 7, 15. 8, 5, 6 LVCAN. 10, 193. PETRON. 110, 8 (cf. 6 coepit). PLIN. nat. praef. 16 VAL. FL. 5, 552. 8, 45 SIL. 3, 132. al. STAT. Theb. 7, 247 TAC. ann. 6, 8, 1. 15, 2, 1. al. finitur oratio (non nisi apud poetas): VERG. Aen. 9, 656 'cetera parce, puer, bello.' sic -sus Apollo mortalis medio aspectus sermone reliquit (SERV. auct.: -sus modo locutus, id est pro eo, qui desierit; alias coepit, quod magis est proprium; item add. sic: 12, 806 STAT. Theb. 3, 316. 8, 516 silv. 3, 4, 45). ③ accedit oratio obliqua (cf. l. 6. 14. p. 947, 77. 80): TAC. ann. 1, 26, 1 is -itur ..., ut denarius diurnum stipendium foret, ne veterani sub vexillo haberentur (2, 10, 1 v. l. 6). 2, 10, 1 (v. l. 6; item cum acc. c. inf.: 12, 5, 3. 15, 51, 3 v. l. 8. PRVD. ham. 507 creaturam ... subiectam). cf. interrog. obl.: APVL. Plat. 1, 4.

2 instituuntur alia: a in universum: α indicatur, quid: ① per acc. (instituuntur homines SEN. suas., nec non l. 82 sqq., sc. pro statu vel officio): PACVV. trag. 379 machinam -iris novam. CIC. Att. 4, 1, 8 alterius vitae quoddam initium -emur post exilium (cf. SEN. epist. 23, 10 vitam [antea: incipit vivere]. AVG. civ. 21, 14 p. 517, 12 D. infantia non a risu, sed a fletu -itur hanc lucem. ENNOD. dict. 5, 7 p. 439, 11 infantiam [l. 8 exordia]). VERG. Aen. 7, 386 maius adorta nefas maioremque -sa furorem. LIV. 4, 31, 7 ab scelere bellum (9, 32, 1 et saepius. CVRT. 6, 3, 3 ab Hellesponto. LIV. perioch. 34 Emporis). SEN. suas. 2, 2 inbecilla ... nos materia deus -sus est. VAL. MAX. 9, 1, 5 cuius adulescentia priscos mores vidit, senectus novos -sa est. SEN. Phaedr. 925a a meo primum toro ... placuit -iri virum (i. statum virilem ut: CLAVD. 22, 75 ut primos in coniuge disceret ignes -irique v.; cf. personam pro munere: ENNOD. carm. 2, 80, 4 vatem i.

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

episcopatum). frg. 16 cum prima fundamenta ... iaceret *deus* et hoc -retur, quo *eqs.* CVRT. 4, 2, 18 opus (4, 6, 9 ab ea parte. LACT. inst. 2, 8, 3 o. mundi [7 exorsus fabricam]. *cf.* CVRT. 4, 3, 8 novi operis molem). VAL. FL. 2, 210 nefas. SIL. 8, 470 huic genus -itur Minos illusaque tauro Pasiphae. 15, 417 -si Carthaginis altae fundamenta. STAT. Theb. 1, 81 poenam. AVSON. 376, 1 p. 98 P. primus Romanas -iris, Iane, kalendas. AMM. 14, 7, 17 eos ... ad expediendum, quod -si sunt, incitans. AMBR. obit. Theod. 15 l. 15 imperium. NOVELL. Valent. 21, 2, 3 -iri (ordinare *var. l.*) et inplere iudicium. *al.* (II) *per inf.*: CIC. Brut. 301 Hortensius ... cum admodum adulescens -sus esset in foro dicere (*i. orator exsistere; aliter p. 947, 59*). VELL. 2, 109, 5 exercitum ... ducere in Marcomannos -sus est. PLIN. nat. 32, 124 sugere -sas (ursas *vel* oras *trad.*) *hirudines.* SIL. 15, 160 maria ire per alta -imur. STAT. silv. 1, 4, 53 ea *senecta* bis senis vixdum -sa excedere lustris. 5, 3, 36 situm depellere chordis ... -or. SVET. rhet. 27, 2 primus omnium libertinorum ... scribere historiam -sus (*aliter p. 947, 64*). APVL. flor. 15, 13 dominari (*cf.* HIER. chron. a. Abr. 482 regnare [PROSP. chron. I p. 398, 22. *al.*]). HIER. in Dan. 1, 1 prophetare (epist. 18^A, 10, 2).

β indicatur solum, qua re vel unde: (I) *per abl.*: CIC. Brut. 128 L. Bestia bonis initiis (⟨a⟩ b. i. *edd. plerique*) -sus tribunatus ... tristis exitus habuit consulatus. SIL. 15, 403 ingentibus -sum auspiciis iuvenem. LACT. opif. 6, 6 ipsis fundamentis. ARATOR act. 2, 211 gentibus -sus coepit ... solidae vestigia mentis in turbas proferre rudes. (II) *per praepos.*: a, ab: CIC. rep. 2, 67 a te ipso -are (*sc. quaerendo prudentem. item ab animantibus*: LIV. 1, 23, 4 numen, ab ipso capite [*i. rege*] -sum, ... expetiturum poenas. 21, 60, 3 -sus a Lacetanis *oram subiecit Scipio.* TAC. Agr. 19, 2 a se quisque -sus primum domum suam coercuit. ann. 1, 67, 3 -sus a suis *tradit equos*). CVRT. 9, 6, 20 -sus a Macedonia imperium Graeciae teneo (*cf.* TAC. ann. 2, 60, 1 Germanicus ... Nilo subvehebatur, -sus oppido a Canopo). PLIN. nat. 34, 63 *Lysippus* fecit ... Alexandrum ... multis operibus, a pueritia eius -sus. AVSON. 195, 5 p. 53 P. paene ab ipsis -sus incunabulis dei poeta nobilis ... puer celebrasti Iovem. sine: PLIN. nat. 26, 15 unum hominem e levissima gente, sine opibus ullis -sum. (III) *per adv.*: QVINT. inst. 3, 9, 9 nec ... ars ulla consummatur ibi, unde -endum (*B*, exordiendum *A*) est.

γ absolute: VAL. FL. 4, 572 siqua brevis scopulis *Cyaneis* fieret mora, si semel -sis (*sc. scopulis; subst. neutr. intellegit Schulte in indice*) ulla quies, fuga ... medio properanda recursu. GREG. TVR. glor. mart. 41 p. 515, 40 quibus *trabibus* per humum ad -endum extensis *in renovatione templi.*

b *spectat ad exordium texendi* (*cf. p. 947, 16. 21. 26, v. etiam sub B et C; adduntur comparationes*): PLIN. nat. 11, 22 *apes* struunt -sae a concameratione alvi textumque elut a summa tela deducunt (*cf. Aristot. hist. anim. 624 a 5* ἄρχονται ... τῶν ἱστῶν). 11, 80 -itur telas *aranea* (LACT. inst. 1, 18, 24 *Minerva* telam docuit -iri. VVLG. Is. 25, 7 t., quam -itus est *deus* [HIER. *ad l. v. sub C; item ad* 30, 1 -remini t.]. *al.*). 25, 132 morbis remedia subtexemus -si a capite (*item dicendo*: AVSON. 337, 2 p. 155, 10 P. ludicrum opusculum texui, -iri maiuscula solitus. 420, 1 p. 377, 2 *Homerum* -sum ab iracundia Achillis ... quattuor et viginti libros contexuisse monstrabimus. CONSVLT. Zacch. 2, 4 p. 53, 17 principia [*antea*: retexens]. CASSIOD. hist. 2, 25, 5 sequentis libri initium [*antea*: his ... contextis]). APVL. mund. 22 dierum ... noctiumque curriculis -untur menses *horae*, menses texunt annos (*subi. 'horae' sec. gr. p. 397 a 12 sqq.* ὧραι ... ἐπάγουσαι κτλ., *vix pass.*). LACT. inst. 2, 10, 20 unam *Parcam*, quae vitam hominis -atur, alteram, quae contexat, tertiam, quae rumpat ac finiat (*inde* ISID. orig. 8, 11, 93). POTAM. subst. 23 Migne suppl. 1, 211 ut omnia vultibus nostris sic -retur et texeret *deus*, ut *eqs.* (*antea*: faciem fabricatus est). PS. PHILO antiq. 28, 8 tamquam aranea -ens in modum scuti. *in sacra scriptura* (*de creatione; similiter fortasse* POTAM. *supra*): HIER. psalt. sec. Hebr. 139, 13 -sus es me in utero matris meae (*Vulg.* suscepisti me de u. m.). VVLG. prov. 8, 23 (*loq. sapientia*) ab aeterno -ita (ordinata *var. l.*) sum (*gr.* ἐθεμελίωσέν με, *Itala Tert. adv. Hermog. 18, 1* fundavit me). *huc etiam spectare videtur* HIER. psalt. sec. Hebr. 2, 6 -itus (ordinatus *var. l.*) sum regem meum super Sion (*imaginem texendi servat etiam Aquila* ἐδιασάμην, *aliae vers. spectant ad institutionem regis ut Vulg.* constitutus sum rex, *cf. LXX* κατεστάθη, *vel ad consecrationem, cf. Symm.* ἔχρισα).

B *formae activae* (*fere inf. praes.; v. etiam p. 947, 16. 22*): AFRAN. com. 319 tamen animo -ire (-iri *var. l.*) oportet (*contextu parum sano*). ITALA iud. 16, 13 (Lugd.) si dissolveris VII crines capitis mei et -dieris orsum et ⟨t⟩exueris in eo crines meos quasi obitum (*gr.* ἐὰν ὑφάνῃς τὰς ... σειρὰς ... μετὰ τοῦ διάσματος, *Vulg.* si crine ... crines ... cum licio plexueris, *Quodv. [?] prom. 2, 22, 45* si alligati fuerint ... in palo orsorio, *Ambr. epist. 19, 28* si dissoluti essent et ... intexti. *cf. Cypr. Gall. iud. 675 sq.* dissolve ... texe). HIL. c. Const. 8 p. 585^B -ire (occidere *var. l.*) sine suspicione. GREG. TVR. Franc. 2, 8 p. 51, 10 genus moresque -ire (-iri *plur. codd.*, ordinare *var. l.*; 4, 46 p. 180, 18). ISID. chron. II p. 433, 38 -ire telam ... docuit Minerva (orig. 19, 20, 1 t. -disse). VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 4 exhinc superlativum -amus.

C *formae passivae*: 1 *instituitur textura* (*adduntur comparationes*): ARNOB. nat. 6, 16 p. 328, 18 M. ab araneis -iri retia. NON. p. 30, 23 vestis -iri dicitur, cum instituitur detexenda. HIER. in Is. 25, 6 sqq. l. 41 (VVLG. *v. sub A2b*) telam, quae -ita sit (30, 1 sqq. l. 63 -itam t. μεταφορικῶς posuit, ut pravum consilium demonstraret. VEN. FORT. vita Pat. 3, 11). VVLG. Is. 38, 12 praecisa est velut a texente vita mea, dum adhuc -irer (-iret *var. l.*), succidit me (*Hier. ad l.* ne in telae similitudinem in ipso lucis exordio praecidatur). VEN. FORT. carm. 2, 9, 54 stamina psalterii lyrico modulamine texens versibus -itum carmen amore trahit. 5, 6, 7 ut -retur unā telā simul poesis et pictura. 7, 1, 1 Orpheus -itas moveret dum pollice chordas.

2 *instituuntur alia*: SECVNDIN. epist. p. 898, 12 ne ab aliis -ita crimina geminentur. SIDON. epist. 2, 9, 6 *narratiunculas* bifariam -itas.

II *de rebus initium habentibus* (*indicatur fere, unde; difficilius quaedam discernuntur ab IC, sed certa exempla usus passivi non leguntur ante* ARNOB. nat. *eaque fere cum respectu texendi*): CIC. Marcell. 33 ut, unde est -sa, in eodem terminetur oratio (*cf.* FRONTO p. 202, 9 v. d. H. [212 N.] ubi prior sit finita sententia, inde ut sequens -atur). VARRO ling. 10, 11 si esset origo recte capta et inde -sa ratio (10, 54). LIV. 1, 19, 6 ut ... ad metam eandem solis, unde orsi essent, ... dies congruerent *mensibus intercalatis* (*item spectant ad initium temporale*: CELS. 2, 1, 15 calor a primo vere -sus. SEN. nat. 3, 28, 7 cum deo visum -iri meliora, vetera finiri. PLIN. nat. 8, 207 tridui inediā saginatione -sa. AVG. civ. 16, 21 p. 158, 23 D. initium futuri saeculi a fine praesentis -iri). CELS. 2, 8, 31 tormina ab atra bile -sa (*item vi mera locali*: 4, 1, 5 iecur a dextra parte *eqs.* 4, 1, 12. 5, 28, 12^A. 8, 1, 24. 8, 1, 9^D. COLVM. 1, 5, 9 ex depressiore loco ... -sa fundamenta. PLIN. nat. 5, 77 a tergo ... mons -sus. 11, 217 nervi -si a corde. 16, 163 *folia* a nodo. ITIN. Alex. 49 India ... a septentrione).

p. p. p. n. pro subst. **ōrsa**, -ōrum. *sing.* -um *non legitur nisi apud* PAVL. NOL. carm. 19, 602 ut fugiens non fugerit *fur* utque ... emensos ... cursus in cassum totiens volvente relegerit -o (*nisi forma q. e.* -o *aut per heteroclisiam aut per scripturae mendum pro* orsu *ponitur*) *et apud* GLOSS.; *Ter. Maur. 1098 et 2082, ut vocem Culicis adhibentem, 2.* orsus *relegavimus.* GLOSS. -um: *δίασμα.* inceptus telae. -a: inchoata vel dicta. *non legitur nisi in poesi* (*praeter* MART. CAP. 9, 901, *v. sub 1, et loc. dub. l. 42*) *inde a* VERG., EPICED. Drusi, VAL. FL., STAT. [*confunditur in parte codd. cum* ossa *e. g.* OV. epist. 14, 18 EPICED. Drusi 210, *cum* ore STAT. Theb. 12, 245 (*v. vol. VII 1, 914, 8. 13, sed* -a *fortasse defenditur per* VERG. Aen. 7, 435 *et* STAT. Theb. 10, 360). *e coni. dub.*: MANIL. 2, 57 (*pro* ora. *cf.* 5, 480 VAL. FL. 2, 243). AMM. 15, 4, 7 (*loco lacunoso*) -a bellorum (orta *trad.*, *fort.* exorsa, *quae vox Ammiani propria est, cf. vol. V 2, 1561, 9. 15*). *de* AVIEN. orb. terr. 5 *v. Breysig, Rhein. Mus. 56, 1901, 568. versu interpolato* IVVENC. 2, 550.]

i. q. incepta, opera suscepta sim. (*notione initii saepe attenuata vel evanida*): 1 *de dictis, scriptis sim.*: VERG. Aen. 7, 435 sic -a vicissim ore refert (11, 124 [SERV.: coepta verba]. STAT. Theb. 5, 29. 7, 195 DRAC. Romul. 8, 531. *cf.* VAL. FL. 5, 470 tulit [STAT. Theb. 2, 420]). EPICED. Drusi 210 tristia cum medius rumperet -a dolor (*cf.* STAT. Theb. 2, 451 -a iniecit mediis sermonibus obvia. 3, 87 media -a loquentis absciderat. 11, 197 scidit -a). STAT. Theb. 6, 50 nondum -is modus. 10, 360 excipit -a. silv. 1, 4, 29 plana solutis ... struis -a modis (5, 3, 101 Aoniis vincire m. AVSON. 193, 4 p. 51 P. seu prosis solveret -a m.). 2, 1, 114 Attica facundi ... -a Menandri (AVSON. 322, 46 p. 263 P. *cf.* STAT. silv. 4, 7, 55 -a Sallusti). TER. MAVR. 2181 -a iambo (seorsa iambi *trad.*) ... colligam. AVSON. 24, 6 p. 329 P. talia ... edidit -a. 176, 17 p. 41 lacrimabilis -a querellae. 418, 4 p. 285 fausta ... adscribens -a libellis (*i. exordia epistulae; cui respondens* PAVL. NOL. carm. 10, 18). *al.* PRVD. apoth. 236 heroum ... intelleximus -a priscorum et viso patefacta oracula Christo. cath. 4, 96 vatis pia praecinentis -a (SCHOL.: inchoamenta). *al.* PAVL. NOL. carm. 15, 350 subit istis ... -is (*var. l.* [h]oris). *al.* CYPR. GALL. gen. 137 diversis nuncupat -is *Adam filios* (678). 522 placidis ... supplicat -is. exod. 681 ut pectoris -is palmarum prex iuncta foret (*i. orationi cordis*). *al.* MART. CAP. 4, 424 (vers.) Iovialibus sub -is (9, 901 his -is I. Phoebus admonitus). 7, 802 (vers.) me spatium admonuit iam claudere fatibus -a. 2 *spectat magis ad quaelibet opera*: VERG. Aen. 10, 632 in melius tua ... -a reflectas (*an ad 1? cf.* SERV. auct.: -a pro dictis et fatis). VAL. FL. 1, 21 nostra serenus -a iuves. 5, 195 -a regas. 5, 291 -a movebo. STAT. Theb. 6, 358 -a deum. PAVL. NOL. carm. 19, 602 *v. supra l. 32.* MART. CAP. 1, 91 (vers.) foedere caelitum, quae sectanda forent -a, probarier. CE 1915, 6 (*opp. vid.* finis, *sed contextu lacunoso*).

deriv.: orditorium, orditura, orsorius, orsus (-ūs).

compos.: ex-, redordior; *cf.* primordium.

δίαστρα: **ōrdītōrium** GLOSS. III 322, 8. *ab* ordiri; *cf.* orsorius, textorium.

ōrdītūra, -ae *f.* *ab* ordiri; *cf.* textura. *i. q. textura* (*sc. de structura carminis figurati*): VEN. FORT. carm. 5, 6, 8 p. 114, 7 nec evagari propter descendentes versus frenante repagulo -a permisit.

ōrdium, (-ī) *n.* *ex* primordia *exsolutum esse videtur, cf. tmesin Lucr. 4, 28* ordia prima. GLOSS. III 209, 56 *δίασμα*: -um (*item*

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

323, 70 *ubi sequitur* διάσμα: exordium). V 471, 56 -a: initiamenta (*ad* orgia *refert Lindsay Gloss.*[L] *V Aa o 561*). *Bohnenkamp.*

ōrdo, -inis *m.* [*fortasse iungendum cum* ordiri (*ubi v.*), *quamvis aliud exemplum nominis masc. in* -o, -in- *cadentis iuxta verbum primarium non exstet. Sch.*] *scribitur cum apice* órd- ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 11 *a. 48.* CIL IX 5177 *a. 172. al., cf. autem litteris graecis* ὀρδ- GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A]. *al.*; ordó CIL IX 3704, 11 (ord' *Pighi*). hord-: CIL VI 17524, 6 IX 5577. X 477, 16 *a. 347.* CE 2118 *a. 461 vel 482. hic illic in codd.* orden- CIL XIII 2477 CE 1743, 7. abl. -i INSCR. Année Epigr. 1966 p. 51 n. 183. *notatur* o CIL V 875 *a. 105* (*si recte suppletur*). INSCR. Dessau 5491, or CIL VI 1057, 2, 9 *a. 210* (*si recte suppletur*). ord CIL VI 1615. 1674. 1740, 11. *al.*, ordin CIL V 4203. IX 5177 *a. 172.* X 3704, 2. *al.* NOT. Tir. 36, 42 senaturius -o (36, 43 o. s.). 45, 18 (*seq.* ordinarius, ordinat). 45, 64 -o equister. *de notione et differentiis*: CIC. off. 1, 142 (*secl. Atzert*) -em sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis (*antea*: εὐταξία). SYNON. Cic. p. 415, 17 apte. rite. commode. recte . . . pro tempore. pro -e. p. 426, 25 gradu. -e. officio. fastigio. honore. p. 431, 7 invicem. in -em. communiter. vicissim. DON. Ter. Ad. 362, 2 (de grege illo est) -o vel bonorum vel malorum dicitur et gravium, ut equester -o, senatorius -o; grex vel bonorum vel malorum ⌊et levium⌋ (vel lenonum *trad.*) est, ut *eqs.* AVG. civ. 19, 13 p. 377, 9 D. -o est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. lib. arb. 1, 64 non . . . -o rectus aut -o appellandus omnino est, ubi deterioribus meliora subiciuntur (*cf.* nat. bon. 23 -o tunc malus dicitur, cum minus ipse -o servatur: unde non ibi -o, sed potius inordinatio mala est). ord. 1, 10, 28 p. 140, 12 -o est . . ., per quem aguntur omnia, quae deus constituit (*sim.* 2, 1, 2 p. 145, 21). *ad singulos locos v. infra, definitiones -is in oratione v. p. 956, 1 sqq.* GLOSS. -o: acies. τάξις. τάγμα. τάξις ὁ στίχος. βαθμός. βουλὴ ἐπὶ τοῦ συστήματος. βουλευτήριον. -o equester: equitum -o. secundum senatum. ex -e: ab initio. τεταγμένως. κατὰ τάξιν. *legitur inde a* NAEVIO *p. 957, 53,* PLAVTO, ENNIO, CAECILIO, CATONE, TER. *et in poesi et in prosa oratione, deest e. g. apud* CATVLLVM. [*val.* (*maced.*) urdini; *it. mer.* urdini; *sard. centr.* ordine, *mer.* ordini; *raet. centr.* ëurdn, *occ.* uorna; *francog. vet. et med.* orne, ourne, *var. dial.; prov. vet.* ourde, *var. francoprov., prov., vasc.; sunt praeterea formae, quae sermone docto restituebantur vel minus mutatae servabantur. cf. M.-L. 6094. Wagner II 191. Wartburg VII 403 sqq. Corominas III 567 sq. St.*] [*confunditur in codd. cum* ordinare, ordinatio, *ubi v.; contextu dubio* ACC. carm. frg. 22 trag. 50.]

fere i. q. τάξις (*metonymias per varias partes distribuimus*):

I *significatur suum cuique locum tribuens dispositio* (*v.* AVG. civ. 19, 13 p. 377, 9 D. *allatum supra*): **A** *vi locali vel temporali plus minus servata* (*respicitur collocatio vel successio*): **1** *locutiones adverbiales, sc. per abl. vel per praepos., notionem q. e.* ἐφεξῆς *sim. praebentes* (*adiecimus locutiones negativas p. 952, 31, ceteras v. sub 2. resp.* καθεξῆς *infra sub c; cf. explicationes* CIC. leg. agr. 1, 4 *sub b* nullam . . . praetermittit. SERV. georg. 4, 507 sine intermissione. *post* CIC. *selecta pauca, dub. interpr.* LVCIL. 194): **a** *cum verbis dicendi, sentiendi sim.* (*cf.* -o dicendi *sim. infra sub 2b*): **α** *accedit ad* omnis, *numeralia, enumerata sim.*: *nudo abl.*: PLAVT. Amph. 599 -e omne, uti quicque actum est, . . . edissertavit. Capt. 377. Cas. 895 (omnem in -em *trad.*). Men. 679 rescivit (*cf.* Pseud. 1312 scio). Mil. 1165 (*verbo omisso in responso*) omne -e (omnem -em *A; acc. traditur vix recte* PACVV. trag. 283 gnato -e[m] omne[m], ut dederit, enodat pater). *al.* TER. Haut. 706 rem narret -e omnem. *al.* CIC. inv. 1, 33 prima quaeque pars . . . -e transigatur. part. 28. NEP. Att. 18, 3 Iuniam familiam a stirpe ad hanc aetatem -e enumeravit. VERG. georg. 4, 4 dicam. *al.* HOR. sat. 2, 3, 81 doceo insanire omnis vos -e. *et saepius.* *per praepos.*: PLAVT. Mil. 875 rem omnem tibi . . . demonstravi in -e (Poen. 590 *verbo om. in responso*. Pseud. 676 iam instituta ornata *sc. in animo* cuncta in -e. MANIL. 3, 188 a sole ad lunam numerabis in -e partes signorum). LVCIL. 913 adde alios omnes . . . ex -e (RHET. Her. 3, 20, 34. OV. Ib. 87 adnuite optatis omnes ex -e nostris [*comprehendit deos v. 67 sqq. enumeratos, cf. 84* cuncti]. NVX 35. *al.*). QVINT. inst. 11, 2, 23 nomina multa per -em audita reddenda (TERT. monog. 7, 1. PORPH. Hor. epist. 1, 11, 18 cetera alia, quae p. -em dicit. *al.*). *al.* **β** *varia*: PLAVT. Amph. 211 haec *mandata* . . . -e iterarunt (*nudo abl. ut*: Cas. 898 memora -e, ut occeperas. TER. Phorm. 580 quo pacto aut unde mihi sit *filia*, dicundum -e est. Ad. 513 narrabo. RHET. Her. 2, 30, 47 referemus. CIC. part. 2 soles -e interrogare; . . . -e audies. *et saepe*). Rud. 1155 responde ex -e (LVCIL. 1237 compellans gumias ex -e nostros. RHET. Her. 3, 17, 30 locis ex -e conlocatis *sc. dicendo*. 3, 17, 31. CIC. leg. agr. 2, 48 mihi ex -e recita . . . auctionem. LVCR. 5, 418 ponam. VERG. Aen. 1, 456 videt Iliacas ex -e pugnas. *et saepe*). VERG. ecl. 7, 20 hos *versus* Corydon, illos referebat in -e Thyrsis (MANIL. 2, 296 proposito reddentur in -e). SEN. benef. 7, 9, 2 sive . . . per -em . . . expandere sive . . . in unum acervum dare (PORPH. Hor. epist. 1, 20, 7 sq. recitari. VOPISC. Aurelian. 1, 6 bella . . . per -em scribas. *al.*). *al.*

b *cum variis verbis* (*huc fort.* LVCIL. 913, *v. supra*): **α** *accedit ad* omnis, *numeralia, enumerata sim.*: PLAVT. Pseud. 761 (*in imag. rei milit., cf. p. 956, 30 sqq.*) omnes ⌊-e his⌋ (-es *trad.*) sub signis ducam legiones meas (*nudo abl. ut*: LVCR. 2, 518 omnis . . . calor ac frigus mediique tepores . . . explentes -e summam. *al.*). CIC. leg. agr. 1, 4 vendit Italiae possessiones ex -e omnis; . . . nullam . . . praetermittit (LVCR. 1, 605 aliae atque aliae similes ex -e partes . . . naturam corporis explent. 4, 973 VERG. georg. 3, 341. 4, 507 septem illum totos perhibent ex -e menses . . . flevisse [SERV.: sine intermissione]. *saepius*). LVCR. 1, 589 variae volucres ut in -e cunctae ostendant *eqs.* (OV. fast. 4, 727 transilui positas ter in -e flammas [*sim.* 6, 155]. *al.; cum acc.*: VITR. 6, 1, 6 a medio in -em crescendo ad extremos septentriones). COLVM. 4, 1, 1 duo continua per -em vestire pedamenta (QVINT. inst. 4, 2, 72 singuli p. -em . . . intrarunt. 11, 2, 20 LAMPR. Heliog. 30, 4 Alex. 45, 2. *al.*). *al.* **β** *varia* (*fortasse huc spectant* LVCIL. 397 *et* AFRAN. com. 413 *contextu dubio; usu fortasse non adverbiali* CATO, VARRO, COLVM. 4, 33, 2): CATO agr. 46, 1 locum . . . delapidato circumque saepito bene et in -e serito (*cf.* serere, ponere *vites sim.* in -em [*Verg. georg. 4, 144* in versum, *ubi* SERV.: in -em. *sed* VERG. ecl. 1, 73 *infra*: -e]: VARRO rust. 1, 4, 2 -e *var. l.* 1, 7, 4. 1, 23, 6. 3, 16, 16 COLVM. 4, 33, 2. *alia*: RHET. Her. 3, 18, 30 in -e stantes [*postea*: ab summo an ab imo an a medio nomina eorum dicere]. OV. ars 2, 45 *Daedalus* disponit in -e pinnas [*cf.* met. 8, 189 ponit in -e pennas a minima coeptas]. *al.*). LVCR. 4, 370 terra locis ex -e certis lumine privatur solis (4, 574 saxa paris formas verborum ex -e *reddunt.* PROP. 3, 17, 15 *vitibus* pangam . . . ex -e colles [*inde pendere vid.*: CE 1552 A 80 *saec. II in., ubi* in -e]. OV. met. 12, 211. *al.*). CIC. Cato 51 (*de spica cf.* MANIL. 5, 286) frugem spici -e structam (*item* -e structum: VITR. 2, 8, 4 *opp.* acervatim. TERT. resurr. 52 p. 108, 4; *praeterea nudo abl.*: VERG. ecl. 1, 73 pone -e vites. georg. 1, 425 sequentes -e [LIV. 25, 23, 17]. Aen. 5, 102. *al.*). SEN. dial. 12 (11), 6, 5 per -em suum . . . subici (COLVM. 8, 3, 4 excisa p. -em gallinarum cubilia. 8, 11, 3 fiunt. 4 figuntur. 9, 7, 2 disposita [PLIN. nat. 4, 12]. *al.*). *al.* *per negationem -is*: OV. epist. 10, 19 sine -e curro (17 [18], 113 oscula congerimus properata, s. -e, raptim. met. 14, 266 sparsos . . . s. -e flores. *al.* SEN. contr. 2, 2, 9 s. certo -e per locos discurrerat. *al.*). SEN. dial. 10, 12, 3 si quid ex iuba sua . . . extra -em iacuit (QVINT. inst. 10, 3, 33 quae scribentibus solent e. -em, id est ex aliis quam qui sunt in manibus loci, occurrere. *al.; aliter l. 71. p. 957, 77*).

c *cum solis nominibus vel adverbiis* (*cave addas* PLAVT. Mil. 1165 Poen. 590, *sc. verbo omisso, v. supra*): VITR. 5, 4, 9 diatessaron et diapente et ex -e ad disdiapason (*item* 5, 5, 1). PLIN. nat. 12, 91 praecipua bonitas . . ., secunda . . ., atque ita -e; vilissimum *eqs.* STAT. Theb. 10, 251 comites tribus -e deni: horrendum . . . agmen. ITALA act. 3, 24 (cod. e) omnes . . . pro⟨fe⟩tae a Samuhel et pro (*leg.* per?) -em (*gr.* καὶ τῶν καθεξῆς, *Vulg.* deinceps, cod. d eorum qui -e fuerunt). RVFIN. Basil. reg. 1 et sic per -em cetera (*Migne gr. 31, 906*[B] καὶ καθεξῆς).

2 *cetera exempla*: **a** *respicitur dispositio plurium inter se* (*c. gen., ubi accedit, fere plur.; gen. sing. v. sub* γ *et p. 953, 81. 954, 4. 9. 15. 43. 53*): **α** *dispositorum structura, series sim.*: ① *in exercitu significatur series militum (navium) vel eorum certa manus ordinatim disposita* (*gr. resp.* τάγμα, τάξις, φάλαγξ. *cf. usum diversum p. 956, 29. 957, 25 sqq. 964, 1; ad rem v. Ruge, RE XVIII 1, 935 sq. Kromayer-Veith, Heerwesen und Kriegsführung 319*): Ⓐ *generatim* (*saepius iuxta* signa *usque ad* TAC., *e. g.* CAES. Gall. 4, 26, 1 civ. 1, 71, 3; *fere synon.* acies VEG. mil. 3, 14 p. 98, 5 HEGES. 3, 9, 2. *locutiones paucae significantiores*): ① *-es (-em) instruere, solvere sim.*: *verba instruendi*: PLAVT. Amph. 220 postquam utrimque exitum est . . ., dispertiti viri, dispertiti -es, nos nostras . . . instruximus legiones. CAES. Gall. 2, 19, 6 intra silvas aciem -esque constituerant. BELL. Alex. 75, 2 nondum -bus instructis (*v. vol. VII 1, 2017, 2 sqq.*). SALL. Iug. 51, 3 -es restituit et cohortes . . . conlocat (LIV. 35, 5, 11 TAC. hist. 3, 25, 1. *cf.* LIV. 3, 70, 4 reficeret). LIV. 1, 27, 6 erigit totam aciem et . . . -es explicat (*v. vol. V 2, 1726, 28 sqq.*). *al. sim.* *verba solvendi*: CAES. Gall. 2, 11, 5 perturbatis -bus (4, 33, 1. 5, 37, 3. *cf.* LIV. 2, 59, 7 tumultus . . . signaque et -es turbavit [*saepius; iuxta* acies: VEG. mil. 2, 13 -es aciesque turbari atque confundi]). LIV. 22, 29, 4 solutis -bus (35, 34, 10. 37, 43, 9. 42, 65, 8 CVRT. 8, 1, 5. *al.*). CVRT. 4, 13, 33 laxatis -bus (4, 15, 20. 31. *al. v. vol. VII 2, 1072, 2*). *al. sim.* ② *extra -em pugnare, -e egredi vel -em (-es) servare sim.*: *verba egrediendi sim.*: PLAVT. Amph. 224 deinde utrique imperatores in medium exeunt, extra turbam -um colloquuntur. CATO orig. 82 si quis extra -em depugnatum ivit, *eqs.* (*cf.* LIV. 7, 10, 2 e. -em nunquam pugnaverim [8, 6, 16. *al.*]). SALL. Iug. 45, 2 ne quispiam -e egrederetur. LIV. 22, 38, 4 ex -e recessuros (*item* FRONTIN. [?] strat. 4, 1, 4). 31, 43, 3 excedunt . . . -bus suis. *al.* FRONTIN. strat. 1, 5, 3 ne quis ab -bus signisque discederet. *al. sim.* *verba servandi* (*fort. huc referendum* PLAVT. Amph. 241 *sub IIC1*): CAES. Gall. 4, 26, 1 neque -es servare neque . . . signa subsequi (civ. 1, 44, 1. 3. 1, 71, 3 neque -es neque signa. 2, 41, 6 in loco manere -esque s. *et saepe. cf.* civ. 3, 93, 2 conservarunt. SALL. Iug. 51, 1 observare. *al.*). SALL. Iug. 80, 2 -es habere, signa sequi, imperium observare. *al. sim.* ③ *accedunt numeralia sim.*: VARRO ling. 5, 89 (*fortasse referendum ad IIC, cf. Gloss. s. v.* triarii: tertio loco) pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio -e . . . deponebantur (VEG. mil. 3, 14 p. 98, 5 *synon.* acies. HEGES. 3,

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

9, 2 duplici acie vallavit urbem et t. equestri -e [*gr. 3, 148 διπλῇ δὲ τῇ φάλαγγι . . ., τρίτην . . . τὴν ἵππον, Ps. Rufin.* agmen]. *cf.* BELL. Alex. 14, 3 in fronte collocant XXII *naves*, reliquas subsidiarias in secundo -e constituunt [LIV. 30, 10, 19 navium]. *al.*). HIRT. Gall. 8, 9, 4 duplici propugnatorum -e (SVET. Cal. 19, 1 -e d. ad ancoras conlocatis navibus. *cf.* BELL. Alex. 37, 4 simplicibus -bus *sc. militum* [*antea*: acie]. LIV. 30, 10, 5 onerariarum *navium* quadruplicem -em [*cf. Polyb. 14, 10, 10 ἐπὶ . . . τέτταρας τὸ βάθος*]). LIV. 8, 8, 4 quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit esse; postremo in plures -es instruebantur (32, 17, 8). 8, 8, 7 hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim -es locabantur (*cf.* 37, 40, 2 a fronte introrsus in duos et triginta -es armatorum acies patebat. *al.*). *al.*

④ *appendix*: *indicatur, ex quibus -o constet (per gen. vel per adi.; pron. poss. v. supra)*: CAES. Gall. 7, 62, 4 -es hostium (LIV. 9, 39, 9. *al.* CVRT. 8, 14, 17 TAC. hist. 4, 33, 2. *item de altera parte pugnantium*: BELL. Afr. 15, 1 -es suorum [FRONTIN. strat. 2, 3, 10. 2, 6, 12]. SALL. Iug. 50, 4 Romanorum [LIV. 35, 5, 8. *al.*]. LIV. 1, 30, 10 Sabinorum. *al.*). HIRT. Gall. 8, 9, 4 propugnatorum -e. CINC. Gell. 16, 4, 6 alae dictae exercitus equitum -es, quod *eqs.* (LIV. 9, 27, 10 -es peditum atque e. 42, 58, 6 CVRT. 7, 9, 5). LIV. 3, 63, 2 -es peditum (9, 27, 10 *supra. al.* FRONTIN. strat. 2, 4, 12 TAC. hist. 2, 89, 1 ann. 13, 38, 3). 6, 12, 10 pugnantium. 30, 10, 5 onerariarum *sc. navium* . . . -em (*cf.* 30, 10, 6 navium [30, 10, 19. 37, 23, 10]). 37, 40, 2 -es armatorum (44, 4, 4 CVRT. 3, 9, 12). *al.* *accedit adi. indicans gentem (sing., fere i. q. exercitus)*: STAT. Theb. 4, 116 Doricus -o. ITALA II Macc. 13, 21 (codd. LXBM) Rhodocus de Iudaico -e (*gr. τάξεως, Vulg.* exercitu).

Ⓑ *speciatim (in exercitu Romano)*: ① *de centuria (nota vocem q. e.* centuria *apud Caes. non legi nisi civ. 1, 64, 5. 3, 91, 3; fort. huc spectat* VARRO frg. Non. p. 345, 2; *v. p. 964, 3; vix de manipulo* LIV. 8, 8, 7 *supra l. 12 et* 8, 8, 8 [*si recte illuc transposuit Conway* 8, 8, 4]):

CIC. Phil. 1, 20 (*de centurionibus agitur*) qui -es duxerunt (*iterum.* CAES. civ. 1, 13, 4 primi pili centurio, . . . qui hunc . . . -em . . . duxerat [*cf.* TAC. hist. 4, 5, 1 -em primi pili]. Afr. 45, 3. *al.* 3, 104, 3 BELL. Afr. 45, 3. *al.* LIV. 2, 23, 4. *al.* EDICT. imp. Claud. de Anaun. [CIL V 5050] 32. *et saepe*; -es . . . centuriatos: CAPITOL. Maximin. 4, 4). CAES. Gall. 1, 40, 1 omnium . . . -um . . . centurionibus (1, 41, 3 primorum [5, 28, 3. 5, 37, 1 civ. 1, 74, 3 LIV. 10, 35, 16 TAC. hist. 3, 22, 4 ann. 1, 29, 2. 1, 61, 3]. *cf.* LIV. 7, 41, 4 -um ductor. 24, 28, 8 duces. *al. sim.*). civ. 1, 13, 3 ex primo -e pauci . . . milites. 2, 28, 1 ut paucis mutatis centurionibus idem -es manipulique constarent. *al.* TAC. ann. 2, 80, 3. 14, 27, 3 legiones deducebantur cum tribunis et centurionibus et sui cuiusque -is militibus (*postea*: manipulis). *al.* ② *de legione (quod resp. apud Ps. Rufin., gr. τάγμα)*: HEGES. 3, 13 p. 206, 3 Traianum, qui praeerat -i quinto decimo ductoris officio. 3, 14 p. 208, 15. 3, 19 p. 221, 26 duos -es in Caesarea constituit, decimum quoque et quintum -em in urbe Scythopoli. *al. apud eundem.*

(II) *vario usu*: Ⓐ *disponuntur corporea (stabilia vel mobilia)*: ① *sec. locum*: ⓐ *in lineam (sive rectam sive curvam; synon. vel iuxta pos.* versus, *στίχος*, orbis): (α) *res variae (fortasse huc spectat p. 952, 15 sqq.; selecta post* CIC.): LEX par. fac. Put. (CIL I² 698) 2, 6 portula⟨m⟩ . . . tegito tegularum -bus seneis (*item laterum, lapidum sim.*: CAES. Gall. 7, 23, 5 alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos -es servant. VITR. 2, 3, 4. 10, 13, 1 summos lapidum -es deiciebant [l. pretiosorum: IREN. 1, 18, 2 = 1, 11, 2 H.; *gr. στίχος, sec.* exod. 28, 17, *ubi in* VVLG. *postea*: versu]. *al., v. etiam* VITR. 2, 8, 6 *infra*). CIC. Arat. 340 signifero ex orbi sex signorum -e fultum *spatium noctis* (VERG. georg. 1, 239 obliquus . . . s. . . . -o [FIRM. math. 1, 10, 5]. *cf. de signifero* MANIL. 1, 257 quae *signa* media obliquo praecingunt -e mundum. 3, 307. 319. 339). Caecin. 22 fundi extremam partem oleae derecto -e definiunt (*postea*: qui illum olearum -em intrasset. *item arborum, vitium sim.*: Cato 53 adminiculorum -es. 57 arborum. 59 derectos in quincuncem -es . VERG. georg. 2, 277 indulge -bus . . . : ut . . . bello cum longa cohortes explicuit legio . . . , derectae acies. COLVM. 3, 15, 1. 5, 9, 7. *al.*). VARRO ling. 10, 43 in directis -bus *numerorum* (*antea*: in obliquis versibus). CAES. Gall. 7, 73, 5 obliquis -bus in quincuncem dispositis scrobes . . . fodiebantur. VERG. Aen. 5, 120 terno consurgunt -e remi (*item remorum vel remigum*: Ov. met. 11, 462. LIV. 24, 34, 7 remorum [28, 30, 11 FLOR. epit. 4, 11, 5. *al.*]. LVCAN. 3, 530 PLIN. nat. 7, 208 VAL. FL. 1, 387. *al.*). Ov. met. 2, 108 radiorum argenteus -o *sc. in rota currus Phaethontis* (*inde* STAT. silv. 2, 4, 12 virgarum). 3, 34 triplici stant -e dentes *draconis* (dentium: VAL. MAX. 1, 8 ext. 12 sq. PLIN. nat. 8, 67. 75 pectinatim coeuntium. *al.*). VITR. 3, 2, 5 -es columnarum (3, 2, 6 sqq. PRVD. perist. 11, 219). CIL VI 8122 in hoc -e ab imo ad sumum columbaria IX (*item columbariorum*: 8130. 8133. 11449). *al.* *de straturis invicem superpositis*: VITR. 2, 8, 6 inaequales -es coriorum diriguntur (*antea*: coria aequa). STAT. Theb. 6, 59 tertius . . . Arabum strue tollitur -o *in toro* (*antea*: ima . . . stramina). *cum gen. sing. materiae stratae*: Ps. GARG. MART. p. 210, 10 tertius -o salis binos digitos altus. (β) *sedes in theatro (cf.* gradus *vol. VI 2, 2150, 26 sqq.)*: *equitum*: CIC. Phil. 2, 44 quod sedisti in quattuordecim -bus (Att. 15, 3, 2 ASCON. Corn. p. 61, 27 PLIN. nat. 33, 31. QVINT. inst. 3, 6, 18 primis. TAC. ann. 6, 3, 1. 15, 32 SVET. Aug. 14 PORPH. Hor. epod. 4, 15 sq. *al.*; 'quattuordecim' *per ellipsin positum, e. g. Petron. 126, 7, an huc referatur dubium, v. Löfstedt, Synt. II 240 sq.*). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 2 -es equestris loci. MART. 5, 8, 3 puros (*i. a turba plebis separatos*) eques -es recepit. IVV. 14, 324 bis septem -bus. *aliorum*: IVV. 7, 44 extrema in parte . . . -is. SVET. Aug. 44, 1 ut . . . primus subsellio-rum -o vacaret senatoribus. 44, 2. *metonymice de ipsis auditoribus (fort. hic illic iam supra)*: DRAC. Romul. 1, 15 cuius *auditorii* -es semper obstupescimus. (γ) *homines vel animalia (fortasse huc spectat* RHET. Her. 3, 18, 30 *sub 1bβ; v. etiam* FEST. p. 185 *s. v.* ordinarius): VERG. Aen. 1, 395 terras -e longo . . . capere . . . videntur *cycni* (2, 766 pueri et . . . l. -e matres stant circum. 6, 482 omnis l. -e [6, 754. *cf.* 11, 94 omnis longe comitum praecesserat -o]. 8, 722. LIV. 2, 12, 10 petentium. 39, 1, 7 iumentorum. *et saepius; cum gen. sing. inhaer.*: SEN. Oed. 127 agminis [*postea*: series. *cf.* Ov. Pont. 4, 9, 23 quantus]). LIV. 27, 37, 13 virginum (*antea*: septem et viginti virgines . . . ibant). 27, 45, 7. VITR. 3, 3, 3 non possunt per intercolumnia amplexae adire *matres*, nisi -es fecerint. *et saepius.* *in imag. fere i. q. κανών*: QVINT. inst. 10, 1, 54 Apollonius in -em (*sc. poetarum*) a grammaticis datum non venit (*postea*: in numerum redegerunt).

ⓑ *in quamcumque aliam formam (sc. elementa, sidera, membra in corpore animantium sim.; hic illic dubium an ad β vel IIC referendum. exempla certiora)*: LVCR. 1, 677 quorum *corporum* abitu aut aditu mutatoque -e mutant naturam res (1, 686. 801 et motu. *al.* MANIL. 1, 481. *al.* SEN. Oed. 366 mutatus -o est *sc. in corpore victimae*, sede nil propria iacet, sed acta retro cuncta: non . . . in parte dextra pulmo . . . iacet, non *eqs. al.*). 1, 685 sunt quaedam corpora, quorum concursus motus -o positura figurae efficiunt ignis (*cf. Democr. apud Aristot. metaph. 8, 2 p. 1042 b 15 τάξις. eisdem iuxta positis* 2, 896. 1021. *sim.* CELS. 1 praef. 24 [*de intestinis corporis mortui ut*: 43. 74]). 2, 489. 493. 3, 621 (*cf.* 794 certum dispositumque) membrorum ut numquam exsistat praeposterus -o (AVG. civ. 19, 12 p. 375, 25 D. perversus). *al.* MANIL. 3, 585 cum bene constiterit stellarum conditus -o (SVET. Aug. 80 in modum et -em ac numerum s. caelestis ursae). PLIN. nat. 16, 122 quibusdam *arboribus* ramorum -o . . . , aliis inconditus (*Theophr. hist. plant. 1, 8, 3 ἄτακτοι καὶ ὡς ἔτυχεν . . . τεταγμένοι*). *al.*

② *sec. tempus (selecta; plura ad seriem temporalem spectantia v. l. 48 sqq. et 64 sqq.)*: CIC. Mil. 83 neque sol ille nec caeli signorumque motus nec vicissitudines rerum atque -es (*sim.* nat. deor. 1, 52. *plur. et iuxta* vicissitudines *ut*: leg. 2, 16 astrorum). PLIN. nat. 21, 68 hic est . . . -o florum (67 verni . . . flores . . . ; succedunt illis aestivi, *eqs.*). TERT. pudic. 8 p. 235, 6 si -o utriusque populi ab utero Rebeccae designatus permitteret demutationem (*antea*: maiori . . . minori filio). PORPH. Hor. carm. 3, 6, 46 sqq. successus et -em nascentium (AVG. civ. 5, 5 p. 197, 31 D. *al.*). *al.*

Ⓑ *disponuntur incorporea (selecta post* CIC.): ① *magis respicitur modus certus successionis, vicissitudo sim.*: LVCR. 5, 732 cur nequeat semper nova luna creari -e formarum certo certisque figuris, *eqs.* CIC. leg. agr. 2, 24 magistratibus, quorum certus -o est. leg. 3, 30 tenes -em legum (*3, 28* proximae legi. *aliter p. 959, 14*). *al.* LIV. 26, 51, 5 primo die legiones . . . decurrerunt, secundo die . . . , tertio die . . . , quarto die quies data . . . ; hunc -em laboris quietisque . . . servarunt. SEN. dial. 5, 6, 2 cui officiorum numerus aut -o constitit incitato? (epist. 94, 5 ad o. dispiciendum -em. Ps. QVINT. decl. 12, 6). *al. sim.* ② *magis respicitur series continua, structura sim. (fere in imag. -is corporeorum)*: CIC. fin. 3, 74 admirabilis compositio disciplinae *Stoicae* incredibilisque rerum me traxit -o (4, 53 ac. 1, 17. VARRO ling. 10, 1 fundamenta . . . , -o ac natura . . . explicita. VERG. Aen. 7, 44 maior r. mihi nascitur -o [*sc. series maioris momenti*]. *al.*). de orat. 1, 23 repetam . . . non ab incunabulis nostrae . . . doctrinae quendam -em praeceptorum. fam. 5, 12, 5 -o ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum. VERG. ecl. 4, 5 magnus ab integro saeclorum nascitur -o (STAT. silv. 4, 3, 147 *antea*: seriem . . . aevi. IVVENC. 2, 826 AVG. civ. 11, 18 p. 485, 18 D. *al.*). VELL. 1, 10, 4 *cum* -em actorum suorum commemoraret (*cf.* SEN. Herc. f. 647 virtutum. LVCAN. 8, 817 fastorum. *al. sim.*). *al.* ③ *fere i. q. κανών, κατάλογος (cf. l. 19. p. 959, 1)*: SEN. benef. 6, 1, 1 (*in imag.*) ad explicandum ludorum -em (epist. 117, 30 nemo qui obstetricem parturienti filiae sollicitus accersit, edictum et l. -em perlegit. ACT. lud. saec. Sept. Sev. [Rhein. Mus. 81, 1932, 390] 43 ⟨o⟩rdo l. honor⟨ariorum: prid. non. Iun. die primo . . .⟩ . . . ; nonis Iun. die secundo . . . ; *eqs.*). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 11 (*a. 136*) -o cenarum: VIII id(us) Mar(tias) natali Caesenni . . . patris; V k(alendas) Dec(embres) nat(ali) Ant⟨inoi⟩; *eqs.* EDICT. imp. inc. de temp. accus. (Pap. Corp. 237) 1, 14 (*saec. III?*) ⟨sin vero⟩ neut⟨er⟩ litiga⟨nti⟩em (*sc.* litigantium) adfuisset, ex⟨cid⟩ere tum eas ⟨. . . lites ex or⟩dine cognitionu⟨m⟩ offici nostri.

(III) *in oratione, carmine sim. (selecta post* CIC.): Ⓐ *disponuntur res, tempora, loca (sing. praeter* CIC. Brut. 15): RHET. Her. 1, 2, 3 dispositio est -o et distributio rerum, quae demonstrat, quid quibus locis sit conlocandum (1, 9, 15 r. ac temporum -em conservabimus [*opp.* perturbate . . . contorte. *sim.* CIC. inv. 1,

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *de ipso gradu* (*c. respectu census, dignitatis, honoris sim.*): 1 *in civitate, societate civium* (*selecta post* Cic.): a *accedit gen. vel pron. poss.*: Plavt. Trin. 451 mearum me rerum novisse aequomst -em; cum vostra nostra non est aequa factio (*postea*: aequo ... censu). Ter. Eun. 234 (*loq. parasitus*) conveni ... quendam mei loci hinc atque -is (Don.: 'loci' ingenuum, '-is' pauperem: illud natalium, hoc fortunae est). Cic. Cluent. 153 (*opp.* in amplissimum locum pervenire) -e suo patrumque suorum contentos se *fuisse* (Sen. contr. 2 praef. 3 paterno). Pis. 64 perditorem non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino -is ac nominis sui *i. senatorii*. de orat. 1, 182 causam ... de ⌊-e, de⌋ (ordinanda *var. l.*) civitate, de libertate, de capite hominis consularis. fin. 3, 52 *postea*: secundum locum obtinent. off. 1, 151 quorum -i conveniunt *artes quaedam*. Nep. Ages. 1, 3 suum utraque *familia* retinebat -em (*antea*: locum). Fest. p. 185 -o sacerdotum aestimatur deorum ⟨-e⟩ ...; maximus videtur rex, *eqs.* Vlp. dig. 7, 1, 15, 2 sufficienter ... vestire debet secundum -em et dignitatem mancipiorum. *al.* b *alia* (*huc spectare videntur* Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 4 Sisenna hist. 115): Plavt. Trin. 830 (*Charmides Neptuno*:) scis -e, ut aequomst, tractare homines (*vix ad 1A1; antea*: pauperibus te parcere ..., divites damnare). Acc. trag. 97 satin ut quem cuique tribuit fortuna -em, numquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum? (*cum verbo tribuendi ut*: Cic. p. red. in sen. 1 qui dignitatem, qui -em, qui fortunas ... nobis reddidistis. p. red. ad Quir. 4. Att. 3, 23, 2 civitatem et -em). Lex Corn. de XX quaest. (cil i^{2} 587) 1, 33 eosque viatores eosque praecones omneis, quos eo -e dignos arbitrabuntur, legunto *consules* (Ov. fast. 6, 669 quidam quantolibet -e dignus. *cf.* Lex Vrson. [cil i^{2} 594] 105, 20 si quis quem decurion(um) indignum loci aut -is decurionatus esse dicet, *eqs.* [Pompon. dig. 1, 9, 4 inferiore ... superiore]). Cic. Q. Rosc. 44 *eos* -e esse senatores (*seq.* aetate ..., natura ..., copiis *eqs. cf.* Macer dig. 1, 18, 14 tali eum loco atque -e esse, ut *eqs.*). Verr. II 1, 127. 2, 122 illum -em *sc. senatoris Halaesinorum* pretio mercatus est, ... senatorium nomen nundinati sunt (*cum verbo adipiscendi sim. ut*: Flacc. 43 [*postea*: senatorium nomen amisit]. Vlp. dig. 50, 2, 2, 1 utrum eum -em teneat quem primum habuit, an vero quem nunc nanctus est). *al.* Pvblil. V 14 virum bonum natura, non -o facit. Ov. am. 3, 15, 5 = trist. 4, 10, 7 usque a proavis vetus -is (*sc. equestris*) heres. Liv. 3, 61, 7. Tac. ann. 11, 25, 3 ius exuendi -is (*sc. senatorii*). Svet. Vit. 2, 2 caruit -e (*sc. senatorio*). *al.*

2 *in exercitu Romano significatur*: a *gradus* (*selecta post* Liv.): α *centurionis* (*sc. gradus una cum centuria tributus; saepius dubium an de ipsa centuria*): Cic. Pis. 88 centuriatus palam venditos, ... per tuum servolum -es assignatos (Liv. 42, 33, 6. 42, 34, 5 decumum -em hastatum. *cf.* 42, 33, 3 ne inferiores iis -es ... adtribuerentur. Decret. decur. Tufic. [cil xi 5694] 14 [*a. 141*] dederit [xi 5693, 9]). Caes. Gall. 5, 35, 7 Balventio, qui ... primum pilum duxerat ...; Q. Lucanius, eiusdem -is, *eqs.* 5, 44, 1. 6, 40, 7 centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus (*l. 5*) -bus reliquarum legionum ... in superiores erant -es huius legionis traducti (civ. 3, 53, 5 *Scaevam centurionem* ab octavis -bus ad primum pilum). civ. 1, 3, 2 multi ... spe praemiorum atque -um evocantur (*cf. l. 20*). *al.* Liv. 5, 46, 6 *Caedicius centurio* memor -is sui. 42, 34, 14. 44, 33, 7. Lvcan. 6, 146 castrorum in plebe merebat *Scaeva* ...; ibi ... promotus Latiam longo gerit -e vitem (*? i. longinquo a priore -e [v. Burmann ad l.] ut*: Frontin. [?] strat. 4, 6, 4 longiorem. *cf.* Plin. nat. 14, 19 tardos). Tac. hist. 3, 49, 2 interfectorum centurionum -es legionibus offerebat. *al.* Plin. epist. 6, 25, 3. CIL III 1480 (= Dessau 2654, *v. adn. 2*) ordine(m) accepit ex equite Romano (VI 3584, 2 in leg. v). III 12411 opt(io) ad spe(m) -is (*item* Inscr. Dessau 2441. *cf.* CIL V 7872 optio ad ordine(m)). *al.* β *variorum* (*fortasse hic illic comprehenditur centurionatus*): Lex Iul. munic. (cil i^{2} 593) 121 quoive aput exercitum ingnominiae caussa -o ademptus est. Liv. 22, 30, 5 me magisterium equitum, hos -es suos (-bus suis *trad.*) quemque tenere. 36, 17, 2 plerosque omnium -um, milites, inter vos esse video. qui *eqs.* (39, 7, 3). Fest. p. 185 manipularem, quia infimi sit -is, appellatum ... ordinarium (*cf.* Cod. Theod. 7, 1, 10, 1 inferiorem [*antea*: gradus]). Sen. contr. 2, 1, 17 census in castris -em promovet (*antea*: gradum). Cvrt. 6, 11, 1 vetus miles, ab humili -e ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus. Treb. Val. 6, 4 tibi de -bus militum iudicandum est. Ps. Ascon. Verr. p. 241, 19 accensus nomen est -is et promotionis in militia. *al.*

b *metonymice*: α *ipse centurio* (*eadem metonymia subest voci q. e.* primipilus; *v. Domaszewski, Rangordnung des röm. Heeres 1908, 94 sq. 102. Bickel, Rhein. Mus. 95, 1952, 102 sqq.*): primi -es: Caes. Gall. 5, 30, 1 cum a Cotta primisque -bus ... resisteretur. 6, 7, 8 tribunis militum primisque -bus coactis. Liv. 30, 4, 1. 44, 33, 4. 44, 36, 6 Vitr. 2 praef. 1 Vell. 2, 112, 6 Ps. Qvint. decl. 3, 9 Frontin. strat. 1, 5, 12. 1, 11, 2 imperavit ... tribunis et p. -bus et centurionibus, *eqs.* *al.* *in titulis*: Orat. imp. Hadr. ad exerc. (cil viii 2532 = 18042) frg. B 1, 2 p. -es et centuriones agiles. CIL IX 2983. X 4872, 2 (*aetatis Tiberii*) prim(us) -o cohortium praet(oriarum). Inscr. Dessau 2452, 6 (*a. 161*). *al.* *sine additamento* (*si suppletur recte, v. quae adn. Hübner*): CIL VII 231 Vitalis ord(o) v(otum) s(olvit). β *miles varii gradus* (*fortasse comprehenditur centurio*): Sen. dial. 2, 19, 3 (*in imag. viri fortis*) in prima acie altos -es stare (*antea*: genere). Anon. de mach. bell. 5, 1 militaris -o ... honesta missione donatus.

3 *in ecclesia, societate Christianorum*: *de gradu clericorum* (*cf.* psalm. 109, 4 *p. 960, 4*): Iren. 4, 8, 3 (4, 17 H.) omnes enim iusti sacerdotalem habent -em (*gr.* τάξιν. Hier. epist. 18 A 1, 3. hom. Orig. in Ezech. 9, 2 p. 409, 14 s. -o et leviticus gradus. *al.*; *cf.* Rvfin. Orig. in num. 4, 3 p. 23, 8 sacerdotii -em gradumque). 4, 26, 4 (4, 41, 1 H.) cum presbyterii -e sermonem sanum ... praestant ('*episcopatus successione*' *intellegit Powell, Ordo presbyterii, Journ. Theol. Stud. 26, 1975, 291.* Greg. M. epist. 9, 166 p. 165, 10 in p. -e ... consecrari). Hier. epist. 14, 8, 4 te ad eundem -em *sc. episcopatum* ... sollicitant. *al.* Leo M. epist. 1, 5 nec in presbyteratus gradu nec in diaconatus -e nec in ... officio clericorum (Greg. M. epist. 5, 57 p. 363, 6). *al.* *de variorum statu castitatis*: Hier. epist. 22, 2, 1 habent ... et maritatae -em suum. 24, 1, 1 secundo -e castitatis (*sc. viduarum*). Fvlg. Rvsp. trin. 12, 3 tres gradus aut -es, quos tractores ecclesiae ad coniugatos, continentes et virgines retulerunt.

C *de ipso loco vel tempore, ubi aliquis (-quid) ponitur, (e)venit sim.* (*complurium -o intellegi potest sive de dispositione formata ab eis sive de positione ab eis occupata; qua re fortasse huc trahere mavis quaedam sub I allata, e. g.* Varro ling. 5, 89 *et* Bell. Alex. 14, 3 *p. 952, 84 sqq., quae conferas cum 2c infra*): 1 *exempla ambigua vel usum praeparantia*: a *varia*: Plavt. Amph. 241 animam omittunt prius quam loco demigrent: quisque ut steterat iacet optinetque -em (optinet *ut* Colvm. 3, 16, 2 *infra sub 2b, cf.* obtineo locum *p. 284, 44 sqq. 285, 66 sqq.; idem describit Sall. Catil. 61, 2* quem quisque pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat). Lvcr. 3, 513 *in commutandis rebus* addere ... partes aut -e traiecere aequumst (*cf.* 757 quod mutatur ..., dissolvitur ...; traiciuntur enim partes atque -e migrant. Verg. Aen. 3, 447 illa *carmina in antro seclusa* manent immota locis neque ab -e cedunt). Nep. Dat. 9, 4 ei ... vestitum suum dedit atque eo loco ire *sc. in agmine*, quo ipse consuerat, iussit; ... decepti -e atque vestitu impetum in eum faciunt. *al. sim.* b *accedit* suus, proprius: Lvcr. 1, 1022 (= 5, 420) neque consilio primordia rerum -e se s. ... locarunt. Verg. Aen. 11, 241 responsa reposcit -e cuncta s. Manil. 2, 737 Sen. contr. 2, 6, 3. Colvm. 1 praef. 33 quas *partes* -e s. ... persequar (*item de proprio in libris loco vel successione*: 3, 4, 3. Tert. nat. 1, 15, 2 *ea* recognoscetis

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

s. -e; nunc enim differimus pleraque. *al.; cf.* MANIL. 2, 750 *infra*. 2, 970 *sub d.* VITR. 2, 1, 8 *sub 2a*). FIRM. err. 1 sin⟨gu⟩la ⟨sui⟩s locis -busque constituens *deus*. AVG. civ. 22, 10 p. 583, 30 D. s. loco et -e nominantur *martyres. al.* proprius (*v. etiam* MANIL. 2, 970 *sub d*): MANIL. 2, 750 haec posterius p. cuncta -e reddam. VITR. 4, 2, 2 unaquaeque res et locum et genus et -em p. tuetur. **c** uno -e *i. eodem loco* (*cf.* eodem loco habere *vol. VI 3, 2448, 33 sq.*).: VERG. Aen. 2, 102 si omnis u. -e habetis Achivos, *eqs.* (*aliter* SERV.: uno reatu; . . . quia in -em dicebantur causae). RVFIN. Orig. in num. 26, 1 p. 243, 22 aequaliter et u. -e omnes appellantur imbelles. **d** *accedit gen. rei, in qua locus tribuitur* (*gen. plur.* MANIL., *sing. gerund.* LIV., STAT., QVINT.): LIV. 22, 5, 8 animus suus cuique ante aut post pugnandi -em dabat (*aliter p. 957, 3*). MANIL. 2, 970 (*secl. Housman, Garrod*) cui parti nomen posuit, qui condidit artem, . . . proprio venit *sc. referetur* -e rerum (*aliter sub I passim*). STAT. Theb. 2, 174 inter sese -e fandi cedere (*cf.* QVINT. inst. 1, 2, 23 -em dicendi secundum vires ingenii dabant *pueris praeceptores. aliter p. 956, 83*). silv. 3, 3, 141 dignatus . . . loco victricis et -e pompae. COD. Theod. 6, 22, 7 pr. ut inter eos . . .-em salutationis officiumque praesumat (*postea*: locum. *aliter p. 957, 44*). INST. Iust. 3, 1, 15 eundem gradum et -em successionis eis donaverunt. *al.*

2 *exempla certiora*: **a** *varia* (*praeter* PERS. *cum gen. sive rei, quae occupat certum locum, sive inhaerentiae; gen. rei, in qua locus habetur,* IREN. 2, 17, 8 *sub c*): VITR. 2, 1, 8 (*cf.* 2, 1, 9 *sub b*) si qui de -e huius libri disputare voluerit, quod putaverit eum primum institui oportuisse, *eqs.* (*cf.* MACR. Sat. 3, 7, 8 voluminis *sc. noni*). PERS. 3, 67 (*in imag.*) -o quis datus (*sc. aurigae sorte ut*: STAT. Theb. 6, 390 iamque locus cuique est et liminis -o). FRONTO p. 59, 12 v. d. H. (p. 65 N.) cum -em verbi tui immutassem, uti ante 'tricipitem' diceres quam 'Geryonam' nominares. PASS. Iust. Terg. (BHL 4604) 1 directus est in -e vicis suae . . . praefectus . . ., ut *eqs.* (*cum gen. inhaerentiae ut*: CASSIOD. var. 11, 17, 2 unusquisque iuxta matriculae seriem tua designatione vulgetur, ut quem loci -o (*sc. in matricula?*) postulat, gradibus promotionis accedat. **b** suus -o: VITR. 2, 1, 9 suo -e et loco huius erit voluminis constitutio. COLVM. 3, 16, 2 in eadem . . . linea, in qua viviradix optinet -em s. (*cf. Plin. nat. 17, 172* loco suo). 12, 2, 5. 6 *antea*: suo loco (*postea affert Cic. phil. frg. I 10 ex Oeconomico, ubi bis* suo loco, *v. Xenophon. 9, 8 et 10 χώρας*). SIL. 9, 318 *postea*: sede. SVET. Nero 21, 1 intravit -e s. ITALA Hab. 3, 11 (Tert. adv. Marc. 4, 39) sol et luna constitit in -e s. (*gr.* τάξει, *Vulg.* habitaculo). VVLG. II par. 35, 15 stabant in -e s. (*gr.* στάσεως, *v. Mohrmann, Études sur le latin des chrét. III 325 sq.*). *et saepius.* **c** *cum numero ordinali*: IREN. 2, 17, 8 (2, 22, 2 H.) Logos quasi tertium -em generationis habens (*sc. in successione generationis*). 2, 20, 4 (2, 32, 3 H.) in tricesimo -e est Aeon (*synon.* loco). FIRM. math. 6, 32, 29 primum . . ., secundo -e . . ., tertio requires *eqs.* (*item in enumeratione*: 6, 32, 41 in principe loco . . ., s. -e . . ., *eqs.* SORAN. p. 28, 16 maxime . . ., secundo -e [*gr. p. 57, 27 Ilb.* ἤδη δέ]. CONC.[S] II 3, 3 p. 62, 23 primo. II 5 p. 30, 21. *al.; in successione heredum*: COD. Theod. 6, 24, 11, 1 quem.*sc. heredem* vocat secundus -o [*postea*: gradu]. INST. Iust. 3, 5, 1 tertio -e vocantur]).

deriv.: ordinalis, ordinarius, ordino. *cf.* ordinabilis, ordinatim.

compos.: interordinaria, interordinium. *cf.* ἐνορδίνως (*Leont. N. vita Sym. 54 Migne gr. 93, 1736[D]. al.; inde* ἐνόρδινος). *Keudel.*

ōreae, -ārum *f.* *ab* ōs. *scribitur* ori- PAVL. FEST. p. 8 GLOSS.[L] IV Ps. Plac. o 14, ole- GLOSS. V 126, 9; aur- *v. infra* PAVL. FEST. *de notione*: FEST. p. 182 -ae: freni, quod ori (ore PAVL.) inseruntur (*affert* TITIN., NAEV., CATONEM, LAEL. [*?*]). GLOSS.[L] IV Ps. Plac. o 14 -ae (ori- *codd.*): freni et habenae, ab ore dicuntur (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. OR 221). GLOSS. V 126, 9 frena equi. 377, 21 frenae (*item* GLOSS.[L] Corp. O 259, *v. adnot.*). *distinguuntur* aureae: PAVL. FEST. p. 8 aureas . . . dicebant (dicebatur *codd.*) frenum, quod ad aures equorum religabatur; orias, quo ora coercebantur (p. 27 aureas dicebant frenos, quibus equorum aures religantur; *de qua differentia vix probabili v. e. g. Ernst Fraenkel, Philologus 97, 1948, 165*).

de instrumento, quo animalium (fere equorum) ora coercentur, i. q. frena (*plur. fort. ex duali*): NAEV. com. 20 deprandi . . . leoni s⟨i⟩ obdas -as. CATO orig. 72 equos respondit: -as mihi inde, tibi cape flagellum (*cf. Aristot. rhet. 2, 20 p. 1393 b 16* χαλινόν). LAEL. (?) or. frg. (18 M.) Fest. p. 182 equus . . . mihi sub feminibus occisus erat, -as detraho inspectante L. Stertinio. TITIN. com. 119 etsi tacebit, tamen gaudebit sibi promitti -as (promittiore *cod.*). AVSON. 384, 7 p. 102 P. inde floridum reflexis (reflexit *V*) ver revisit -is *Sol* (*v. 3* flagrans habenis). *Baer.*

orēas (-rēi-), *acc.* -ada *f.*, ὀρειάς. -ria- *var. l.* VERG. (*apud Gell. 9, 9, 13; idem ante corr. apud* OV. *cod. M; solum trad.* PHILARG. Verg. ecl. 10, 9 rec. I), -rēia- AVSON. (*coni. metri causa pro trad.* -rea-).

sing. non nisi nom. -s CALP., *acc.* -a OV.; *plur. acc.* -as NEMES., AVSON., SCHOL. Stat., DRAC., GLOSS.[L] I Ansil. NA 53, *ceterum nom. vel acc.* -es (-ĕs *metro firmatur apud* VERG.). *mensura falsa* ōrēă- DRAC.

i. q. nympha montium (*v. Herter, RE XVII 1539. XVIII 1, 937*): **1** *in explicationibus*: FEST. p. 182 orēos Liber pater et -es nymphae appellantur, quod in montibus frequenter apparent (*cf.* PAVL. FEST. p. 183 -es nymphae a montibus appellantur. GLOSS.[L] I Ansil. OR 150 -es nymphae sunt a montibus cognominatae, sicut triades [*i.* dry-] ab arboribus). SERV. ecl. 10, 9 ('naides') si proprie loqueretur, -es diceret; naides . . . fontium, -es montium nymphae sunt (*inde* PHILARG. *ad l.; similiter*: SERV. Aen. 1, 500 nymphae m. -es dicuntur, silvarum dryades *eqs.* PHILARG. Verg. ecl. 2, 46 rec. I ISID. orig. 8, 11, 97 GLOSS.[L] I Ansil. OR 151 MYTHOGR. 2, 50. 3, 5, 3). SERV. auct. ecl. 10, 62 dryades . . . sunt, quae inter arbores habitant, -es, quae in montibus *eqs.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 254 nymphas aut dryadas aut -as (-es *var. l.*) . . . dicit; dryades sunt, quae quercubus delectantur, -es montibus *eqs.* GLOSS. IV 456, 28 -es: nymfe. GLOSS.[L] I Ansil. NA 53 napaeae: deae florum agrestium sicut naidas Veneris, -as Dianae, ut Donatus. NI 89 nimpharum genera multa sunt ut -es, Peliades, naides *eqs.* 96 nymphae: deae fontium graece vel -es. OR 149 -es: nymphae montanae. **2** *exempla poetarum*: VERG. Aen. 1, 500 quam *Dianam* mille secutae hinc atque hinc glomerantur -es (*imitatur Hom. ζ 105* νύμφαι). OV. met. 8, 787 montani numinis unam talibus agrestem compellat -a (e *ex* i M^2, horrida *N*) dictis *Ceres.* CALP. ecl. 4, 136 in fonte lavatur nais et . . . per iuga siccato velox pede currit -s. NEMES. cyn. 96 tecum naiades . . . *et* dryades nymphaeque . . . adsint et docilis decantet -as (-es *trad.*) echo. AVSON. Mos. 176 inter -as (-eiad- *propter metrum ed. Paris.*, -ead- *trad.; cf. 171* naidas, *182* nymphas). DRAC. Romul. 7, 35 Bybliades satyris iungant nymphisque hymenaeos et dryades . . . cohibent per prata napaeis, -as faunis iungant et naidas omnes.

orecticus *restituendum videtur ex* diureticus ORIBAS. syn. 5, 48, 1 La *sec. gr.* ὀρεκτικούς (*Aa* pocione adpetit).

orectos *v.* oryctos. **oregia** *v.* oryza. **orēias** *v.* oreas.

oreizēlon *v.* orthozelos.

omen velut **ōremen,** quod fit ore augurium, quod non avibus aliove modo fit PAVL. FEST. p. 195. *ab* ōs *veriloquii causa fictum.*

orēon *v.* 2. orion.

orēos (ὄρειος) FEST. p. 182 *v.* oreas (*sub 1*). *v. etiam Onom.*

oreoselīnum (-on), *abl.* -ō *n.*, ὀρεοσέλινον (*resp. in graecis*). *genus apii* (*v. Andrews, Class. Phil. 44, 1949, 95 sqq.*): PLIN. nat. 1, 20, 46 (orto-, horto-, orito- *codd.*). 19, 124 tertium *genus apii* est -um *eqs.* (*sec. Theophr. hist. plant. 7, 6, 4*). 20, 117 quartum genus ex eodem *apio* aliqui faciunt -um (horto- *var. l.*). *ibid.* decocto (*André ex* de eo et *sim.*) -o feminae purgantur. DIOSC. 3, 70 p. 407, 1 de -o; -on apiu est montanu (*gr. v. 3, 65*). *ibid. l.* 7 ideo -on dictum est, eo quod in monte nascitur.

ores *v.* oros. **ōrēsco** *v.* auresco.

? **oresta:** thres (*anglosax.*) GLOSS. V 376, 6 (*item* GLOSS.[L] Corp. O 229; ora vestis *temptat Lindsay*).

orestiadēs *f.*, ὀρεστιάδες. *i. q. oreades*: FEST. p. 185 -es nymphae montium cultrices.

orestion *n.*, ὀρέστιον (*resp. apud Diosc. gr.*). *nomen herbae q. e. inula*: PLIN. nat. 14, 108 herba, quam alii helenion, alii medicam, alii symphyton, . . . alii -on (-um *var. l.*) . . . vocant (*in eadem fere serie nominum*: DIOSC. 1, 28 p. 19, 8 M. [*scrib.* -stini]. 5, 77 p. 195, 20). GLOSS. III 571, 48 -on (-stimi *trad.*) i. eleniu.

orexis, -eōs *f.*, ὄρεξις (*resp. apud Oribas. et Diosc. gr.*). orix- *hic illic apud* ORIBAS., oryx- PAVL. NOL. *leguntur nom.* -is (orexia GLOSS. med.), *gen.* -eos (-eus), *acc.* -in *vel* -im. *inde a* IVV., LAMPR.

i. q. (nimia) appetitio cibi vel potus (-ia polifagia GLOSS. med., vescendi . . . -im EVSTATH.): **1** *explicatur, definitur*: SCHOL. Iuv. 11, 127, 1 libido vescendi. *ibid.* 2 delectat cibum capere *eqs.* PS. SORAN. quaest. med. 58 quid est -is? appetitio cibi et potus (CAEL. AVR. chron. 3, 2, 33 -is sive a. c.). CAEL. AVR. acut. 1, 14, 114 -im, quam nos appetentiam dicere poterimus, eam, quae cibum appetit (chron. 3, 3, 46 vehemens a., quam Graeci -in appellant). chron. 4, 3, 32 adpetitum . . ., quem Graeci -in vocant (4, 7, 96). ORIBAS. syn. 6, 34, 1 La qui cynodin -in aegrotant, ⌊hi appetunt multum cibum *eqs.*⌋ (⌊ ⌋ *add. La, Aa* de cynodos -eos). 9, 10, 1 La -eus, hoc est qui aviditatem cupiditatis famem ciborum raptim patiuntur (*Aa* qui cynodos -eos patiuntur *alio contextu*). GLOSS. III 603, 32 delectatio ciborum insatiabilis. V 654, 48 (*ad* IVV., *v. infra*) comestio et desiderium, qui extra naturam vel consuetudinem amplius comedit (*inde plenius* GLOSS. med. ed. Heiberg p. 50, 15 -a polifagia: hoc est multa comestio *eqs.*).

2 *cetera exempla*: IVV. 6, 428 sextarius alter ducitur ante cibum rabidam facturus -in (SCHOL.: bibit, ut digerat). 11, 127 hinc (*i. ex mensa pretiosa*) surgit -is (SCHOL. *v. supra*). LAMPR. Heliog. 29, 9 amabat sibi pretia maiora dici earum rerum, quae mensae parabantur, -in convivio hanc esse adserens. SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 9 ('qualia lassum pervellunt stomachum') movent stomachum ad -in et ad comedendum. *ibid.* siser genus herbae, quae ad -in datur. PAVL. NOL. epist. 23, 6 qui nos ad -im monachorum parabat inbuere (*postea opp.* senatorium . . . fastidium). THEOD. PRISC. log. 67 cibi parciores sunt ordinandi *empyicis* . . ., cum eos -is (*V, alii alia*) accipiendi coegerit. DIOSC. 2, 93 p. 216, 29 digestionem et -in faciunt *rapae* (*gr. 2, 110, 1* ὀρέξεις). EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 14 quomodo . . .

[Bohnenkamp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mergus insatiabilem vescendi patitur -im . . . ? (gr. τοῦ ἐσθίειν τὴν δύναμιν). ORIBAS. syn. 6, 34 tit. Aa (cf. La) de cynodos -eos (La ad c. o.; item in tit. 9, 10). 9, 10, 1 Aa singultus . . . cum -in ex frigdore stomaci fit (gr. λιμώδεις ὀρέξεις, La famica appetitio).

orf- v. orph-. *Bohnenkamp.*

? **orfus** (-um) *vix recte de morbo quodam*: ANON. med. ed. Piechotta 198 ad -um equi (arabum *Veg. mulom. 2, 87, 1 confert Souter; malim* strophum, *v. Mus. Helv. 36, 1979, 112 sqq.*). *W.*

organārius, -ī *m. ab* organum. *abbrev.*: CIL IX 1719, 3 M. Lucilio . . . tibicin(i) artific(i) organ(ario) (*cf. l. 20; v. Mus. Helv. 28, 1971, 225, 91*). GLOSS. -us: ὑδραύλης. qui utitur organum. οἱ ὑδραῦλαι organ⟨ari⟩i. ὀργανάριος: -us, fistularius.

i. qui utitur organo (*sc. musico praeter* AVG.; *ad rem v. Mus. Helv. l. c. 224 sqq.*): FIRM. math. 3, 12, 10 cordatos ingeniosos musicos vel -os faciet *Mercurius (stella) cum Venere inventus* (*sim.* 4, 14, 17. 4, 19, 18. 4, 21, 6 m. -os pictores). AMM. 28, 1, 8 -us Sericus et Asbolius palaestrita et aruspex Campensis. AVG. serm. 301, 6, 4 (*paroemiace*) malus diabolus, malus Iudas; qualis -us, tale organum; usus est ergo male diabolus suo vase *eqs.* CAES. AREL. serm. 141, 1 si bonus magister -us bene tangit organum, numquid organum ab se sonat? et membra tua, organum est tuum (VITA Caes. Arel. 2, 34 tamquam spiritalis et sanctus -us cordas [*var. l.* corda] tangebat singulorum).

organicus, -a, -um (-on VARRO), ὀργανικός (*resp. gr.; cf. l. 40*). orig- ORIBAS. [*contextu manco* PS. CENS. frg. 11, 1 eius *musicae* partes harmonica, -a, rhythmica; . . . harmonia est consonantia, -a (*sequitur lacuna*).]

i. q. ad organum pertinens: 1 *spectat ad organum musicum*: a *quodlibet*: α *de rebus, quae organis efficiuntur*: VARRO frg. Non. p. 77, 8 melos . . . in cantibus est bipertitum: unum quod est in assa voce, alterum quod vocant -on (*v. Mus. Helv. 28, 1971, 222*). CHALC. comm. 73 transeuntem *Mercurium* per ea, quae motu planetum ad -um modum personabant, a se inventae lyrae similem. MART. CAP. 2, 117 chorus canoris vocibus dulcique modulatu praevertit omnes -as suavitates (*spectat ad instrumenta antea enumerata*). 2, 119 (vers.) sacros probare cantus suesce atque -is beare circis (*antea*: chelyn, fides, plectrum). 9, 905 omnium -arum vocum consociata permixtio ([*postea*: monauliter]. 9, 927 elephantos Indicos -a permulsos detineri v.). 9, 926 Xenocrates -is modulis lymphaticos liberabat. 9, 936 ἐξαγγελτικὸν *genus* . . . habet partes tres: -όν, ᾠδικόν, ὑποκριτικόν. β *m. plur. pro subst.* (*sc. de eis, qui organa tractant vel fabricant*): LVCR. 2, 412 musaea mele, per chordas -i quae mobilibus digitis expergefacta figurant. 3, 132 redde harmoniai nomen ad -os alto delatum Heliconi. 5, 334 (*de inventione organi hydraulici?*) -i melicos peperere sonores.

b *spectat ad organum fistulis compositum et inde ad musicam flatu effectam* (*v. Mus. Helv. l. c. 223 sq.*): ISID. orig. 3, 19, 1 de triformi musicae divisione; . . . prima est harmonica, quae ex vocum cantibus constat; secunda -a, quae ex flatu consistit; tertia rhythmica, quae pulsu digitorum numeros recipit *eqs.* (*item* 3, 21, 1 de secunda divisione, quae -a dicitur: secunda est divisio -a in his, quae spiritu reflante conpleta in sonum vocis animantur, ut sunt tubae, calami, fistulae, organa, pandoria et his similia instrumenta).

2 *spectat ad organum operarium*: a *de rebus (quasi) instrumentis*: VITR. 1, 1, 17 *Archimedes aliique* multas res ⟨mechanicas⟩, -as, gnomonicas numero naturalibusque rationibus inventas atque explicatas posteris reliquerunt. ITALA II Macc. 12, 15 (rec. P) sine arietibus et macchinis -is (*recc. LX* organorum). CHALC. comm. 222 *Aristoteles definit* (*de anim. 2, 1 p. 412 a 27*): anima est prima perfectio corporis naturalis -i possibilitate vitam habentis (*ibid.* compositorum *corporum* partim -a nuncupantur, partim sine nomine . . ., cetera immobili natura minime -a; animalium vero . . . -a sunt quippe modulata et habent membrorum . . . opportunitatem). *adi. pro gen.*: ORIBAS. eup. 4, 78, 2 La dis⟨tem⟩perantia frigida facit tussem simul et -a, per quam suspiramus (*gr. 4, 77, 2* καὶ δυσκρασία ψυχρὰ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων). b *de actionibus, quae organis efficiuntur* (*v. adv.*): VITR. 9 praef. 14 -a mesolabi ratione. 10, 1, 5 telarum -is administrationibus conexus staminis ad subtemen. FIRM. math. 8, 30, 9 -ae machinationis officia.

adv. **organicōs,** ὀργανικῶς. *i. q. modo organico*: VITR. 10, 1, 1 cum spiritus ex expressionibus inpulsus et plagae vocesque -os exprimantur. 10, 1, 3 ex his sunt, quae mechanicos, alia -os moventur (*sequitur distinctio inter machinas et organa*).

? **organium,** -ī *n.*, ὀργάνιον *dubitanter ex trad.* organ(i)a *apud* TERT. anim. 25, 5 *restituendum suspicatur Thörnell, Stud. Tert. II 1920, 60; cf. p. 968, 34.*

organizo, -āre, *ὀργανίζω, *cf.* δι-, κατοργανίζω. *i. q. organo (sc. quolibet) canere*: ITALA III reg. 1, 40 (cod. 93) -antes in organis et iucundabantur in iucunditate magna (*gr. rec. Luc.* ηὔλουν ἐν αὐλοῖς, *aliter LXX, Vulg.* populus canentium tibiis; *cf. Mus. Helv. 30, 1973, 217*).

organulum (-ol- CHIRON), -ī *n. ab* organum *deminutive. i. q. organum (parvum)*: 1 *in arte mulomed.*: CHIRON 643 (*agit de ossilagine auferenda*) expones iumentum, ut res ipsa in inferiore sit, ipsum pede⟨m⟩ in -o mittis, sed tendes, ut immobilis sit; ita aperies eam cutem contra ossilaginem (*ad rem cf. Werk, Rhein. Mus. 67, 1912, 147*). 2 *de rostellis avium canentium*: FVLG. myth. 1 praef. p. 7, 2 avium quaedam vernulitas, quae fragili quadam dulcedine crispantes sibilos corneis edunt -is.

ᵃ**organum,** -ī *n.*, ὄργανον. *scribitur litt. graecis* CIC., *cf.* TERT. *p. 970, 35.* *gen. plur.* -um *var. l.* ITALA Am. 5, 23 (Gild. Brit. 85 chron. III p. 73, 15; -orum *A*), *nom. sing.* -us ISID. orig. 11, 1, 124. GLOSS. (*v. Mus. Helv. 28, 1971, 213, 53*). NOT. Tir. 106, 89 (*inter scaenica*). 130, 53. *de notione*: VITR. 10, 1, 3 inter machinas et -a id videtur esse discrimen, quod machinae pluribus operis vel vi maiore coguntur effectus habere, uti ballistae torculariorumque prela; -a autem unius operae prudenti tactu perficiunt, quod est propositum, uti scorpionis seu anisocyclorum versationes (*v. etiam* PAVL. FEST. *p. 971, 21; sed neglegitur haec distinctio sub IB2 et IIA passim*). AVG. in psalm. 56, 16 l. 6 *et* 7 -a dicuntur omnia instrumenta musicorum; non solum illud -um dicitur, quod grande est et inflatur follibus. *sim.* 150, 7 l. 7 sqq. -um . . . generale nomen est omnium vasorum musicorum; quamvis iam obtinuerit consuetudo, ut -a proprie dicantur ea, quae inflantur follibus; . . . cum -um vocabulum graecum sit, ut dixi, generale omnibus musicis instrumentis; hoc cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant; ut autem (*sc. cui folles adhibentur*) -um dicatur, magis latina et ea vulgaris est consuetudo (*inde* ISID. orig. 3, 21, 2 ut autem *vocabulum generale omnium vasorum musicorum* -um dicatur, magis ea vulgaris est Graecorum consuetudo). GLOSS. II 386, 20 ὄργανον: fistula, -um. 462, 10 ὕδραυλις (489, 15 -us). 580, 15 fidicula: -a (*v. vol. VI 1, 694, 23*). III 501, 49 -um: instrumentum. V 492, 33 barriton: -us. *legitur inde a* CIC., VARRONE, VITR., PAVL. FEST., SEN. epist., COLVM., PLIN. nat., QVINT., IVV. [*sard. mer.* órganu '*machina, qua cannabis decorticatur*'; *raet. or.* uárdzine '*aratrum*'; *port.* órgão; *ab* *arganum: *it.* argano '*sucula; trochlea*' *et var. dial. sept.; sard. centr.* árgana; *cat.* argue; *hisp.* árgano '*machina, qua onera tolluntur*'; *in derivatis etiam var. prov. mer.; ab ?* organium (*v. p. 967, 74*), *arganium: *var. dial. it. et prov. or. cf. M.-L. 6097. 6096. Battisti-Alessio I 282. Wagner II 192. Wartburg VII 409 sqq. Corominas I 260. Machado*[2] *III 1712 sq. St.*]

fere i. q. ὄργανον (*resp. in graecis, nisi aliud adnotatur*): I *de variis quasi instrumenti vice fungentibus* (*accedunt passim particulae comparativae*): A *de animantibus*: 1 *ipsis*: CIC. fam. 11, 14, 1 ὄργανον (*restit. ex* OPTANON) . . . erat meum senatus; id iam est dissolutum (*vix recte quidam trahunt ad IIB1*). IREN. 4, 11, 2 (4, 21, 2 H.) -um clarificationis eius *dei* homo (AMBR. hex. 6, 9, 67 divinae vocis. RVFIN. Adamant. 4, 11 qui *deus* eo velut -o quodam . . ., uteretur. EVCHER. form. 9 p. 57, 3 -um: h. vel ille qui est adsumptus a domino [*affert* psalm. 150, 4]). 5, 26, 2 *Marcionitae* -a Satanae . . ., per quos Satanas . . . visus est maledicere deo (CARM. adv. Marc. 1, 174 -a saeva draconis. 5, 87 mortis. *cf.* HIER. in Is. 23, 18 p. 205[B] -um diaboli antichristum). AMBR. hex. 3, 1, 5 populum . . . divinae operationis -um. Iac. 2, 9, 39 David . . ., divinae -um vocis et dominici sermonis interpres. incarn. 6, 51 -um et eum, a quo movebatur -um (*item de Christo homine*: CASSIAN. c. Nest. 5, 14, 1 deus futurus in domino . . . velut in statua et in -o [*sim.* 6, 6, 5. 6, 7, 1]. CONC.[S] I 2 p. 36, 24 -um . . . et instrumentum deitatis et homo deum ferens [*I 5 p. 52, 1 sq.* instrumentum]. I 3 vers. Tur. p. 15, 20 divinitatis). in psalm. 118 serm. 14, 25, 2 quasi voluntarium -um *Esaiam*. HIER. in Is. 10, 15 -um dei fueris voluntatis (*antea*: securis, serra *sim.*). tract. in psalm. I p. 267, 3 non in tantum potest nos decipere diabolus, quantum per -um hominis *maligni* (RVFIN. Basil. hom. 4, 4 *proposito h.* velut -o abutuntur). AVG. gen. ad litt. 11, 27 p. 360, 4 in serpente ipse *diabolus* locutus est utens eo velut -o (*item de serpente diaboli*: PS. AVG. dial. quaest. 43 per quod articulatum sonum emitteret. *cf.* quaest. test. I 31 p. 59, 18 quasi per -um). *al.* *subest imago instrumenti musici*: TERT. bapt. 8, 1 p. 207, 11 *v. sub IIB 2.* HIL. in psalm. 13, 1 sumus . . . quoddam sancti spiritus -um, per quod vocis varietas et doctrinae diversitas audienda est. HIER. epist. 120, 11, 5 praedicationis suae . . . fistulam -umque (*i. Titum*), per quod Christo caneret *Paulus*. hom. Orig. in Luc. 32 p. 182, 9 quaerens -a, per quae doceat *Iesus* (*ibid.* l. 13. *cf. l. 9 sq.* me . . . compositum ad canendum aptumque). AVG. serm. 67, 2, 4 *homines inimici* vasa sunt, alius utitur; -a sunt, alius tangit. SERM. Rev. Bénéd. 75, 1965, 117 l. 1 sq. dei -a (*i. sancti*) laudes dicunt . . .; sicut enim . . . in -o multae tibiae tanguntur *eqs.* *al.*

2 *de corpore*: a *de eius partibus*: α *exempla varia*: ① *usu vario*: QVINT. inst. 11, 3, 16 eorumne *membrorum* sit differentia *vocis vel spiritus*, in quibus aura illa concipitur, an eorum, per quae velut -a meat. CHALC. comm. 225 *intellectui sim.* apta membra tamquam -a (230 per singula m. velut -a. RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 6 quibus *m.* velut -is . . . mens utitur. *cf.* CAES. AREL. serm. 141, 1 *quasi de instrumento musico*). 231 *de cerebro*. 260 sensus famulari divinis actibus, perinde ut opifici famulantur -a (*antea*: quasi corporeis opificiis). VEG. mulom. 3 prol. 8 medicorum prima doctrina est humani corporis partes -umque cognoscere (-orum- *Fabricius; an ad b?*). AVG. gen. ad litt. 7, 18 p. 215, 18 anima in istis *ventriculis cerebri* tamquam in -is agit. SEDVL. carm. pasch. 3, 256 (*de caecis, claudis*

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. sanandis) revocata suis adtemperat -a nervis (op. pasch. 5, 22 suis . . . nervis . . . -a debilium statuit temperata membrorum. *nisi de officio, cf. infra*). CARM. de resurr. 160 -a . . . sua repetunt surgentia cunctae *animae*. *magis de officio membrorum*: CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 75, 24 in quolibet oculis capto . . . remanet vis videndi . . ., sed -a membrorum deficiunt, quibus potentias suas exserat ad sentienda corporea *anima*. VEN. FORT. vita Germ. 14, 47 *unguibus de palma retractis* digitis redditur -um et in antiquo officio nervorum tela retexitur.

(II) *exempla ad vocem spectantia*: (A) *de variis membris*: QVINT. inst. 11, 3, 40 vox facilis, magna, beata, flexibilis *et sim.* . . . et toto, ut aiunt, -o instructa, cui aderit lateris firmitas, spiritus *eqs.* 11, 3, 169 est . . . diversa vox et paene extra -um, cui Graeci nomen amaritudinis dederunt, super modum ac paene naturam vocis humanae acerba. IREN. 2, 28, 4 (2, 42, 2 H.) -um, per quod emittitur logos. PRVD. perist. 10, 929 nec verba quaeras quo regantur -o. PAVL. NOL. epist. 45, 7 quibus . . . -is exprimantur *voces sempiternae*. NICET. psalm. 2 p. 69, 7 B. loqui . . . sine istis -is *ore, lingua, labiis* hominem impossibile est. PS. AVG. serm. ed. Mai 119, 4 (*de lingua*) converte hoc -um ad artificem suum. *subest imago instrumenti musici*: HIER. tract. in psalm. II p. 53, 23 quia . . ., quod per os ipsorum *prophetarum* dicit, quasi per -um dominus sit locutus. AVG. in psalm. 95, 6 l. 18 quamvis magnus sit tactor -i spiritus sanctus, tamen per angustias spiritus humani syllabas sonat (*item de lingua*: serm. 65, 5, 6 quasi ad hoc -um musicus, qui lingua sua uteretur). VINDIC. gyn. p. 458 rec. GD dentes . . . nostri ut -i sunt genus, quibus modolatrix est lingua (*ibid.* p. 459 rec. P ut -um). (B) *in imagine de ipso -o vocis humanae*: VAL. CEM. hom. 5, 5 p. 708^B multum . . . verbis honoris accrescit, si dulcisonos -i cantus nulla mentis amaritudo confundat. SERM. Migne suppl. 3, 1370 (*ad Marc. 5, 41*) Christus . . . intravit coenaculum, pulsavit -um suum et delectatione suavis imperii puella *mortua* recepit spiritum suum; coepit . . . omnis domus sonare non tubicine, sed '-o bene sonante' (*cf.* psalm. 150, 4). VEN. FORT. carm. 2, 9, 55 hinc puer exiguis attemperat -a cannis (3, 9, 29 filomela). GREG. M. epist. 5, 53^a, 5 p. 357, 32 in qua *expositione* dicendi gratiam . . . fractura -i dissipat (*antea*: fracta stomachi virtute). (C) *transit per synecdochen ad notionem q. e. vox humana*: VEN. FORT. vita Marcell. 8, 28 quidam clericus *puer* . . . propter suavissimae vocis tinnibulum et dulcedinis -um de fauce prolatum . . . iussus est . . . decantare.

β *accedit gen.* (*v.* VEN. FORT. *supra*): (I) *rei, quae -o, -is fit, efficitur sim.*: TERT. anim. 10, 2 -a spiritus, pulmones et arterias. CHALC. comm. 214 qualia . . . fuerint -a sentiendi, talis sensus existit, ut per oculos visus *eqs.* (224 in ceteris membris, quae sunt -a s. 236 de sensibus et -is s. AVG. gen. ad litt. 7, 17 p. 214, 17 velut -a s.). AMBR. hex. 1, 9, 33 dixit deus, non ut per vocis -a quidam sonus sermonis exiret (3, 7, 29. 6, 9, 66 *de dentibus*. Iac. 2, 11, 48 [*de lingua ut*: Noe 6, 14, *ubi subest imago instrumenti musici*]. RVFIN. Basil. hom. 2, 8 p. 1744^B dentium murus . . . v. -o ministerium praebens. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 41. PETR. CHRYS. serm. 90 p. 455^A v. -um . . . et . . . oris officium). spir. 2, 12, 132 quaedam -a . . . carnalis auditus (*antea*: foraminibus). HESYCH. in lev. 1, 5/9 p. 798^C *renes et inguina* -a seu instrumenta . . . seminum commistionumque. 16, 3/4 p. 987^B sapientiae . . . -um *cerebrum*. CAEL. AVR. gyn. 1, 151 spiritum et -a spiramentorum. CASSIOD. hist. 6, 32, 5 *meatibus digestibilibus putrefactis* os . . . -um huius egestionis est factum (*gr. Theodoret. 3, 13, 1 μόριον*). (II) *rei, quae -o, -is utitur*: TERT. nat. 1, 8, 5 (*de lingua*) animae (AVG. gen. ad litt. 7, 20 p. 216, 19 eius *a.* corporalia ministeria vel vasa vel -a vel si quid aptius dici possunt). AMBR. hex. 6, 9, 61 sensuum . . . velut -um nervi sunt. Iac. 2, 9, 40 mentis. AVG. serm. 53, 14, 15 membra visibilia interioris cuiusdam vel habitaculum vel -um sunt. VINDIC. gyn. p. 459 rec. C dentes . . . -a sunt quodammodo linguae. ISID. orig. 11, 1, 124 *pulmo* est . . . -us corporis. (III) *partis corporis, quae officio -i fungitur* (*i. gen. identitatis*): TERT. coron. 5 p. 161, 7 in eo *homine* sensus ordinavit *deus* ⌊per⌋ (⌊ ⌋ *om. F, Kroymann*) propria membrorum quodammodo -a; auditum in auribus fodit *eqs.* (HIER. epist. 55, 4 [3], 2 -a m. genitalium. SEDVL. *l. 2.* CLAVD. MAM. *l. 6*). resurr. 61 p. 122, 17 -um dentium. CHIRON 114 de -o ventris (205). HIER. Didym. spir. 35 linguae -um commovemus et quasi quoddam plectrum chordis dentium collidentes vocalem sonum emittimus (*item subest imago instrumenti musici*: AVG. serm. 241, 2, 2 l.-um manet; sed abscessit musicus, qui movebat. VEN. FORT. Mart. 1, 425 vox rediit . . . et rediviva suae cecinerunt -a linguae. *v. etiam l. 75*). in Eph. 4, 20 p. 506^C -um oris . . . alieni (PRVD. perist. 10, 2. AVG. conf. 11, 3, 5 o. et linguae. VAL. CEM. hom. 2, 4 p. 698^B PASS. Petr. 15 p. 37, 22 S.). CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 169, 25 pectoris. VEN. FORT. carm. 5, 6, 1 faucis (*antea*: linguae plectro). GREG. M. moral. 2, 8 per -um gutturis, per sonum vocis (*ibid. iterum*).

γ *accedunt epitheta*: CHALC. comm. 220 lingua et ceteris vocalibus -is. CHIRON 208 per totum -um interius (VINDIC. epist. ad Valent. 9. *an potius ad b? de voce v.* QVINT. *l. 12*). PAVL. NOL. carm. 27, 102 humana. PS. AVG. quaest. test. I 122 p. 368, 12 corporali. PS. SORAN. quaest. med. 202 spiritualia. ORIBAS. syn. 9, 1, 3 La p. 269 respiratorii. ORIG. in Matth. ser. 63 p. 146, 33 naturalia.

b *de toto corpore humano*: TERT. resurr. 7 p. 36, 12 sermo . . . de -o carnis est. IREN. 2, 33, 4 (2, 53 H.) corpus . . . -o simile est; anima . . . artificis rationem obtinet (*v. sub IIA1*). FILASTR. 97, 3 caro -um animae est (RVSTIC. c. aceph. p. 1189^A corpus . . . *est* a. velut si quis dicat -um). HIER. in Eph. 5, 19 p. 528^C ut per -um corporis, quid faciendum et quid vitandum sit, noverimus (PAVL. NOL. epist. 29, 13 -o c. sui suspenso. AVG. epist. 148, 16 sine -o c. valeat . . . spiritus noster nosse corporalia. *cf. p. 968, 82 et* HIER. in eccles. 6, 7/8 corpusculi). AVG. civ. 1, 13 p. 23, 18 D. corpora . . ., quibus tamquam -is et vasis . . . usus est spiritus. 22, 24 p. 614, 25 coaptatio, quae *ἁρμονία* graece dicitur, tamquam cuiusdam -i . . . totius corporis. in euang. Ioh. 27, 5 ista omnia opera carnis sunt, sed agitante spiritu tamquam -um suum. GREG. M. epist. 5, 53^a, 5 p. 357, 28 quid . . . est officium corporis nisi -um cordis? *subest imago instrumenti musici*: HIL. in psalm. 136, 7 -a . . . scriptura humana corpora . . . esse significat. psalm. instr. 20 motibus corporei -i nostri (21. *cf.* in psalm. 65, 5 ex -i nostri psalterio, id est corporis. *sim. al.*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 126, 13 spiritum sanctum per animam eius *Pauli* locutum et -um corporis personasse (MAX. TAVR. serm. 14, 2 M. dissipatum). AMBR. bon. mort. 6, 25 iusti . . . anima utitur corpore ut instrumento aut -o, quae velut praeclara artifex . . . facit in eo resonare virtutes *eqs.* (*ibid.*: *a.* modulator conpatitur -o suo). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 364^A veluti -um quoddam musicum totum hominis corpus exstructum (*postea*: instrumentum).

B *de rebus*: 1 *variis*: QVINT. inst. 1, 2, 30 *animus* maioribus velut -is commovetur (*i. imaginibus rerum*). EVAGR. sent. mon. 79 (Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 210) insipiens monachus neglegit -a (*Migne 20, 1184^A* instrumenta) artis suae. GILD. Brit. 89 chron. III p. 75, 17 ut . . . -a nequitiae praeparetis ad bona. CASSIOD. inst. 2, 3, 9 *categoriarum sive praedicamentorum* -a sive instrumenta sunt tria: *eqs.* (*ibid. iterum. inde Isid. orig. 2, 26, 2* instrumenta *tantum*). RVSTIC. c. aceph. p. 1229^C illa . . . velut -a et coadiuvantia . . . sunt (*antea*: per quod . . . operatur). 2 *de sideribus vel elementis*: TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 588, 26 mundum . . ., vas quodammodo temporum, et signa . . . vel -a (*Kroymann*, ortan *MR i. ὀργ-*) eorum *saeculorum*. adv. Val. 23 p. 200, 17 aërem . . . -um temporum (PS. APVL. Ascl. 19 aer . . . -um est vel machina omnium). PS. APVL. Ascl. 16 qui *mundus* quasi -um vel machina . . . dei voluntati subiectus est (CENS. 13, 5 m. -um dei [*quasi musicum, cf. postea*: *ἑπτάχορδον*]). HIER. in Is. 30, 26 l. 25 *sol et luna* -a lucis.

II *de ipsis instrumentis*: A *technicis, fabrilibus, mechanicis sim.*: 1 *usu indefinito*: VITR. 10, 1, 3 et -a et machinarum ratio . . . sunt necessaria (*de distinctione v. p. 968, 11*). 10, 1, 4 comparaverunt, ut essent expeditiora, alia machinis et earum versationibus, nonnulla -is. IREN. 2, 2, 4 (2, 2, 3 H.) his, qui non possunt statim aliquid ex parato fabricare, sed indigentibus multis -is ad eorum fabricationem (*cf.* 2, 2, 5 [2, 2, 4] indigere aliis -is ad conditionem eorum). 2, 30, 5 (2, 46, 4) ferramenta operaria vel -a. *al.*

2 *usu determinato*: a *in agricultura*: VITR. 10, 4, 1 de -is, quae ad hauriendam aquam inventa sunt (10, 6, 4. *cf.* CE 483, 4 -a . . . facere aquarum aut ducere cursum). COLVM. 3, 13, 12 *de instrumento ad fossas metiendas apto* (*antea* machina *nuncupato*). 12, 52, 7 -um . . ., quod tudicula vocatur (*postea*: machinae). PLIN. nat. 19, 60 e puteo rota -isve pneumaticis vel tollenonum haustu rigatos *hortos*. 24, 109 sucus *acaciae* ex folliculis . . . exprimitur -is. IREN. 4, 34, 4 (4, 56, 4 H.) ut gladios et lanceas . . . in aratra . . . et in falces . . ., in -a pacifica, demutaverint. b *in re militari*: VITR. 10, 10, 1 proportiones eorum -orum ratiocinantur ex proposita sagittae longitudine, quam id -um mittere debet (*de scorpionibus sim.*; *cf.* 10, 11, 1 quod *saxum* id -um mittere debet. *v. etiam p. 968, 14*). ITALA II Macc. 12, 15 (recc. LX) sine arietibus et mac(h)inis -orum (*rec. P* macchinis organicis, *gr. μηχανῶν ὀργανικῶν*). 12, 27 (recc. LX) -orum et telorum . . . apparatus (*Vulg., recc. BM* machinae *sim., rec. P* tormentorum). c *in arte medic.* (TERT. anim. 25, 5 *v. sub* ? organium): PLIN. nat. 26, 17 *anginas* curabant in fauces -o demisso. SORAN. p. 96, 15 *partes muliebres* -o patefactae (*item in gynaeciis*: p. 97, 24. 107, 5. 108, 11. 113, 19. 115, 7. 20. 117, 14. 17 quod graecitas dioptran vocat. 118, 9. 13. 15. 16). CAEL. AVR. acut. 3, 17, 157 *tetanicum* -is distendere. d *varia*: PLIN. nat. 2, 95 -is excogitatis, per quae . . . *stellarum* loca atque magnitudines signaret *Hipparchus*. SVET. Nero 44, 1 vehicula portandis scaenicis -is. ITALA Esth. 1, 6 p. 36, 24 Motzo -a extensa funibus (*cf. gr. rec. L σκεύη pro σκηνή? ed. Gotting. p. 24 sq.*). II Macc. 13, 5 (recc. LX) haec *turris* -um habebat in ambitu undique praecipitans in cinerem (recc. BM -um volubile, *Vulg.* prospectum, *rec. P* machinamentum). POTAM. subst. 5 Migne suppl. 1, 204 -a textrini (*de eadem re ibid.* 6 p. 204. 9 p. 205 -um telae unitum [*nisi de opere texto*]). HIER. epist. 65, 7, 2 (*ad psalm. 44, 2* lingua mea calamus scribae) meum est . . . quasi -um praebere linguam, illius (*sc. sancti spiritus*) quasi per -um sonare. *al.*

B *musicis* (*imagines varias supra attulimus*): 1 *quibuslibet* (*dedimus omnia usque ad* TERT.): a *exempla varia*: VARRO frg. Explan. in Don. gramm. IV 532, 3 (282 l. 89 F., *siquidem recte Varroni tribuitur*) in isdem -is (*i. cithara, tibia sim.*). VITR. 1, 1, 15 in -o non medicus, sed musicus modulabitur. 5, 3, 8 uti . . . -a aeneis
[*Löschhorn*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lamminis aut corneis ἠχείοις ad chordarum sonitum claritatem perficiuntur. 5, 4, 4 artifices, qui -a fabricant. 6, 1, 5 -i, quam σαμβύκην Graeci dicunt. 10, 8, 4 lingulae omnium . . . -orum (*i. fistularum -i hydraulici*). PAVL. FEST. p. 324 sambuca -i genus (SEN. epist. 84, 10 tibiarum g. -orumque. PORPH. Hor. carm. 1, 1, 34 barbiton [*v. vol. II 1747, 31 sqq.*]. *al.*). SEN. epist. 87, 12 tibia aut chorda aut -um aliquod aptatum ad usus canendi (*inde simili serie*: 87, 14). QVINT. inst. 1, 10, 25 etiam -is, quibus sermo exprimi non potest, adfici animos. 9, 4, 10 -orum soni (ITALA Am. 6, 5 [Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 467, 6; *Vulg.* psalterii, *cod. 175* vocem -orum]. *al.*). ITALA gen. 4, 21 (Ps. Philo antiq. 2, 7) psalmum -orum ([*gr. et Vulg. aliter*]. Am. 5, 23 [Hier. *ad l., al.; Vulg.* lyrae, *Aquila* ναβλῶν *sec. hebr.*]). I Macc. 9, 41 (rec. B) vox -orum ([*gr.* μουσικῶν, *Vulg.* musicorum]. Ezech. 26, 13 [Hier. *ad l.; Vulg.* cithararum, *cod. 175* psalteriorum]. Am. 6, 5 *v. supra*. DIOM. gramm. I 420, 15 [*ex Varrone?*]. *al.*). HIL. psalm. instr. 7 musicorum (*ibid. iterum*. AVG. c. Faust. 22, 94. *al.*). *et saepe*. *excipit vel anticipat certum quoddam instrumentum*: VITR. 1, 1, 9 hydraulicas . . . machinas et cetera, quae sunt similia his -is, sine musicis rationibus efficere nemo poterit. 6, 1, 6 uti in -o chorda, quae est proxima angulo (*item de sambuca*: PAVL. FEST. p. 324 ut in -o chordae, sic in machina intenduntur funes. *quae praecedunt v. l. 4*). QVINT. inst. 11, 3, 20 ut tibiae . . . alium quassae sonum reddunt, item fauces . . . convulsae fractis sunt -is similes. IVV. 6, 380 -a semper in manibus, densi radiant testudine tota sardonyches, crispo numerantur pectine chordae (SCHOL.: -a dicit citharas eorum, quos amant. *item de quovis instrumento chordis instructo*: PS. CENS. frg. 12, 3 -um quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam, et acutam [*postea*: Hypate, Mese, Nete]. CHALC. comm. 40 modulantes -a. DIOM. gramm. I 478, 15 -i modulationem. SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 7/8 summa parte -i). ITALA psalm. 151, 2 (Veron. *al.*) manus meae fecerunt -um, digiti mei aptaverunt psalterium (*de instrumento Davidis ut*: Ps. AVG. serm. 180, 1 D. posuit -um suum in foribus caelorum. *ibid.* lactioribus . . . plectris -um tangens). *al. sim.*

b *exempla interpretationis scripturae sacrae*: α *respondent in graecis instrumenta musica specialia*: ITALA II par. 9, 11 (Complut.) fecit rex . . . et -a et nabla cantatoribus (*gr.* κιθάρας, *Vulg.* citharas [*hebr.* kinnorôt]). VVLG. sap. 19, 17 -o (ψαλτηρίῳ).

β *respondent in graecis generalia* ὄργανα (*sing. pro gr. plur.* ITALA II par. 29, 27 [Complut.]): (I) *ad psalm. 136, 2*: ITALA psalm. 136, 2 (Veron. *al.* = VVLG.) in salicibus in medio eius *Babylonis* suspendimus -a nostra (*postea*: canticorum, . . . hymnum. *inde* PRVD. tituli 92 [PAVL. NOL. carm. 9, 9. *cf.* PRVD. ham. 461 mystica frangunt -a]. *sed Hier. psalt. sec. Hebr. et Psalt. Cas.* citharas *cum Aquila* κιθάρας, *Symm.* λύρας *sec. hebr.* kinnorôt). *interpretantur*: HIL. in psalm. 136, 7 humana corpora (*similiter explicat* HIER. tract. in psalm. I p. 263, 21 sqq.). HIER. hom. Orig. in Ier. p. 599^A citharizamus. AVG. *ad l.* (*inde* PROSP.) habent -a sua cives Ierusalem, scripturas dei *eqs.* (*item ad scripturam transfert* CASSIOD. *ad l.*, *fortasse sec. notionem vocis q. e.* instrumentum *vol. VII 1, 2014, 40 sqq. illustratam*). GREG. M. moral. 33, 11 non exercent -a . . ., quia . . . vim suae praedicationis non exhibent. (II) *ad psalm. 150, 4*: ITALA psalm. 150, 4 (Veron. *al.* = VVLG., *item* HIER. psalt. sec. Hebr.) laudate eum *dominum* in cordis et -o (*inter varia instrumenta musica; hebr.* ʿûgab). *interpretationes*: AVG. in psalm. 150, 7 l. 15 aliquod -um, quod chordas habeat (*item* 150, 8 l. 23. PROSP. *ad l.* id est in quolibet instrumento musico, quod vel pulsu potest sonare vel flatu). EVCHER. form. 9 p. 57, 3 homo. ARNOB. *ad l.* (*accipit sensum sub 2 allatum ut* CASSIOD. *ad l.*). (III) *ad Iob 38, 37*: HIER. interpr. Iob 38, 37 quis -a caeli in terram declinet? (*Symm.* ὄργανα οὐρανοῦ, *LXX* οὐρανόν, *Vulg.* concentum coeli [*hebr.* nibᵉlê šamājim] *per confusionem vocum hebr.* n. ʻνάβλαʼ *et* n. ʻἀσκόςʼ). *interpretatur* AVG. in Iob p. 614, 6 angelos caelestes, per quos divinae voces enuntiari solent.

γ *de instrumento psalmorum*: (I) *ipso* (*cf. et l. 10. 14. 31*): HIL. psalm. instr. 7 eo . . . -o prophetatum est, graece psalterium, hebraice nabla nuncupato (HIER. tract. in psalm. I p. 312, 25. RVFIN. Basil. hom. 1, 2 quem librum propheta . . . huic . . . -o, quod p. appellatur, aptavit. AVG. in psalm. 67, 1 l. 14 id est p. 146, 2 l. 5 quod vocatur p. *al.; item pro psalterio*: HIL. psalm. instr. 19 [*inde* ISID. orig. 6, 19, 12]. in psalm. 65, 1. *al.*). HIER. epist. 28, 2, 1 psalmi tunc temporis . . . ad -um canebantur. PETR. CHRYS. serm. 6, 1 psalmum sumere, dare tympanum, ponere -um, citharam tangere *eqs.* VITA Hil. Arel. 32 l. 7 (*metaphorice*) spiritalis. (II) *vergit per metonymiam ad notionem q. e. psalmus sive psalmorum liber*: HIL. hymn. prooem. 1 propheta David primus -i . . . Christum hymnis . . . nuntians. PS. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1359 ex prisco psalmi -o comperimus, quid *eqs.* (*antea*: David ille psalmorum cantor musicorum . . . cecinerat). VEN. FORT. carm. 4, 7, 15 -a psalterii cecinit. ISID. orig. 6, 2, 15 psalmorum liber graece psalterium, hebraice nabla, latine -um dicitur.

δ *respondet hebr.* ʿûgab (*cf. sub β ad psalm. 150, 4*): VVLG. gen. 4, 21 ipse *Iubal* fuit pater canentium cithara et -o (*Itala Ambr. hex. 1, 7, 25. al. sec. gr.* psalterium et citharam; *commutata sententia* Ps. Philo antiq. 2, 7). Iob 21, 12 tenent tympanum et citharam, et gaudent ad sonitum -i (HIER. interpr. Iob ad vocem -i [*Itala Ambr. Iob 2, 4, 16 sec. gr.* psalmi; *Aquila* ὀργάνου, *Symm.* κιθάρας]). 30, 31 versa est in luctum cithara mea, et -um meum in vocem flentium (*Hier. interpr. Iob sec. gr.* psalmus; *interpretatur, -um fistulis compositum intellegens*: GREG. M. moral. 20, 78 sancta praedicatio. *ibid.* per fistulas . . . -i ora praedicantium . . . accipimus).

3 *-untur varia*: **a** *dicitur magis cum respectu nascendi, proveniendi sim.* (*exempla inde a* LIV. *selecta dedimus*): α *non indicatur unde*: TER. Hec. 298 vix me illi⟨m⟩ abstraxi ...: em nova res -tast, porro ab hac quae me abstrahat. CIC. div. 1, 111 -entem tyrannidem multo ante prospiciunt (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 vidit. APVL. Plat. 2, 28 tunc, -itur, cum *eqs.*). *al.* HOR. epist. 2, 1, 130 -entia tempora notis instruit exemplis *poeta*. QVINT. inst. 9, 4, 115 ante ... carmen -tum est quam observatio carminis. TERT. apol. 5, 3 sectam *Christianorum* ... Romae -entem (*an ad IIC? cf. antea*: in saeculum introivit). monog. 11, 9 novae et quam maxime -entis ecclesiae. *al.* β *indicatur unde*: CIC. Flacc. 62 adsunt Athenienses, unde humanitas doctrina religio fruges iura leges -tae atque in omnes terras distributae (*cf.* Sest. 141 ea civitate *i. Roma* ..., unde -ta mihi gravitas et magnitudo animi videtur). top. 12 quae *verba* -ta ab uno varie commutantur, ut sapiens sapienter sapientia (VARRO ling. 6, 37 *bis* [*postea*: nata]. PAVL. FEST. p. 184 QVINT. inst. 1, 6, 31). *al.* LVCR. 3, 318 unde haec -itur variantia rerum. VARRO Men. 412 cognitio ... fulgetri, tonitrui, fulguris a fulmine -ta. CAES. Gall. 7, 33, 1 quanta ex dissensionibus incommoda -iri consuessent. SALL. Iug. 41, 1 mos *quidam* ... -tus est otio atque abundantia (TREB. Gall. 20, 5 aliun⟨d⟩e). hist. frg. 1, 11 secundis rebus -iri sueta mala (*cf. supra l. 6*). LIV. 2, 16, 2 ne quid ... ab Tusculo ... repentini periculi -retur. 4, 8, 2 censurae ..., rei a parva origine -tae. QVINT. inst. 9, 4, 3 id ... naturale esse ..., quod natura (a n. *var. l.*) primum -tum est. BOETH. cons. 5, 1, 10 W. si nullis ex causis aliquid -atur, id de nihilo -tum esse videbitur. *al.*

b *dicitur magis cum respectu incipiendi*: α *locutiones pleonasticae*: ⓘ initium, principium, origo *sim.* -itur: Ⓐ *cum gen.*: TER. Hec. 351 unde -tumst i. irae. CIC. Cluent. 180 i. suspicionis -to. CAES. Gall. 5, 26, 1 i. repentini tumultus ac defectionis -tum est ab Ambiorige et Catuvolco (civ. 3, 94, 3 quin ab iis cohortibus ... i. victoriae -retur. LIV. 5, 41, 9 caedis [TAC. hist. 1, 39, 2]. 26, 3, 5 fugae pavorisque i. [42, 60, 8 ab iis f. terrorisque principium -tum]. 32, 34, 7 principium belli. 32, 39, 9 i. sermonis. 34, 6, 14 aurum et argentum omne ab senatoribus eius rei i. -to in publicum conferebamus). HIRT. Gall. 8, 38, 3 quorum in civitate ... i. belli esse -tum. LIV. 32, 34, 7 *supra, v. etiam* CAES. civ. 1, 35, 1 *infra*). VARRO rust. 1, 4, 1 priusquam iacias semina, quod i. fructuum -itur. LIV. 4, 8, 3 -tum ... i. est rei (*i. censurae*), quod *eqs.* 4, 9, 2 quorum (*i. eversae urbis*) causa atque i. traditur ex certamine factionum -tum. TAC. ann. 15, 41, 2 principium incendii ... -tum. TERT. adv. Iud. 6, 3 -iri ... novae legis exordia (*postea*: cessare). *gen. gerund.*: CAES. civ. 1, 35, 1 ne i. inferendi belli a Massiliensibus -atur (*item* a: LIV. 1, 46, 7 i. turbandi omnia a femina -tum est). LIV. 6, 18, 16 inde de regno agendi -tum i. (CYPR. epist. 28, 1 i. initia felicia pugnandi -ta sunt).

Ⓑ *sine gen.*: LIV. 24, 47, 7 i. -to plures cum pluribus conloqui. 38, 1, 1 ne in Aetolia quidem res quietae fuerant, principio a gente Athamanum -to (*item* a: PLIN. nat. 14, 78 Coi marinam aquam largiorem miscent, a servi furto origine -ta. TAC. hist. 3, 14 vociferantes, i. a quinta legione -to. 3, 44 ann. 1, 31, 3). TAC. hist. 1, 76, 3 idem Africae obsequium i. Carthagine -to. ann. 2, 1, 1 apud Parthos. 15, 38, 2.

ⓘⓘ incipere -iri (*aliter de ortu stellarum* COLVM. 11, 2, 4. 22. 66, *ubi opp.* desinit -iri): SALL. Iug. 41, 10 ubi primum ... reperti sunt, qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent, ... dissensio civilis ... -iri coepit. BENED. reg. 2, 26 mox ut coeperint -iri *peccata*.

β *varia exempla* (*significantiora*): CIC. de orat. 3, 183 *paean* aut a longa -itur ... aut a brevibus deinceps tribus. orat. 218 *paean* unus aptissimus orationi vel -enti vel mediae, ... etiam cadenti. VAL. MAX. 9, 1, 2 neque ... ullum vitium finitur ibi, ubi -itur. CVRT. 3, 12, 20 -entem *fortunam* tam moderate et prudenter tulit, ad ultimum magnitudinem eius non cepit. AVG. conf. 4, 10, 15 quae *pulchra* -untur et occidunt et -endo quasi esse incipiunt ...; cum -untur et tendunt esse, *eqs.* (*cf.* cons. euang. 1, 35, 53 -retur, id est inciperet esse). *in spatio temporis* (*cf. p. 995, 75 sqq.*): PLIN. nat. 2, 127 etesiae noctu desinunt fere et a tertia diei hora -untur. GELL. 3, 2, 16 diem *civilem* ... a sexta noctis hora -iri.

γ *cum (acc. c.) inf. vel enunt.*: -tum est *impers.*: LVCR. 5, 1250 fovea atque igni prius est venarier -tum quam saepire plagis saltum canibusque ciere (*cf. Verg. georg. 1, 140* inventum). QVINT. decl. 278 p. 134, 21 *intuendum est*, unde -tum sit, ut non contenta civitas fuerit *eqs.* (*antea*: quae causa ... fuerit). ARNOB. nat. 5, 7 inde natum et -tum est nunc etiam sacras velarier et coronarier pinos. *? inde structura mutata in usum personalem*: COD. Theod. 9, 42, 1, 3 (= Iust. 9, 49, 9, 2) nec quicquam fisco ... teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio, cum obligari -tus est *homo fiscalibus actibus nexus*, habuit (*antea*: ante initum actum, ex quo origo fraudis ac vitii *eqs.*; ... -to nexu).

II *-untur homines, dei, animalia* (*cf. p. 993, 73 sqq.*; -tus est *cum inf. notione q. e. 'coepit' v. supra l. 26*): A *nativitate* (*exempla inde ab* OV. *selecta*): 1 *indicatur unde*: **a** *e statu aliquo, ordine sim.* (*v. et sub b*): PLAVT. Asin. 139 te redigam eodem, unde -ta es, ad egestatis terminos. TER. Eun. 241 me ex eodem -tum loco (DON.: ex eadem fortuna. *cf. 234* quendam mei loci hinc atque ordinis). ACC. trag. 618 mediocri satu. CIC. leg. agr. 1, 27 quem equestri -tum loco consulem videt (Planc. 17 VAL. MAX. 4, 7, 4 TAC. ann. 3, 30, 2. *al.*; *cf.* CIC. Rab. Post. 15 e vobis *equitibus*. NEP. Att. 19, 2 ordine). Planc. 60 pari loco -ti (*antea*: summo loco natus). Phil. 2, 118 quibus -tus sis, non quibuscum vivas, considera, *Antoni*. *al.* VARRO ling. 8, 83 (*contextu vix sano*) publicis servis (OV. fast. 6, 783). rust. 2, 1, 9 Romanorum ... populum a pastoribus esse -tum. CAES. Gall. 7, 77, 3 *Critognatus* summo in Arvernis -tus loco. HOR. sat. 1, 6, 73 magni ... pueri magnis e centurionibus -ti. epist. 1, 6, 22 peioribus (PERS. 6, 15). OV. Pont. 1, 1, 21 exule (LIV. 1, 34, 5). LIV. 2, 3, 2 tenui loco. 4, 35, 9 ex plebe. *al.* *cum acumine dictum* (*cf.* CYPR. epist. 69, 3 *sub b*): CIC. Planc. 67 ego huc a me -tus et per me nixus ascendi. Phil. 6, 17 a (e *V*) se.

b *a patribus, genere sim.* (*v. et sub a*): ACC. trag. 463 ex taurigeno semine -tam fuisse an humano eam (LIV. 1, 47, 6 regio s. ANTH. 393, 1). TRAG. inc. 102 ex Tantalo -tus Pelops, ex Pelope autem satus Atreus (*patre, avo sim. ut*: CIC. Mur. 66 ab illo *Catone proavo*. dom. 134. Planc. 59 a Iove -tus *Atreus*. *al.* VARRO ling. 8, 4 ab Aemilio homines -ti Aemilii. rust. 2, 4, 1 NEP. Att. 18, 3 Dat. 2, 2. HOR. carm. 1, 12, 50 -te Saturno. LIV. 1, 3, 8 Latino Alba -tus, Alba Atys *eqs. al.*). GRACCH. or. frg. (47 M.) Schol. Cic. Bob. p. 81, 21 cum genere summo -tus essem (BELL. Alex. 66, 4. 78, 2. LIV. 26, 39, 3 obscuro. PAVL. FEST. p. 94 ex eodem. *al.*). CIC. off. 1, 116 obscuris -ti maioribus (HOR. sat. 1, 5, 55. 1, 6, 10 nullis. SEN. benef. 4, 30, 4 egregiis. STAT. silv. 1, 2, 71 patriciis. TAC. ann. 12, 37, 1 claris. *al.*). *al.* CAES. or. frg. (29 M.) Suet. Iul. 6, 1 Iuliae maternum genus ab regibus -tum. VARRO rust. 2, 3, 3 oves ..., quas pascimus, -tae sunt ab ovibus feris; *eqs.* 2, 5, 9. 3, 1, 7. 3, 2, 2 consulari familia -tus (SALL. Catil. 31, 7. LIV. 7, 10, 3 ex. VELL. 2, 117, 2 TAC. ann. 12, 61, 2. *al.*). SALL. Iug. 5, 7 ex concubina (108, 1. *item matre*: LIV. 1, 32, 1 nepos filia -tus. 1, 34, 6 Ancum Sabina matre -tum. 8, 3, 7. 39, 53, 3 paelice [CVRT. 9, 8, 22]. PAVL. FEST. p. 122. *al.*). VERG. Aen. 1, 626 antiqua Teucrorum a stirpe. HOR. carm. 3, 6, 33 his ... parentibus. 4, 5, 1 divis -te bonis. 4, 6, 32 claris patribus. *sim. saepius.* *de origine doctrinae*: CIC. de orat. 3, 61 cum essent plures *philosophi* -ti fere a Socrate. fin. 4, 13 non ..., si omnia *argumenta philosophorum* non sequebatur *Zeno*, idcirco non erat -tus illinc. CYPR. epist. 69, 3 qui *Novatianus* ... nemini succedens a se ipso -tus est.

c *e patria vel gentibus patriis*: α *varia exempla*: ACC. trag. 389 quibusnam te aibant -tum locis? CIC. Pis. frg. 13 Placentiam ..., unde se is -tum gloriari solet. Scaur. 42 ab his *Phoenicibus* -ti Poeni (*cf.* VARRO ling. 7, 29 ab Sabinis -ti Samnites. CAES. Gall. 2, 4, 1 plerosque Belgas esse -tos a Germanis. *al. sim.*). leg. 2, 3 haec est ... patria; hinc enim -ti stirpe antiquissima sumus. CAES. Gall. 5, 12, 2 iis nominibus civitatum appellantur, quibus -ti ex civitatibus eo pervenerunt (COD. Iust. 5, 34, 5 [*a. 293*] ex alia c. NOVELL. Theod. 22, 1, 5 unde [22, 2, 7]. COD. Iust. 1, 3, 28, 1 [*a. 468*] ex qua). VARRO ling. 5, 101 a Roma ... -ti Siculi. frg. Char. gramm. p. 75, 25B. ab Erythro mare -ti. NEP. Cato 1, 1 -tus municipio Tusculo. 3, 3 unde quaeque civitas -ta sit Italica. VERG. Aen. 3, 167 hinc *ab Italia*

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Dardanus -tus (*item* 7, 240. *cf.* 7, 206 his ... agris). PROP. 4, 2, 3 Tuscus ego, Tuscis -or. OV. am. 3, 13, 1 cum mihi pomiferis coniunx foret -ta Faliscis. VAL. MAX. 3, 4, 2 Tarquinium ... -tum Corintho, ... mercatore genitum, ... exule ... natum patre. *al.* *β gerund.* -undo *i. q. origine, ortu*: CAPITOL. Alb. 4, 1 fuit ... Albinus Hadrumetinus -o (*sim. accedit ad nomen locum patrium indicans*: VOPISC. quatt. tyr. 7, 1 Saturninus -o fuit Gallus, ex gente hominum inquietissima *eqs.* SERV. Aen. 4, 483. 7, 647 -o Tuscus, non qui nunc de Tuscia venit [*sim.* 10, 720]. 12, 517. SCHOL. Hor. vita p. 1, 3 K. praecone patre natus ... -o Venusinus fuit *Horatius. al.*). FIRM. math. 1 prooem. 4 Siciliae ..., quam incolo et unde -o sum (SCHOL. Hor. carm. 4, 6, 25). SCHOL. Hor. carm. 2, 1, 38 Simonides ... a Cea insula -o ([*var. l.* -undus]. *item accedit ad praepos.*: 4, 4, 53 a *Troia* [*var. l.* -undus]. 4, 8, 20 Ennium ... -o de Rodino oppido Calabriae. CIL VI 1636, 6 -o ex Ital(ia) [XIII 7323, 5 *saec. III*]). BOETH. cons. 1, 5, 4 W. si ..., cuius -o sis patriae, reminiscare (-undus *var. l.*). ENNOD. opusc. 3, 7 p. 332, 18 Epiphanius -o Ticinensis oppidi indigena fuit, patre Mauro generatus et matre Focaria editus. *al.*

appendix syntactica ad 1: *a indicatur unde* (*cf. Kühner-Stegmann II 1, 375—377*) *per*: *α adv.*: unde: *saepius inde a* PLAVT. Asin. 139 CIC. Pis. frg. 13 Scaur. 4 NEP. Cato 3, 3. *alia*: CIC. leg. 2, 3 hinc (VERG. Aen. 3, 167 = 7, 240 VLP. dig. 38, 16, 2, 1 BOETH. cons. 4 carm. 1, 26). fin. 4, 13 illinc. VAL. MAX. 2, 1, 10 inde (AVG. civ. 16, 43 p. 195, 23 D.). CALL. dig. 50, 1, 37, 1 aliunde.

β praepos.: ex: TER. Eun. 241 ex ... loco (*opponit* '-tus illo loco' ARVS. gramm. VII 497, 8 sq.; *item ex ordine quodam*: CIC. Rab. Post. 15 LIV. 4, 35, 9. 6, 40, 6 COD. Theod. 4, 9, 7). ACC. trag. 463 semine (SEN. epist. 47, 10 PS. HIER. epist. 37, 4). TRAG. inc. 102 Tantalo (*item e parentibus*: SALL. Iug. 5, 7. 108, 1 HOR. sat. 1, 6, 73. ITALA Hebr. 7, 14 [cod. f *al.* = VVLG., *gr.* ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν, cod. d *al.* de]. *al.*). CAES. Gall. 5, 12, 2 civitatibus (COD. Iust. 5, 34, 5 *a. 293.* 1, 3, 28, 1 *a. 468. item e locis patriis*: OV. trist. 1, 10, 39 PAVL. FEST. p. 222 SEN. Herc. f. 261 SVET. Tib. 1, 1. *al.*). LIV. 7, 10, 3 familia. *al.* ab: CIC. Mur. 66 ab illo *Catone* (*item a parentibus sim. e. g.*: dom. 134 Planc. 59 fin. 1, 35 VARRO rust. 3, 1, 7 NEP. Att. 18, 3 Dat. 2, 2 OV. epist. 15 [16], 213 fast. 3, 425 LIV. 4, 15, 7 FEST. p. 145 PLIN. nat. 6, 16. *al.* LEX Salpens. [CIL II 1963] 1, 12 si a cive Romano -tus -ta neq(ue) civitate mutatus mutata esset. *al.*). Scaur. 42 ab his *Phoenicibus* -ti Poeni (*item a populo sim. e. g.*: CAES. Gall. 2, 4, 2 VARRO ling. 7, 29 rust. 2, 1, 9 PLIN. nat. 3, 110. *al.*). *al.* CAES. or. frg. (29 M.) Suet. Iul. 6, 1 regibus (*item a genere sim.*: VERG. Aen. 1, 626 stirpe. HOR. sat. 1, 5, 55 maioribus. LIV. 3, 61, 2. *al.*). VARRO ling. 5, 101 a Roma ... -ti Siculi (*item a loco patrio -itur gens, populus sim.*: frg. Char. gramm. p. 75, 25 B. PLIN. nat. 3, 124. 4, 120). de (*v. etiam p. 1000, 70. 71; e coni. dub.* SIL. 1, 71 -tus [*v. app. crit.*] Sarrana ... de gente [*quod probat Vollmer in schedis*]): APVL. Plat. 2, 25 qui de nuptiis talibus erunt -ti. HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 44, 13 Maria (*gr.* ἦσαν ἀπό. *item de parentibus sim.*: VVLG. gen. 10, 24. num. 26, 29 [*postea*: a quo]. 26, 60 I par. 2, 11. 3, 19. *al.* AVG. conf. 6, 5, 7 de quibus parentibus -tus essem). AVG. serm. 192, 3, 3 (*ad* psalm. 84, 12 veritas de terra -ta est) qui *Christus* de terra -tus est, hoc est de carne natus est (*cf. postea*: processit. *ibid. iterum*).

γ abl.: *cum attributo simplici*: ACC. trag. 389 quibus ... -tum locis? (CIC. leg. agr. 1, 27 equestri [Planc. 17 VAL. MAX. 4, 7, 4 TAC. ann. 3, 30, 2. 14, 53, 5]. Planc. 60 pari. rep. 2, 12 honesto [TAC. ann. 14, 21, 1]. CAES. Gall. 7, 77, 3 summo. LIV. 2, 3, 2 tenui. *al.*; *cf. loco patrio*: NEP. Cato 1, 1 municipio Tusculo. VERG. Aen. 7, 206 his ... agris. OV. met. 5, 407. 6, 13. *al.*). 618 mediocri satu (*v. etiam p. 1000, 65*). GRACCH. or. frg. (47 M.) Schol. Cic. Bob. p. 81, 21 genere summo (BELL. Alex. 66, 4 regio [78, 2 SVET. Nero 28, 1 PORPH. Hor. epist. 1, 19, 15]. LIV. 26, 39, 3 obscuro. TAC. ann. 15, 48, 2. *al.*; *cf.* CIC. off. 1, 116 obscuris -ti maioribus [HOR. sat. 1, 6, 10 nullis. SEN. benef. 4, 30, 4 egregiis. STAT. silv. 1, 2, 71 patriciis. TAC. ann. 12, 37, 1 claris. *al.*]. VARRO rust. 3, 2, 2 consulari familia [SALL. Catil. 31, 7 VELL. 2, 117, 2 TAC. ann. 12, 61, 2. *al.*]. HOR. carm. 3, 6, 33 his ... parentibus. *sim. saepius, et in poesi et in prosa oratione*). LIV. 1, 46, 6 regio sanguine (8, 7, 13 RVT. LVP. 2, 2 TAC. ann. 4, 52, 2). *al.* LVCAN. 9, 660 partu Danaes et divite nimbo -tum *Persea*. *al.* *sine attributo*: CIC. Phil. 2, 118 quibus -tus sis, non quibuscum vivas, considera (⟨a⟩ quibus *coni. quidam*). NEP. Att. 19, 2 quo *ordine equestri* erat -tus. HOR. carm. 1, 12, 50 (*de Iove*) -te Saturno (*item patre, matre, avo sim.*: OV. fast. 6, 783 Pont. 1, 1, 21 LIV. 1, 3, 8. 1, 32, 1. 39, 53, 3 FEST. p. 266 TAC. ann. 1, 3, 5. *al.*). epist. 1, 6, 22 peioribus -tus (PERS. 6, 15). PROP. 4, 2, 3 Tuscis (*item gente, populo*: VELL. 1, 4, 1 PLIN. nat. 3, 71. 135 TAC. ann. 6, 34, 2. *vix etiam* LIV. 2, 6, 2 [*v. Ogilvie ad loc.*]). OV. epist. 15 (16), 24 *Venus* -ta mari (EPIST. Sapph. 213. *cf.* AVSON. 33, 1 p. 331 P. salo). met. 3, 402 undis aut montibus -tas ... nymphas. fast. 3, 631 Tyro (*item civitate patria*: FEST. p. 321. 322 Etrusca gens -ta est Sardibus ex Lydia. VAL. MAX. 3, 4, 2 PLIN. nat. 3, 51 TAC. ann. 6, 15, 1. *al.*). *al.*

b *de usu stirpis praes. quasi resultativo* (*sc.* -or *i. q.* -tus sum *sim.*, *cf.* -undus sum *sub cβ*; *ex suppl.* FEST. p. 241; *glossam intellegit Lenel* POMPON. dig. 1, 2, 2, 38): *praes.*: HOR. sat. 2, 4, 33 ostrea Circeis, Miseno -untur echini (*de loco originis ut*: PROP. 4, 2, 3. VLP. dig. 48, 22, 7, 13 -iri videatur. AMM. 31, 2, 10 unde [NOVELL. Theod. 22, 1, 5 *postea*: -undo. 22, 2, 7. COD. Iust. 5, 27, 3, 4 *a. 433; antea*: -undus est]. COD. Iust. 1, 3, 28, 1 *a. 468*). PORPH. Hor. carm. 3, 17 pr. Aeliorum familiam a Lamo rege -iri (*cf.* LACT. inst. 6, 10, 4 ab uno homine ... omnes -imur ([*postea cit.* LVCR. 2, 991 sumus ... -undi]. AVG. civ. 16, 11 p. 143, 20 D. ex illo *Sem* quintus -atur *Heber* [*p. 142, 17* exortus]). PAP. Corp. 274, 6 (*a. 505*) ex gene⟨re⟩ ... militari. *imperf.* (*contextu tempus praeteritum perseverante*): VAL. MAX. 2, 1, 10. VLP. dig. 50, 1, 1, 2 qui ex diversarum civitatium parentibus -rentur ([*antea*: originem ... habet]. *cf.* AVR. VICT. Caes. 3, 2 pater, e quo is -batur). AMM. 15, 5, 16 unde (16, 8, 1. 19, 12, 12).

2 *indicatur ubi*: in *cum abl.*: CIC. leg. 2, 4 solo, in quo tu -tus et procreatus es. OV. ars 3, 409 Ennius ... Calabris in montibus -tus (met. 14, 326 dryadas Latiis in m. -tas. 14, 557 *naides*). fast. 3, 503 -tus in igne diceris, *Bacche*. 4, 41 qui quod silvis fuit -tus in altis, Silvius ... vocatus erat (*cf. Liv. 1, 3, 6* natus). VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 in media barbaria. 3, 4, 6 in qua *familia*. 3, 5, 1 in tanta domestica gloria. SIL. 7, 29 Cilnius, Arreti Tyrrhenis -tus in oris (11, 239). TAC. Germ. 14, 2 in qua *civitate* (AVG. in psalm. 105, 34 nullus morietur, nullus -etur). ann. 11, 16, 3 isdem in terris (VVLG. Ezech. 23, 15). *al.* PRISCILL. tract. 11, 142 p. 103, 11 fili in te -entis. HIER. hom. Orig. in Luc. 4 p. 23, 16 in mundo. 28 p. 161, 9 in carne (natus *C*). PRISC. periheg. 315 boreis in finibus. *al.* *alia*: CIC. nat. deor. 2, 124 quaedam ... serpentes -tae extra aquam (*antea*: gignuntur in terra). VARRO rust. 1, 57, 2 quo ... spiritus non pervenit, ibi non -itur curculio (PAVL. FEST. p. 102 hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possint, -rentur. AVG. civ. 18, 47 p. 330, 26 D. *Iob* ibi -tus, ibidem mortuus est. 5, 16 p. 221, 11). HOR. carm. 4, 15, 24 Tanain prope flumen -ti. TAC. ann. 2, 60, 2 *Herculem* indigenae -tum apud se ... perhibent (3, 48, 1 -tus a. municipium Lanuvium). 11, 16, 1 illum ... Romae -tum (AVR. VICT. Caes. 11, 12 [*opp.* advenae] R. seu per Italiam -ti. PS. AVR. VICT. epit. 27, 1. *sim. loc.*: VOPISC. Aurelian. 3, 1 Sirmii familia obscuriore. AVR. VICT. Caes. 24, 1 Syriae. PS. AVR. VICT. epit. 14, 1). *al.*

3 *indicatur quando*: CIC. div. 2, 93 omnis eodem tempore -tos qui ubique sint nati eadem condicione nasci (VAL. MAX. 8, 3, 2 tale ... monstrum magis quo t. extinctum quam quo sit -tum memoriae tradendum est). 2, 98 quo modo caelo adfecto compositisque sideribus quodque animal -atur (*item abl. abs.*: MANIL. 4, 554 si quis erit stellis tum suffragantibus -tus. 5, 175 quibus *Iugulis* aspirantibus -ti). OV. met. 6, 437 qua *die* ... erat -tus Itys. trist. 4, 10, 10 qui *frater* tribus ante quater mensibus -tus erat. MANIL. 4, 583 nec solus fuerit geminis sub Piscibus -tus. TAC. ann. 13, 10, 1 quo *mense Decembri* -tus erat Nero. COD. Iust. 6, 7, 2 pr. (*a. 326*) quos *filios* tunc -tos esse constiterit, dum libertate illi *parentes* potirentur.

4 *absolute vel indicato -endi modo, fine sim.*: CIC. rep. 2, 21 (*in imag. hominis nascentis*) unius viri *i. Romuli* consilio non solum -tum novum populum ..., sed adultum iam et paene puberem. div. 2, 89 utcumque temperatus sit aer, ita pueros -entes animari atque formari (*antea*: ortus eius qui nascatur). *al.* VERG. Aen. 7, 51 primā ... -ens erepta iuventā est. OV. met. 9, 26 te per dedecus -tum (*23* creatum). PAVL. FEST. p. 29 abortum gravidae mulieris dicitur, quod non sit tempestive -tum. CVRT. 10, 6, 11 nondum -tum regem. SOL. 9, 21 post quem *Alexandrum* qui fuerunt, magis ad segetem Romanae gloriae quam ad hereditatem tanti nominis -tos invenimus. AMM. 14, 6, 17 inter ipsa -undi crepundia. PRVD. apoth. 270 quem *Christum* non genitus genitor generavit ..., non coeptum, sed tamen -tum. PAVL. NOL. epist. 32, 5 vers. 18 (*de baptismo*) homo et occasu felici functus et ortu terrenis moritur, perpetuis -itur (AVG. civ. 22, 1 p. 552, 29 D. aliis moriendo decedentibus, aliis succedentibus -endo). *al.*

B *creatione sim.*: **1** *indicatur unde*: *a deo, deis*: CIC. leg. 1, 25 ut is agnoscat deum, qui, unde -tus sit, quasi recordetur. Tim. 38 a deis -tis (*gr. 40d* θεῶν παισίν). 40 deorum satu. VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 344, 7 *Terra et Caelum*, duo initiales, unde omnia et omnes -ti. *varia origine*: LVCR. 1, 161 e mare primum homines, e terra posset -iri squamigerum genus ([*antea*: creari ..., nasci]. LACT. inst. 2, 10, 16 homines ceteraque animalia sine ullo artifice -ta esse de t.). 4, 1227 muliebre -itur patrio de semine saeclum maternoque mares exsistunt corpore creti. OV. Ib. 445 de dentibus -ti *Sparti* Sidonia iactis ... manu. PAVL. FEST. p. 97 Gradivus Mars appellatus est ..., quia gramine sit -tus. ARNOB. nat. 5, 10 genus humanum ex lapidibus ... -tum procreatumque. AVG. civ. 8, 2 p. 322, 27 D. *deos* ex aëre -tos. **2** *non indicatur unde* (*an ad A trahendum?*): CIC. fin. 2, 33 omne ... animal, simul et -tum est, se ipsum ... diligit (*sim.* 4, 34. 5, 24. 41). 2, 40 ad pastum et ad procreandi voluptatem (nat. deor. 2, 37 ad mundum contemplandum et imitandum). 4, 41 ut se conservaret *homo* in ea natura, in qua -tus esset. Tim. 37 qui *dei* cernuntur quique sunt -ti (*gr. 40d* γεννητῶν). 43 (*gr. 41e* φῦναι). nat. deor. 1, 25 nativos esse deos longis intervallis -entes occidentesque. *al. apud eundem.*

C *progressu in conspectum publicum* (*fortasse etiam p. 997, 43*): CIC. dom. 69 ne quis -retur ... in tanta ubertate inpro-

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

borum, qui ... diceret. SALL. or. Macri 9 Sulla mortuo ... -tus est longe saevior Catulus (*cf. Tac. hist. 4, 42, 5* exortus est). VELL. 2, 99, 2 ne fulgor suus -entium iuvenum obstaret initiis (*cf.* VAL. MAX. 2, 10, 4 [*de Scipione Aemiliano*] -entis ... illud iuventae decus). VAL. MAX. 4, 7, 7 -ere ... ab illa ... sede *sanctorum umbris dicata* hinc Decime Laeli, illinc M. Agrippa (*postea*: in lucem ... protrahite). SVET. Galba 9, 2 (*carmen fatidicae puellae*) -turum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum. COLL. Mos. 15, 3, 4 eos *Manichaeos* ... veluti nova et inopinata prodigia in hunc mundum de Persica ... gente progressa vel -ta esse (*-untur haeretici ut*: PRAEDEST. 1, 19 hi *Sethiani* -ti sunt in partibus Achaiae. 1, 26 vicesima et sexta haeresis Cataphryges -ti sunt. 1, 49 quadragesimus et nonus haeresiarches Arius -tus est). CONC.[S] II 3, 2 p. 26, 31 aliqui *clerici* ... ab Alexandria -ti ([*gr. II 1, 2 p. 14, 39* ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων ὁρμώμενοι]. *sim.* p. 41, 21 *cum gr. II 1, 2 p. 25, 23. cf. p. 1007, 30*).

CAPVT ALTERVM: *exempla usum antiquiorem revocantia, ubi relatio ad animadvertentem deest; i. q.* ὀρνυσθαι (*v. Mus. Helv. 33, 1976, 106 sq., cf. p. 992, 43*): I ἀπό, ἔκ τινος *sim.* (*sc. surgendo, se liberando [a lecto?] sim.*): LIV. 8, 23, 15 cum consul ⸤-ens de nocte⸥ (oriende nocte *F*, oriente nocte *vel* noctis *cett.*) silentio diceret dictatorem (VEL. gramm. VII 74, 18 sq. -iri ... apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet ex eo quod dicitur '-ens consul magistrum populi dicat', quod est surgens. *cf. Fest. p. 348* ⟨silentio surgere⟩ ... dici, ubi qui post mediam ⟨noctem auspic⟩andi causa ex lectulo suo si⟨lens surr⟩exit et liberatus a lecto *eqs. v. Mus. Helv. l. c. cum adn. 22*). *dubium an huc trahendum* VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 133, 16 erat -endi tempus aurora hominibus (*an de solis ortu intellegendum?*). II ἐπί τι *sim.* (*sc. se movendo, tendendo sim. ad aliquid*): TAC. ann. 15, 52, 3 plerique Vestini ... consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem -retur (ad libertate mor- *M*). *vix huc pertinet* DON. Ter. Ad. 404.

part. praes. ⁿoriēns, -entis *pro subst. (vel adi.) m.* (*cf.* GLOSS. II 512, 35 hic -s: e anthole). *fem.*: IVL. HON. cosmogr. B2*. CONC. Vas. a. 529 (Corp. Christ. 148[A]) l. 51. ORIG. *infra* (*sec. gr.*). *plur. non nisi* ORIG. in Matth. ser. 47 p. 96, 11 si oportet ... quaerere, quod non singulariter dicta est -s neque singulariter occidens, sed ita: 'ab -bus usque ad occidentes' (*ad* Matth. 24, 27 *ubi gr.* ἀπὸ ἀνατολῶν, ITALA cod. a *al.*= VVLG. ab -e), dicemus, quoniam una -s (*gr.* μία ἀνατολή) ..., alia -s (*gr.* ἄλλη ἀ.) *eqs.* *abbreviatur* orient(em) INSCR. Dessau 8947 (*aet. Valentin.*), orient(is) INSCR. numm. Mattingly-Sydenham V 1 p. 304 n. 350 (*aet. Aureliani*). *al.*, orie(ns) *ibid.* V 2 p. 489 n. 293 sqq. (*aet. Carausii*), orien(s) *ibid.* p. 471 n. 94 (*aet. Carausii*). *al.*, orien(tis) INSCR. Dessau 1211, or(ientem) 1303. NOT. Tir. 68, 92 (*postea*: occidens). 68, 93[a] in -e (*postea*: in occidente). *de notione*: MELA 1, 3 unde sol oritur, -s nuncupatur aut ortus. AVG. in psalm. 95, 15 ἀνατολήν dicunt -em. serm. 120, 2 nomina locis dedit *deus*; quia in -e est *sol*, quando oritur ad -em, fecit -em vocari. ISID. orig. 3, 42, 2 (= 13, 1, 4) -s ... ab exortu solis est nuncupatus. GLOSS. ἀνατολή. Ὑπερίων. *legitur inde a* CIC., CAES. (*? v. l. 73*), VARRONE, SALL., VERG.

I *respicitur sol oriens*: A *pro subst.*: 1 *usu sollemni de regione, unde oritur sol* (*gr. resp.* ἀνατολή, ἀνατολικὰ μέρη *sim., ubi nihil adnotatur*): a *potius caeli* (*maxime in destinanda directione*): α *locutiones significantiores*: Ⓘ *verbales*: Ⓐ (*se*) *convertere ad -em, obiectus -i sim.*: CIC. Catil. 3, 20 simulacrum Iovis ... ad -em convertere; ... si illud signum ... solis ortum ... conspiceret, *eqs.* (*item* ad: COLVM. 1, 5, 5 vel ad meridiem. PLIN. nat. 5, 87 *Euphrates*. 6, 53 litorum fronte. SVET. Vesp. 5, 7 AVG. de serm. dom. 2, 5, 18 MARCELL. med. 8, 29. in: TAC. hist. 1, 86, 1 statuam ... ab occidente in -em. FLOR. epit. 3, 3, 15 *aciem*). SALL. hist. frg. 2, 2 Sardinia ... in -em quam in occidentem latior prominet. R. GEST. div. Aug. 27 quae *provinciae* trans Hadrianum mare vergun⟨t a⟩d ⟨-e⟩m (*item* ad: CVRT. 6, 6, 23 TAC. hist. 5, 6, 1. in: LIV. 28, 1, 3. versus: PRISC. periheg. 867). LIV. 26, 44, 2 tumulo ... in -em verso (*sim.* 26, 46, 8. *item* in: 27, 15, 13. 33, 17, 7. TAC. hist. 1, 76, 2 Aegyptus omnesque v. in -em provinciae. ad: LIV. 38, 51, 3 regibus gentibusque. MELA 1, 9 PLIN. nat. 5, 43 TREB. trig. tyr. 15, 4 VVLG. Ezech. 43, 17 MARCELL. med. 25, 30). 36, 15, 9 mare -i obiectum (AMM. 23, 6, 12. 31, 2, 15). 44, 31, 3 quod *latus* in -em patet. PAVL. FEST. p. 235 qui *limites* ad -em derecti sunt (COLVM. 1, 5, 7 ut frons eius *villae* ad -em aequinoctialem d. sit. 5, 6, 10). *al.* Ⓑ *spectare (ad) -em sim.* (*dubium, an pro subst. accipiendum sit* CAES. Gall. 7, 69, 5 quae pars collis ad -em [solem *add.* α] spectabat. VARRO rust. 1, 13, 7 spectent ... aestiva triclinaria ad frigus -is, hiberna ad solem occidentem): VARRO rust. 2, 2, 7 *stabula* spectent magis ad -em quam ad meridianum tempus (*item* ad: VITR. 4, 5, 1. 4, 9, 1. *al.* COLVM. arb. 4, 4. *solo acc.*: LIV. 25, 9, 10 ea mediterranea regio est -em spectans. 38, 4, 2 CVRT. 4, 5, 1. 8, 10, 23. *al.* COLVM. 8, 3, 1 quae *villa* hibernum s. -em. MELA 1, 81. 3, 59. *al.*; *alia*: VITR. 1, 4, 11 ad septentrionem aut inter septentrionem et -em. COLVM. 7, 3, 24 post meridiem in -em *spectans agatur grex* [MELA 2, 123 PLIN. nat. 17, 168. *al.*]). COLVM. 1, 6, 2 cenationes ... prospectent hibernum -em (AMM. 22, 15, 2). ITALA gen. 13, 14 (Ambr. Abr. 2, 7, 37. *al.*= VVLG.) respice oculis tuis et vide a loco, in quo nunc tu es, ad africum et aquilonem et -em et mare. *al.* *singulariter structura inversa* -s spectat: LIV. 32, 13, 3 *montium* latus, quod vergit in Thessaliam, -s spectat, septentrio a Macedonia obicitur.

Ⓘ *praepositionales*: Ⓐ 'ab -e ad occidentem' (*cf.* AVG. civ. 7, 8 p. 284, 21 D. nomine -is et occidentis totus solet mundus intellegi): CIC. nat. deor. 2, 164 qui has nobiscum terras ab -e ad o. colunt. VITR. 9, 1, 5 versentur *signa* (*ibid.* in mundo pervagantur). CIL X 2792, 2 (*a. 41*) C. Octavius ... ab -e ad o. fessus hic requiescit. PLIN. nat. 6, 197. CIL VI 10154, 5 (*saec. IV*) in omni aclhetico certamine ab -e ad o. usq(ue) victorem. *al.* 'ab -e ad occasum': LIV. 1, 18, 7 MELA 1, 4. *al.* Ⓑ *varia fere adverbialiter usurpata ad destinandam positionem*: ab -e: VARRO ling. 7, 7 eius templi (*i. caeli*) partes quattuor dicuntur, sinistra ab -e, dextra ab occasu, *eqs.* LIV. 44, 31, 5 mons ... ab -e Dardaniam subiectam habet, a meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum (MELA 1, 15 Europa terminos h. ab -e Tanain *eqs.* VVLG. gen. 12, 8). 45, 29, 8 quam *partem* Axius ab -e, Peneus amnis ab occasu cingunt. CVRT. 4, 7, 18 accolae sedis sunt ab -e proximi Aethiopum (PLIN. nat. 6, 134 *Susianis* Cossiaei). COLVM. 5, 6, 22 semina ... arbori applicanda sunt ... ab -e. *al.* MELA 1, 9 Eous *oceanus* ab -e *Asiam tangit*. 1, 23 primos ab -e Garamantas. 2, 49 Peloponnesi oram ... sinus et promunturia lacerant, ab -e Bucephalos *eqs.* (*sim.* PLIN. nat. 4, 19 *bis*). 3, 25. PLIN. nat. 3, 67 *urbs Roma* clauditur ab -e aggere Tarquini Superbi (6, 27. *cf.* 4, 71 inclusae [5, 102. 6, 137]). 3, 84 Sardinia ab -e patens CLXXXVIII p. *al.* ad -em: LIV. 36, 15, 10 extremos ad -em montes Oetam vocant. VITR. 1, 6, 13 quae *partes* sunt ad -em ... et ab occidente (VVLG. I par. 9, 24 Ezech. 11, 23. *al.*). MELA 2, 112 Crete ad -em promunturium Samonium, ad occidentem Criu metopon inmittit *in mare* (*sim.* PLIN. nat. 4, 58 ad -em promunturium ... adversum Rhodo ... expellit). FLOR. epit. 2, 20, 1 victa ad occasum Hispania populus Romanus ad -em pacem agebat. 3, 1, 1 haec ad -em (*opp.* ad meridianam plagam). 3, 11, 1 ad -em grave volnus ... populus Romanus accepit (*opp.* in septentrione). APVL. flor. 6, 1 Indi ..., procul a nobis ad -em siti, prope oceani reflexus et solis exortus. ITALA gen. 2, 8 (Aug. gen. ad litt. 8, 1) plantavit deus paradisum in Eden ad -em (Iren. 5, 5, 1 *al.* contra -em; Aug. loc. hept. 1, 5 secundum -em; *gr.* κατὰ ἀνατολάς, *Vulg.* a principio). *al.* sub -e: MANIL. 1, 43 qui domuere feras gentes -e sub ipso (PRISC. periheg. 947 haec *terra Medorum* generat narcissiten). VELL. 2, 94, 4 quae sub -e sunt, provincias. contra: VITR. 6, 6, 5 praesepia quae conlocantur extra culinam in aperto c. -em. ACT. Arv. a. 20/21,11 ⟨capite⟩ ve⟨l⟩ato sub di⟨vo c. -⟩em *sacrificium indixit deae Diae* (*restit. sec.* a. 90, 30. a. 101 I 15). HYG. astr. 4, 8 si ... nostrum aliquis adstiterit c. -em, necesse est Arctos nobis a sinistris partibus esse. ITALA gen. 2, 8 *v. supra*. VVLG. exod. 38, 13 c. -em ... paravit tentoria. num. 35, 5 Ion. 4, 5. *al.* MARCELL. med. 23, 35 in limine stans c. -em per triduum bibito ieiunus. 25, 11. 21. 27, 37.

β *exempla varia* (*notabiliora tantum inde a* VITR.): CIC. Deiot. 11 talibus ... rumoribus patebat ad -em via (*an ad b?*). VARRO ling. 6, 4 diei principium 'mane' dicitur, quod tum manat dies ab -e (*an de sole? cf. 6, 5* occasum ... solis. *Fest. p. 158* manare solem). LIV. 7, 26, 5 corvus ex conspectu elatus -em petit. VITR. 1, 1, 10 ex astrologia ... cognoscitur -s, occidens, meridies, septentrio (*sim. inter quattuor regiones caeli, climata, angulos mundi sim.*: AMPEL. 1, 3 HIER. tract. in psalm. I p. 175, 30 MACR. somn. 2, 5, 18. *al.*). 1, 2, 7 si cubiculis et bibliothecis ab -e lumina capiuntur, balneis et hibernaculis ab occidente hiberno, *eqs.* (*postea*: caeli regio). 1, 6, 4 esse ventos quattuor, ab -e aequinoctiali solanum, a meridie *eqs.* (*v. vol. I 1009, 62 sqq.*; *item indicato tempore anni*: VITR. 1, 6, 5 hiberno [*v. vol. VI 3, 2687, 71 sqq.*]. SEN. nat. 5, 16, 4 solstitiali [PLIN. nat. 4, 19]. COLVM. 1, 6, 1 brumalem [PLIN. nat. 2, 119. 4, 19]. PLIN. nat. 6, 113 aestivo [APVL. mund. 11. *al.*]. ADNOT. Lucan. 6, 333 hiemalem). COLVM. 3, 21, 8 quam partem spectet genus quodque vineti, plurimum refert; ... quidam *surculi* temperamento laetentur -is. GELL. 2, 22, 13 hae duae regiones caeli -is occidentisque (*vix adi. cum* caeli *iungendum, cf.* 2, 22, 17 quattuor caeli partibus, ... -e scilicet atque occidente). *al.*

b *potius terrae* (*significantur plaga orientalis vel eius incolae* [*e. g.* CVLEX 30 SEN. suas. 2, 1 VELL. 2, 91, 1 PLIN. nat. 7, 112]; *nonnulla dubia, an ad a trahenda, imprimis l. 72 sqq.*): α *in universum*: Ⓘ -is partes, tractus, regio *sim.*: CIC. Mur. 89 *ibit* ad -isne partes, in quibus ... legatus fuit ..., an ... in contrariam partem terrarum? (fam. 12, 5, 3 ut ab istis -is p. virtutis tuae lumen eluceat [*antea*: in Syria te esse]. VOPISC. quatt. tyr. 6, 5 imperium sibimet in -is p. vindicavit. LACT. inst. 2, 12, 15 *paradisum* in p. -is ... consevit. AVG. civ. 18, 2 p. 258, 10 D. *al.*). HOR. carm. 1, 12, 55 subiectos -is orae Seras et Indos (CVRT. 4, 5, 8 ultimi ... -is o. [*cf.* EPIST. Alex. l. 220 H. in -is ... ultimis o.]. IVVENC. 4, 146 HIL. AREL. vita Honorat. 12 l. 13 PRISC. periheg. 616). LIV. 35, 48, 8 (= 37, 58, 8) ab ultimis -is terminis (SEN. nat. 6, 23, 3. epist. 92, 32 occidentisque [CASSIOD. var. 3, 51, 8]). 45, 29, 7 (*nisi de positione*) prope Axium flumen ad regionem -is (APVL. mund. 34 [*inde* AVG. civ. 4, 2 p. 148, 3 D.] *opp.* occidentis plagis. SOL. 53, 29 spoliatis. COD. Theod. 5, 13, 31 in -is regionibus. *fortasse ad a trahendum* TERT. apol. 16, 10

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nos ad -is r. precari [*postea*: ad solis ortum]). VELL. 2, 126, 3 *pax* diffusa in -is occidentisque tractus (*opp.* meridiano, septentrione. AMM. 15, 2, 2 per -is t. omnes. NOVELL. Theod. 4, 1. 5, 2, 1). CVRT. 3, 10, 4 ad subigendam Asiam atque ultima -is ([*opp.* Europa *ut*: 5, 5, 14]. 6, 2, 18 Indos atque u. -is peragrare [9, 10, 12]. SOL. 30, 12). 4, 9, 16 ad -is plagam (LACT. inst. 1, 11, 31 OROS. hist. 1, 2, 2 VITAE patr. Iurens. 121 M.). 9, 1, 1 finis (AMM. 21, 7, 2 RVFIN. Orig. in num. 15, 1 p. 131, 13 AVG. civ. 4, 7 p. 154, 1 D.). TAC. Germ. 45, 5 sicut -is secretis . . ., ita occidentis insulis terrisque. *al.*

(ii) *solum ponitur pro regione orientali*: Ⓐ *gen.* -is *accedit ad res varias*: VERG. Aen. 1, 289 hunc *Octavianum* . . . spoliis -is onustum (CVRT. 3, 10, 6 totius). LIV. 26, 37, 5 imperium (TAC. ann. 6, 34, 3 TREB. Gall. 1, 1. *al.* LACT. inst. 1, 11, 31 IVST. 42, 3, 6 OROS. hist. 3, 2, 13. *al.*). VELL. 2, 92, 2 ordinandis Asiae -isque rebus (2, 122, 1 TAC. ann. 2, 5, 1. 2, 42, 2). CVRT. 5, 1, 29 mirabilia -is opera. 5, 7, 8 regia. 5, 8, 16 regna (TAC. ann. 2, 1, 1 provinciaeque Romanae. SVET. Tit. 5, 3 ARNOB. nat. 1, 5 IVST. 15, 4, 7 AVG. civ. 5, 13 p. 217, 8 D.). LVCAN. 3, 165 opes (PLIN. nat. 37, 16 AMM. 21, 12, 22 CLAVD. 5, 30). PLIN. nat. 5, 70 Hierosolyma, longe clarissima urbium -is, non Iudaeae modo (CASSIOD. hist. 4, 38, 5 [*gr. Sozom. 2, 27 p. 269C* τὰς ἀνατολικὰς πόλεις]). TAC. hist. 1, 50, 4 arma. ann. 15, 36, 1 provincias (EPIST. Alex. l. 32 H. OPTAT. 2, 11 p. 47, 5. *al., adde l. 16*). CE 1552 A, 29 (*saec. II in.*) amomo. *al.* Ⓑ *gen.* -is *accedit ad homines*: VERG. Aen. 8, 687 Aegyptum viresque -is . . . secum . . . vehit *Antonius* (TAC. hist. 3, 46, 3 ann. 11, 9, 1. IVST. 5, 1, 9 totius. *al.; cf.* CVRT. 3, 2, 12 totius -is . . . moles. TAC. hist. 3, 1, 2 copiis [ann. 13, 8, 2]. *al.*). SEN. contr. 9, 1, 6 *Miltiades* vindex Persarum -isque domitor (TAC. hist. 5, 5, 5 *Liberum. item gen. obi.*: SEN. benef. 1, 13, 1 victor -is *Alexander* [SOL. 1, 121 *Pompeius.* SERV. auct. Aen. 8, 686 Antonium]. *al.*). VAL. MAX. 9, 15 ext. 2 paene totius -is civitatium et gentium (FIRM. err. 9, 1. HIL. c. Const. 15 [*antea*: orientales]. *item de gentibus*: PLIN. nat. 16, 160 Sarmatarum tot g. et -is [AVG. civ. 18, 22 p. 284, 19 D. et occidentis]. *cf.* 11, 261 populis [13, 29. 16, 159 IVST. 1, 1, 8. *al.*]). PLIN. nat. 2, 180 incolae (*opp.* ad occasum habitantes). 9, 119 regum (SVET. Dom. 2, 2 SOL. 30, 16 IVST. 42, 3, 2 OROS. hist. 6, 15, 18. *al.* ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 14). *al.* Ⓒ *exempla varia* (*selecta quia frequentiora inde a* VELL.; *huc vergunt, si* ad -em *pro* in -e *ponitur, p. 1002, 31sqq.*): CVLEX 30 *in carmine meo* urit Ericthonias -s non ignibus arces. Ov. medic. 21 lapides -e petitos (*item* met. 7, 266 extremo). ars 1, 178 nunc, -s ultime, noster eris. met. 4, 20 -s tibi victus, *Liber.* 4, 56. 10, 316 toto . . . -e iuventus ad thalami certamen adest (fast. 3, 729. SEN. suas. 2, 1 licet t. classe -em trahat *Xerxes.* CVRT. 6, 11, 29 PLIN. nat. 4, 39. 9, 118 in t. -e. 14, 102. *al.* FLOR. epit. 3, 5, 21. *al.*). SEN. suas. 2, 7 quantas gentes in orbem nostrum -s effuderit. 5, 2. VELL. 2, 91, 1 dum pacatur occidens, ab -e ac rege Parthorum signa Romana . . . Augusto remissa sunt. SEN. dial. 5, 16, 3 Scythis . . . -em cingentibus. nat. 3, 26, 4 idem et in -e Tigris facit *eqs.* (PLIN. nat. 1, 12, 22. 1, 18, 19. 9, 118 *v. supra.* 14, 122 *opp.* in Europa. *al.* TAC. hist. 1, 2, 1. *al.*). LVCAN. 7, 360 primo gentes -e coactae ([ADNOT.: id est de prima parte -is]. LACT. Phoen. 1 est locus in p. . . . -e remotus). PLIN. nat. 8, 67 camelos inter armenta pascit -s. TAC. ann. 2, 43, 1 nec posse motum -em nisi Germanici sapientia componi. *al.*

β *de partibus imperii Romani recentioris orientalibus* (*sive tota imperii pars orientalis sive praefectura, cui praeest praefectus praetorio -is sive usu strictiore dioecesis significatur; transit in t. t. administrationis fortasse non ante saec. IV*): (i) *definitiones sim.* (*dub. an huc* IVL. HON. cosmogr. B 4* -s habet maria VIII . . . provincias VII *eqs.* [*postea*: occidens pars, septemtrionalis p., meridiana p.]): PROVINC. laterc. Veron. 1, 2 diocensis -is habet provincias numero XVIII: Libia superior, Libia inferior, Thebais, Aegyptus Iovia, Aegyptus Herculea, Arabia, item Arabia Augusta Libanensis, Palestina, Fenice, Syria Coele, Augusta Euphratensis, Cilicia, Isauria, Cyprus, Mesopotamia, Osroena. NOT. dign. or. 2, 1 sub dispositione . . . praefecti praetorio per -em sunt dioceses infra scriptae: (2) -s, Aegyptus, Asiana, Pontica, Thracia. 2, 8 provinciae -is quindecim: Palaestina, Foenice, Syria, Cilicia, Cyprus, Arabia, Isauria, Palaestina salutaris, Palaestina secunda, Foenice Libani, Eufratensis, Syria salutaris, Osrhoena, Mesopotamia, Cilicia secunda (*cf.* 22, 17 *eaedem* sub dispositione . . . comitis -is). POL. SILV. prov. 8 tit. chron. I p. 541 in -e X: Syria coele, in qua est Antiochia, Syria Palaestina, Syria Phoenice, Isauria, Cilicia iuxta montem Taurum, Cypros, Mesopotamia inter Tigrem et Eufraten, Eufratesia, Hosdroene, Sophanene. (ii) *accedit ad nomina dignitatum* (*ex aetate priore cf. exempla usus minus technici* SVET. Tib. 12, 2 Gaium -i praepositum. Nero 5, 1 comes ad -em [INSCR. Dessau 1068 *saec. II med.* 1069]): INSCR. Dessau 9005 (*aet. Philippi imperatoris*) praef(ecto) praet(orio) rect⟨o⟩riq(ue) -is (1271 [*saec. IV*] *opp.* Illyrici. NOT. dign. or. 1, 2. 2, 59. 72 COD. Theod. 1, 16, 5. *al.* NOVELL. Theod. 1 pr. *al.* per -em: INSCR. Dessau 1273 NOT. dign. *supra l. 65*). Année Epigr. 1936 n. 129 imp(eratori) . . . Au⟨reliano⟩ . . . ⟨A⟩rabico maxi⟨mo⟩ Persico maximo imperatori -is a Tyro *eqs.* Dessau 1211 (*ante 301*) iudici sacrarum cognitionum totius -is, praesidi Syriae Coele⟨s⟩ (1210 ⟨per Asiam⟩ et per -em). VOPISC. Aurelian. 13, 1 praeside -is (NOT. dign. or. 1, 86 praesides . . . per -em VIII: Palaestinae salutaris *eqs.*). INSCR. Dessau 1231 (*saec. IV med.*) comiti -is Aegypti et Mesopotamiae (1224a [*saec. IV med.*]. *item gen.: v. vol. III 1778, 72 sqq.*; per -em: INSCR. Dessau 1237 [*saec. IV med.*]. 8947 AMM. 19, 12, 6 NOT. dign. or. 13, 7 COD. Theod. 7, 8, 8, 1). PS. AVR. VICT. epit. 40, 1 creatis Caesaribus Severo per Italiam, Maximino . . . per -em. 40, 18 Galerius Maximinus . . . Caesar quadriennio, dehinc per -em Augustus triennio fuit. NOT. dign. or. 1, 6 magistri . . . equitum et peditum per -em (7, 1 m. militum per -em [*al.* COD. Theod. 1, 7, 4. *al.* INSCR. Dessau 1303 *saec. VI in.*]. NOVELL. Theod. 4 pr. m. per -em utriusque militiae). 1, 42 duces . . . per -em sex: Foenicis *eqs.* 1, 58 consulares . . . per -em V: Palaestinae *eqs.* CIL V 6268, 9 (*a. 439*) qui de -e fu⟨erit⟩ nuntiatus *consul* (*item* ADDIT. Prosp. chron. I p. 487, 452). COD. Theod. 8, 4, 30, 1 = 12, 1, 188 praefecturae -is adque Illyrici. AVELL. p. 85, 2 principem -is (p. 535, 6 CASSIOD. var. 11, 1, 10. *al.*). *al.* (iii) *varia certiora*: ORIGO Const. 3, 5 chron. I p. 7, 19 Maximino datum est -is imperium (CHRON. Gall. chron. I p. 629, 19. *al.*). CLAVD. 12, 36 -s . . . regna fratrum simul occidensque plaudat. NOT. dign. or. 1, 1 in partibus -is (*item* HYD. chron. II p. 30, 184. *al.*). 11, 19 *fabricae* -is. 11, 46. COD. Theod. 7, 6, 3 per -em provinciae . . . exceptis Osroene et Isauria (*antea*: provinciae Thraciarum . . ., Scythia et Moesia . . .; per Aegyptum et -is partes . . ., per Asianam . . . et Ponticam dioecesim). OROS. hist. 3, 13, 2 *Constantinopolis* gloriosissimi nunc imperii sedes et totius caput -is est. VINCENT. LER. 30, 4 ne sola Graecia aut -s tantum, verum etiam occidentalis et Latinus orbis *eqs.* AVELL. p. 352, 29 papae Leonis quae diversis ad -em sunt directa temporibus constituta (p. 593, 18 litteras. ADDIT. Prosp. chron. I p. 489, 450 presbyteri et diacones. *al.*). p. 708, 20 tam Ponti quam Asiae provinciae et maxime -is. *al.* CHRON. Gall. chron. I p. 629, 14 *Theodosium* -i praefecit (p. 629, 26. 651, 532). p. 644, 476 Constantius -i et Constans Italiae ann. XXIII mens. V (*sim.* p. 651, 534 Arcadius -i et Honorius occidenti simul annis XII). p. 662, 132 nova iterum -i consurgit ruina, . . . cum nulla ab occidentalibus ferrentur auxilia. *al.*

γ *de ecclesia orientali* (*huc fortasse l. 27 sq.*): SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 43, 21 divisi in partibus -is atque occidentis. p. 61, 8 concilio -is (*cf.* MAXIMIN. c. Ambr. 7 ut orientales in -is partibus constituti haberent concilium; . . . ut in -e orientalium esset concilium, intra occidentem occidentalium). p. 68, 1 fides secundum -is synodum ([*postea*: provinciis orientalium partium Thebaida, Aegypto, Palestina, Arabia, Phoenice, Syria Coele, Mesopotamia, Cilicia, Cappadocia, Ponto, Paphlagonia, Galatia, Bithynia, Hellesponto, Asia, Phrygiis duabus, Pisidia, Cycladum insularum, Pamphylia, Caria, Lydia, Europa, Thracia, Emimonto, Mysia, Pannoniis duabus]. AVG. c. Pelag. 4, 12, 34 -is et occidentis s.). *al.* AVELL. p. 516, 7 -is episcopos (*al.; cf.* CASSIOD. hist. 4, 16, 1 pontifices). VICT. TONN. chron. II p. 195, 514 Romanae ecclesiae cunctas -is ecclesias uniat (*al.*). ALC. AVIT. epist. 9 damnum -is (*opp.* occidentalis ecclesia). 40 cum -is parte (*antea*: Romanam vel Constantinopolitanam ecclesiam).

c *explicatur vel intellegitur allegorice*: LACT. inst. 1, 11, 31 plaga -is, ex qua lex mortalibus datur (*cf.* epit. 12, 2 partem -is). 2, 9, 5 -s deo adcensetur, quia ipse luminis fons . . ., et quod oriri nos faciat ad vitam sempiternam. *ibid.* 6 lux -is est, in luce autem vitae ratio versatur. *ibid.* 11. HIL. in psalm. 67, 34 ('qui *deus* ascendit super caelos caeli ad -em') 'ad -em' . . ., quia ipse secundum prophetam (*cf.* Zach. 3, 8. 6, 12) -s ex alto sit (Luc. 1, 78), ut regressus eo, unde descenderat oriens, nosceretur ipseque sit hominibus in hunc caelestis sedis ascensum rursum auctor oriundi (*refertur ad Christum ut p. 1005, 15 sqq. et* HIER. epist. 21, 8, 2 ab -e et a vero lumine recesserunt. RVFIN. Orig. in lev. 9, 10 p. 438, 20 sqq. in iud. 8, 1 p. 509, 14 sqq. filius . . . -is. ORIG. in Matth. ser. 47 p. 95, 26 [*ad* Matth. 24, 27] ab -e, id est ab initiis Christi. *al.*). OP. imperf. in Matth. 2 p. 637 quando . . . ab occidente nascitur aliquid contra -em, divinatio mali ostenditur contra bonos; quando ab -e *eqs.*

2 *de ipso sole oriente*: **a** *proprie* (*dub., an etiam hic illic sub 1a, e. g.* CIC. Catil. 3, 20 VARRO ling. 6, 4): VERG. georg. 1, 250 nos . . . ubi primus equis -s adflavit anhelis ([*opp.* Vesper]. Aen. 5, 42 postera cum p. stellas -e fugarat clara dies. *fortasse huc spectat* LACT. inst. 2, 9, 11). Aen. 5, 739 saevus (SERV. auct.: solem dicit). Ov. fast. 1, 653 septimus . . . -s cum se demiserit undis (VAL. FL. 3, 411 ubi puniceas -s accenderit u.). PLIN. epist. 2, 17, 6 *cubiculum* altera fenestra admittit -em, occidentem altera retinet (*postea*: sol). INSCR. numm. Mattingly-Sydenham II 340, 16 (*aet. Hadr.*) -s (*item de deo imperatoris: ibid.* p. 341 n. 20. p. 345 n. 43 [*Hadr.*]. V 1 p. 122 n. 47 [*Valer.*]. *cum gen.* Aug.: IV 3 p. 37 n. 213 [*Gordiani III*]. *al.*; Augg.: V 1 p. 50 n. 148 [*Valer.*]. *al.*; Augusti: V 2 p. 79 n. 590 [*Probi*]; Augustor.: VI p. 458 n. 31 [*Dioclet.*]; Augustorum: p. 482 n. 217 VII p. 424 n. 14 [*Licin.*]. *fortasse etiam in tit. dedic.* INSCR. Dessau 4219). CALP. decl. 2 qua *parte* convexus et deficiens mundus vicinum mittit (*varia coni. varii*) -em. TERT. adv. Val. 3 -em, Christi figuram. ITALA gen. 32, 27 (Lugd. *al.*) ascendit . . . -s (*aliae versiones*: lucifer, aurora [= *Vulg.*], ortus, matutinum; *gr.* ὄρθρος). RVFIN.

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Orig. in num. 15, 1 p. 131, 7 quales . . . sunt isti montes, talem habent et -em (*postea*: ortum luminis; *ad* num. 23, 7 montibus -is). REGVLA mag. 33, 25 *luna* surgit -is ex ortu. *addito gen.* solis, lucis (*sec. gr.*) *transit in notionem q. e. 2. ortus* (*fortasse etiam supra* VERG. Aen. 5, 42, ITALA, RVFIN.): ITALA num. 21, 11 (Ps. Ambr. mans. 38 p. 35[D]) ad -em solis (*gr.* κατὰ ἀνατολὰς ἡλίου, *Lugd.* contra orientem solem, *Vulg.* contra orientalem plagam). VVLG. sap. 16, 28 oportet praevenire solem ad benedictionem et ad -em lucis tibi adorare (*var. ll.* -em solis, ortum l., *gr.* πρὸς ἀνατολὴν φωτός). **b** *metaphorice de Christo* (*cf.* TERT. *sub a et p. 993, 84 sqq. 1004, 58 sqq.*): ITALA Luc. 1, 78 (cod. a *al.*= VVLG.) in quibus *visceribus dei* visitavit nos -s ex alto, inluminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent (*gr.* ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. *respicere videtur ad locos veteris testamenti sub II allatos*). AMBR. inst. virg. 8, 56 (*de ventre Mariae*) quae *porta ad -em aspiciens* (Ezech. 44, 1) generavit -em, peperitque solem iustitiae. in psalm. 118 serm. 12, 23, 1 (*ad eccles. 1, 5 sq.*) 'ipse *sol* oriens . . . vadit ad austrum et gyrat ad aquilonem', ille utique -s, qui ait: '-s nomen est mihi' (*cf.* Zach. 6, 12), qui semper oritur piis, numquam occidit. MAX. TAVR. hom. 27 p. 284[C] quam bene ab -e properare dicuntur *magi*, qui adoraturi sempiternum veniunt -em (*seq.* Luc. *l. c.*). -s *veteris testamenti* Zach. 3, 8 *vel* 6, 12 (*v. sub II*) *Christus intellegitur sub imagine solis*: AMBR. epist. 46, 11 (*seq.* sol iustitiae). in psalm. 118 serm. 12, 23, 1 *supra*. HIER. in Zach. 3, 8 l. 175 sqq. *al.*

3 *potius de parte vel latere alicuius (rei) ad solem orientem spectante*: ITALA gen. 12, 8 (Ambr. Abr. 1, 2, 5. *al.*= VVLG.) qui *mons* erat contra -em Bethel (*item accedit gen.*: II par. 5, 12 [Complut.] stantes secundum -em altaris [*gr. in var. l.* κατὰ ἀνατολὰς τοῦ θυσιαστηρίου, *Vulg.* ad orientalem plagam altaris]. VVLG. Ezech. 42, 9 introitus ab -e ingredientium. Ion. 4, 5 sedit contra -em civitatis [*Itala cod. 175* contra civitatem, *sec. gr.*]. *al. in* VVLG.). II par. 31, 14 (Complut.) hostiarius secundum -em (*gr.* ὁ πυλωρὸς κατὰ ἀνατολάς, *Vulg.* ianitor orientalis portae).

B *abusive adi. i. q. orientalis* (*vix etiam* VITR. *p. 994, 28 sqq.* PALLAD. 1, 7, 3. 2, 13, 6; *adi. in var. l. pro gen. subst.* -is *e. g.* SOL. 30, 16. 53, 29 SCHOL. Iuv. 8, 160 CASSIOD. hist. 4, 16, 1. 4, 18, 5. *al.*, *pro* orientalis *e. g.* VVLG. num. 3, 38): GROM. p. 331, 18 L. contra -em partem (*cf. l. 23* contra orientalem. *sed l. 30* contra occidentis partes). SCHOL. Iuv. 10, 150 -es et occidentes *populi* (*si recte trad.*, -is et occidentis *edd.*). *in veriloquio nominis fluvii q. e. Orontes*: HEGES. 3, 5, 2 *Orontes* a solis ortu oriens . . ., quem de originis suae tractu -em veteres appellaverunt, ut vulgo putetur locis nomen dedisse, cum inde acceperit (*sim.* ISID. orig. 13, 21, 17. *cf. Eustath. comm. in Dionys. perieheg. 919* Ὀρόντην . . ., ὃ σημαίνει Ῥωμαϊστὶ τὸν ἀνατολικόν).

II *nomen salvatoris (futuri) sec. gr.* ἀνατολή *vel hebr.* ṣæmăḥ (*fortasse huc respicit* Luc. 1, 78 *supra l. 11 allatum*): ITALA Ier. 23, 5 (Wirc.) resuscitabo David -em iustum (*gr.* ἀνατολήν, *Vulg.* germen, Hier. *ad l.* 'germen iustum' sive '-em iustum'). Zach. 3, 8 (Hier. *ad l.* = VVLG.) adducam servum meum -em (*cf.* 6, 12 [Hier. *ad l.*= VVLG.] vir, -s nomen eius. *ambos locos in unum componunt* Cypr. testim. 2, 16 p. 82, 13 [*ubi in var. l.* ortus]. Ambr. epist. 46, 11 fid. 5, 8, 108. *al.*; *utroque loco LXX* ἀνατολή, *Aquila* ἀναφυή, *Symm.* βλάστημα, *cf.* HIER. *ad* 6, 12 id est germen, quia ex se repente succrescet et ex radice sua in similitudinem germinis pullulabit). *intellegitur Christus* (*v. etiam l. 21*): IREN. 3, 16, 3 (3, 17, 3 H.) orini fecit deus domui David -em et iustum. HIL. in psalm. 51, 3. 51, 4 qui *Christus* David, -s iustus, rex et aeternus et pastor est. AMBR. fid. 5, 8, 108. HIER. in Zach. 6, 9 l. 277 -s dicitur, quia in diebus eius orta est iustitia (*sec. psalm. 71, 7*). EVCHER. form. 2 p. 12, 21 -s salvator maxime (*seq.* Luc. 1, 78 *et* Zach. 6, 12). *al.*

gerund. pro part. praes. (*med.*) **oriundus**, -a, -um. *scribitur* -und- *passim in titulis et codd.*, -end- CIL VI 3293, 4 COD. Iust. de cod. comp. 2; orund- FEST. p. 181 PAVL. dig. 23, 2, 38 pr. (*P ante corr.*). *notatur* or CIL III 14184[9], 1. oriundi *mensuratur* ⏑ – – LVCR. 2, 991 (*v. Lachmann ad. l., L. Müller, De re metr.*[2] *290 sq. et cf. scripturam* orund- *supra*). *de notione*: SYNON. Cic. *p. 992, 8.* GLOSS. natus, ortus. GLOSS.[L] II Philox. OR 25 -i: γεννηθέντες. *de usu*: -us sum *sim.* PLAVT. Aul. 542 Poen. 1055 CATO orig. 31 *et saepe*, eram *sim.* LIV. 1, 34, 1 *al.* R. GEST. div. Aug. 27. *al.*, fui *sim.* PORPH. Hor. carm. 1, 7, 15/6 SVLP. SEV. Mart. 2, 1. *al.*, fuerat CASSIOD. hist. 4, 18, 5. *ponitur praedicative et paulo rarius attributive* (*e. g.* ENN. ann. 113 LVCIL. 247 LIV. 1, 20, 3 FEST. p. 210); *subst. m., f.* LIV. 1, 17, 2 PAVL. dig. 23, 2, 38 pr. PAPIN. dig. 27, 1, 30, 1 CONSVLT. Zacch. 1, 18, *neutr.* AMBR. hex. 3, 6, 27. *legitur in versibus apud* PLAVTVM, ENN., LVCIL., *ceterum singulis locis praebent* INSCR. Plin. nat. 35, 115, LVCR., OV.; *in oratione soluta inde a* CATONE, CIC., *sed admodum raro praeter* LIV. (*25ies*), PAVL. FEST., *iurisconsultos et titulos; deest e. g. apud* CAES., SALL., TAC.

ornīthogalē *f.* ὀρνιθόγαλον *vel* ὄρνιθος γάλα *tantum legitur in graecis, sed cf. fortasse fem.* polygala (*Plin. nat. 27, 121*) *iuxta gr.* πολύγαλον. *nomen herbae* (*ad rem v. Strömberg, Griech. Pflanzennamen, 1940, 48*): PLIN. nat. 1, 21, 62 perdicium, -e. 21, 102 -e (-ae *E*, -a *Jan e Diosc., v. infra*) caule tenero, candido, semipedali, ... radice bulbosa. *cf.* DIOSC. 2, 130 p. 227, 29 de ornithos galla: ornithos galla herba est in medio habens virgella alba et molle *eqs.* (*gr. 2, 144* ὄρνιθος γάλα).

ornīthogonia, -ae *f.*, ὀρνιθογονία. *gen.* -as DIOM. *i. q. avium generatio* (*non nisi in titulis librorum, v. Henriksson, Griech. Büchertitel, 1956, 56 sq.*): NON. p. 220, 18 Aemilius Macer in -a (*eiusdem auctoris*: p. 518, 32 [Theogoniae *trad., corr. Quicherat*]. DIOM. gramm. I 374, 21 -as secundo. SERV. Aen. 1, 393 in -a). *litt. graecis*: PLIN. nat. 1, 10 (*inter auctores externos*) Boetho (*i.* Boio), qui -αν *scripsit.*

ornīthomantīa, -ae *f.*, ὀρνιθομαντεία. *genus extispicii* (*sc. per confusionem auspicii et haruspicinae*): GLOSS. V 653, 25 honiromantia: multi enim de pullis futura dixerunt (*sim.* GLOSS. I p. 385 orniromantia: divinatio quae fit in extis pullorum *eqs.*; *respicitur Iuv. 6, 551* Armenius ... haruspex pectora pullorum rimatur).

ornīthōn, -ōnis *m.*, ὀρνιθών. *scribitur in codd.* hor-, orinth-, -ito- *al. sim. litt. graecis* COLVM. 8, 1, 3 (*idem habet* ὀρνιθοτροφίαν *8, 2, 6*). *acc. sing.* -a VARRO rust. 2 praef. 2. 3, 2, 2 (-em COLVM. 8, 4, 5), *plur.* -as VARRO rust. 3, 3, 1. *legitur apud* VARRONEM (*15 locis*; aviarium *octies*) *et* COLVM. (*septies*; a. *octies*), *cum* CIC., PLIN. nat., PALLAD. *aliique praebeant* aviarium. [*falso trad.* VARRO rust. 3, 5, 1.]

i. q. aviarium, stabulum quarumlibet avium (*cf.* VARRO rust. 3, 3, 1; *variat cum* aviarium *ibid.* 3, 4, 3, *sed distingui videtur* 3, 3, 7; *usu strictiore de gallinario* COLVM. 8, 3, 1 [*antea*: gallinaria]. 8, 8, 3): 1 *usu sollemni* (*praeter ipsum aedificium saepius pastio avium respicitur, e. g.* VARRO rust. 3, 4, 1 COLVM. 8, 1, 3; *fusius de aedificio agunt* VARRO rust. 3, 5, 10 sqq. [*ad rem v. Fuchs, Röm. Mitt. 69, 1962, 96 sqq.*]. COLVM. 8, 3, 1 sqq.): VARRO rust. 2 praef. 2 quom vocent *vocabulis graecis* particulatim loca *villae*, procoetona ... peristylon, -a *eqs.* 2 praef. 5 *e villatica pastione* fructus tolli possunt non mediocres, ex -bus ac leporariis et piscinis (*item agitur de fructu*: 3, 2, 15. 3, 2, 16 non tibi decoquet ... -on. 3, 4, 1 volo de -e ... *dici*, quod lucri fecerunt hoc nomen turdi. COLVM. 8, 4, 6 *pastore fidem non servante* nullius -is quaestus vincit impensas). 3, 3, 1 *pastionis villaticae* genera sunt tria, -es, leporaria, piscinae; nunc -as dico omnium alitum, quae intra parietes villae solent pasci. 3, 3, 7 *olim erant* aviaria duo dumtaxat (*sc. gallinarium et columbarium*) ...; contra nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur -es ..., in quibus stabulentur turdi ac pavones. 3, 4, 2 duo genera sunt ... -is, unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub Casino (*de eodem* 3, 5, 8) ...; alterum fructus causa ...; (3) ex iis tertii generis voluit esse Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit ..., ut in eodem tecto -is inclusum triclinium haberet. COLVM. 8, 1, 3 in villa est *genus pastionis*, quod appellant Graeci -ας καὶ περιστερεῶνας ...; ea sunt omnia, ut Latine potius loquamur, sicut avium cohortalium stabula. 8, 3, 1 totius ... officinae, id est -is, tres ... extruuntur cellae. 8, 4, 5 intra -em ter die pascitur *gallina*. 8, 8, 3 (*agitur de columbario*) parietes ..., ut in -e praecepimus, ... excaventur. 8, 9, 1 *turturum* genus in -e nec parit nec excudit. 8, 10, 3 cibi ponuntur fere partibus his -is, quae super perticas non habent. 2 *iocose transfertur ad coetum hominum*: VARRO rust. 3, 2, 2 (*ad augurem*) recipis nos ... in tuum -a, ubi sedes inter aves (*sc. inter viros, quorum cognomina sunt* Merula, Passer *sim.*).

ornīthotrophīon (-īon?), -ī *n.*, ὀρνιθοτροφεῖον (-τρόφιον? *gr. non legitur praeter* GLOSS.); *cf.* ornithoboscion. *i. q. aviarium* (*cf.* GLOSS.[L] II Philox. AB 51. AV 48): VARRO rust. 3, 5, 8 genus ornithonis ..., in quo diceris longe vicisse non modo archetypon inventoris nostri -on M. Laeni Strabonis ..., sed etiam ... magna aedificia Luculli. *cf.* ὀρνιθοτροφία *l. 33 supra.*

ornix, *abl.* -niche *f.*, ὄρνιξ. *i. q. gallina*: SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 2, 2, 23 ('*pavone* potius quam gallina tergere palatum') posito pavone in mensa et -iche. GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922) p. 265, 71 *v. sub* ornisia. *cf.* GLOSS. III 571, 30 onix i. gallinacia.

Bohnenkamp.

ˣōrno, -āvī, -ātum, -āre. [*per syncopen ex antiquo* ōrdināre, *quae forma postea denuo ab* ōrdō *ficta est.* ōr- *sicut in* ōrdō *vel linguis q. d. romanicis vel vocibus cymr. e lat. mutuatis probatur. Sch.*]

scribitur horn- PS. DAMAS. epigr. 82, 7 CIL IX 259, 6 (*a. 395*) *et hic illic in codd.*; urn- CIL III 9634, 5 ITALA Matth. 23, 29 (cod. d) *et in var. l.* PLAVT. Trin. 857 (*B*). *de formis*: *inf. pass.* -arie⟨r⟩: CE 54, 5 (*aet. fere Sull.*). *perf. brev.* -asse *sim.*: CIC. Verr. II 3, 9. 4, 60 Manil. 9 Phil. 7, 17 CAES. Gall. 7, 33, 1. *al.* (-visset *non nisi* VITR. 2, 1, 6), -arim *sim.*: CIC. Verr. II 4, 123 Sest. 134 Phil. 5, 48 fam. 13, 65, 2. *al.* (-verim *sim.* CIC. fam. 13, 22, 2 PLIN. epist. 7, 33, 3. *al.*), -asti, -astis: CIC. p. red. in sen. 31 de orat. 1, 234 Tusc. 1, 112. *al.* (-visti, -vistis *non legitur*), -aram *sim.*: CIC. p. red. ad Quir. 12 de orat. 3, 10 nat. deor. 3, 83 SIL. 5, 143 CE 915, 1 (-veram *sim.*: CIC. Tusc. 1, 112 VERG. Aen. 12, 344. *al.*), -arunt *non nisi* CAPITOL. Maximin. 11, 3 (-verunt: VITR. 2, 1, 7. 4, 1, 7. 4, 2, 2 ITALA I Macc. 4, 57 [*recc.* BL= VVLG.]. *al.*). *notatur* o(rnatus): CIL III 503, 1. 1641, 3 (*v.* add. p. 1020). 7422, 7 (*al.*; *v. praeterea p. 1032, 60. 82*), orn(atus): CIL VIII 7963, 5 (*aet. Heliog.?*). INSCR. Dessau 9491, 3 (*aet. Hadr.*), ornat(us): CIL III 658, 1. V 5889, 10. XIV 3442, 3. *al.*, ornav(it): CIL X 6104, 5 (*saec. I a. Chr.*). *cum apice* ó-: CIL X 6104, 5 (*saec. I a. Chr.*). XII 1357, 12 (*saec. I*). LEX arae Aug. Narb. (CIL XII 4333) 2, 12, orná-: CIL XII 1375, 6 ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 9. NOT. Tir. 33, 86 -at. 33, 91 -tissimus. *litteris graecis*: ATHEN. 14 p. 647ᵉ κάτιλλος ... ὀρνᾶτος ὁ λεγόμενος παρὰ Ῥωμαίοις (*de specie quadam placentae*). *de notione*: FEST. p. 185 -tus dicitur et bonis artibus instructus et honores adeptus a populo; etiam bene aptus, ut miles aut gladiator; et acturus fabulas. SYNON. Cic. p. 443, 1 summus vir ... -tus. probatus. honestus *eqs.* p. 446, 23 tulit praemium. ... -tus. donatus honore *eqs.* GLOSS. -o: κοσμῶ. -ato: commendato. -tus: κεκοσμημένος. κόσμιος. GLOSS. II 347, 23 κεκοσμημένος: -tus, comptus, decoratus. 354, 3 κόσμιος: decorus, -tus. IV 530, 24 instruitur: -atur. 577, 36 venustum: decorum, -tum. 577, 37 venustavit: -vit. V 520, 18 bacatum: -tum. GLOSS.[L] II Philox. IN 491 insignis: nobilis vel magnus seu -tus. *de frequentia formarum*: *multo frequentius quam act. leguntur formae pass., inter quas longe praefertur part. perf. legitur* (*praeter* INSCR. column. rostr. *p. 1029, 38*) *inde a* PLAVTO, ENN., CATONE, TER., SCIP. min., LVCIL., ACC., C. GRACCHO, RHET. Her.; *adamatur a* CIC.; *deest apud* CATVLLVM; *abit in vocem graecam* ὀρνεύω (*v. Lampe, Patristic Greek Lex. sub voce*). [*formae q. d. romanicae, quas attulit M.-L. 6103, docti sermonis propriae sunt. St.*] [*confunditur cum compositis* ad- PS. SEN. mon. 153. *al.* (*var. l. dub.* PLAVT. Capt. 920 QVINT. inst. 5, 13, 56), ex- CIC. Phil. 11, 36 de orat. 1, 31 (*dub.* PETRON. 5, 16 QVINT. inst. 10, 1, 104). *cum aliis verbis*: armare CIC. leg. agr. 2, 90 de orat. 3, 141 PROP. 3, 9, 15. *al.*, honorare TER. Phorm. 853 CIC. Verr. II 1, 34 Phil. 9, 5 (*falsa var. l.* TAC. hist. 2, 57, 2 SVET. Claud. 28; *e coni. dub.* PEREGR. Aeth. 25, 9), onerare BELL. Afr. 72, 4. *al.*, orare PLAVT. Mil. 1195 RHET. Her. 4, 34, 45 CIC. Verr. II 4, 101 *et saepius* (*ad* OV. fast. 3, 815 *cf. Le Bonniec, Rev. Phil. 34, 1960, 208*), ordinare RHET. Her. 4, 34, 45 CIC. Sull. 75 *et saepius* (*falso trad.* NEP. Att. 18, 1); *part.* -tus *cum subst.* ornatus, -ūs PLIN. nat. 8, 154 regio instratu -tus (instratus ornatu *edd. vet.*), *cum* natus ORIBAS. syn. 5, 46, 3 La (or *del. Bulhart in exemplari nostro*, natis *sec. gr.* γενηθεῖσι).]

i. q. κοσμεῖν *vel* παρασκευάζειν (*sc. praestando aliquid decoris vel utilitatis, quod utrumque difficilius discernitur; ad usum instruuntur maxime pugnantes [v. p. 1026, 9], animalia [p. 1028, 15], instrumenta [p. 1029, 25 sqq.]; iuxta ponitur* instruere *passim, opp.* CIC. Phil. 10, 9 nat. deor. 2, 95 SEN. dial. 6, 18, 7, *expressis verbis distinguitur* LACT. opif. 2, 8).

CAPVT PRIVS: ***instruendo, excolendo, decorando*** *sim.*:

I *structura originaria 'aliquid aliqua re'* (*comitantibus p. 1025, 42, militibus p. 1029, 42. 44, aliis hominibus nec non animalibus p. 1027, 6. 54. 58*): A *-antur animantes eorumve membra, animus sim.* (*res publica, provincia sim. p. 1027, 55. 60*): 1 *homines, dei* (*statuae deorum v. sub B 1c*): a *spectat magis ad speciem quandam exteriorem*: α *in universum*: ① *-antur mulieres*: Ⓐ *perf. pass.*: PLAVT. Cas. 540 -ta exspectat domi (*sc. ut arcessatur ad parandas nuptias*). Epid. 214 -tae occurrebant ... amatoribus *meretrices*. 222 vestita, aurata, -ta ut lepide, ut concinne, ut nove (Persa 158 *v. infra.* Poen. 297). Mil. 791 eam huc -tam adducas ex matronarum modo, capite compto *eqs.* (Persa 158 lepide in peregrinum modum). 872 digne -ta incedit, haud meretricie (Truc. 463. VOPISC. Aurelian. 34, 3 Zenobia -ta gemmis, catenis aureis). Most. 249 cedo mi speculum et cum ornamentis arculam ..., -ta ut sim *eqs.* 293 satis. Poen. 285 bene (299 melius. Stich. 745 b. cum lauta est, tersa, -ta, ficta est). 301 *v. p. 1026, 46.* Rud. 187 hoc ornatu (*loquitur naufraga, cf. p. 1027, 32*). Truc. 475 ita (TER. Haut. 288 -tam ita, uti quae -antur sibi). SALL. hist. frg. 3, 18 cultu corporis -ta egregio (VAL. MAX. 3, 2 ext. 9 regio). OV. am. 1, 14, 17 ante meos oculos saepe est -ta (*sc. ab ornatrice*). 2, 4, 38 *syn.* culta. ars 3, 111 (*cf. 107* corpora ... coluere). SEN. contr. 1, 2, 7 sic ... ea veste. PETRON. 55, 6 vers. 10 matrona -ta phaleris pelagiis. APVL. met. 2, 9, 5 ut, quamvis ... omni ... mundo exornata mulier incedat, tamen, nisi capillum distinxerit, -ta non possit audire. 4, 33, 1 vers. 2 puellam -tam mundo funerei thalami. ITALA apoc. 21, 2 (Iren. 5, 35, 2, *cf. alias vers. et* VVLG.) sponsam -tam viro suo (*cf.* Is. 61, 10 *sub III B*). *sola*

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

specie, sine ornamentis: PLAVT. Most. 292 si pulchra est *mulier*, nimis -ta est. Ⓑ *aliae formae pass.* (*saepe mediopass.*): PLAVT. Mil. 251 dormit, -atur, lavat. Poen. 220 lavari . . . aut tergeri aut -ari *eqs.* (*in comparatione navis et mulieris*). 229 semper -antur, lavantur *eqs.* TER. Haut. 288 *v. supra.* Ov. ars 3, 147 testudine Cyllenea (*de ornatu capillorum ut*: 3, 244. FEST. p. 339 senis crinibus nubentes -antur. IVV. 6, 488. *v. etiam l. 12*). MANIL. 5, 546 *Andromeda.* VAL. FL. 5, 449 munere (*i. palla et corona*). MART. 9, 37, 1. VLP. dig. 34, 2, 25, 10 ornamenta muliebria sunt, quibus mulier -atur, veluti inaures, armillae *eqs.* PAVL. sent. 3, 6, 84 cetera, quibus collo vel capite vel manibus mulieres -antur. TERT. coron. 14 l. 12 operosius. ITALA I Petr. 3, 3 (Aug. epist. 147, 22, 51) quae a foris -antur capillorum incrispationibus *eqs.* (*aliae vers. per subst., sed cf.* I Tim. 2, 9 *infra*). *al.* Ⓒ *formae act.*: PLAVT. Poen. 215 neque eis (*i. mulieribus et navibus*) ulla -andi satis satietas est. CIC. Verr. II 2, 183 quasi . . . amicorum uxores . . . -turus esses. TIB. 3, 12, 5 -andi causas (*3* se . . . compsit). Ov. am. 2, 7, 17 sollers -are *serva* (*item spectat ad artem ornatricis:* SEN. frg. 36 digitos movent -antium modo *cultrices quaedam dearum*). APVL. met. 4, 26, 6 me . . . mundo nuptiali decenter -bat *mater.* VVLG. Esth. 2, 9 ut . . . tam ipsam quam pedisequas eius -ret atque excoleret *rex.* *reflex.*: VLP. dig. 34, 2, 35, 10 quae se emundaverint . . . in balneo neque se -verint. TERT. cult. fem. 2, 12 l. 17 se expinxerat et -verat *Thamar* (*de eadem*: ITALA gen. 38, 14 [Lib. iubil. 41, 9; *gr.* ἐκαλλωπίσατο, *Vulg.* mutato habitu]). ITALA I Tim. 2, 9 (cod. d) mulieres in habitu -to (ordin- *cod. r*) . . . -antes se (ordin- *cod. 86*) non ornaturis capillorum et auro aut margaritas (-is *aliae vers.*) aut vestitu pretioso, sed . . . per opera bona (cod. r *et* VVLG. in tortis crinibus *eqs., v. etiam* AMBROSIAST., PELAG., THEOD. MOPS. *ad l.; de eadem re v.* I Petr. 3, 3 *supra*). *al.*

(II) *-antur varii*: Ⓐ *perf. pass.*: PLAVT. Amph. 119 -tus in novum incessi modum (*Mercurius veste mutata; cf. 117* servili schema). Trin. 857 ut ille me exornavit, ita sum -tus. GRACCH. or. frg. (58 M.) Isid. orig. 19, 32, 4 qui . . . ut mulier est -tus (*sc. anulis ut*: SEN. benef. 3, 15, 3 isti -ti viri). VARRO Men. 120 muliebri -ti stola. RHET. Her. 4, 47, 60 quo melius -tus *citharoedus* (*antea*: palla . . . indutus *eqs.*). HOR. carm. 4, 3, 7 Deliis -tum foliis ducem. Ov. fast. 2, 111 in medias -tus desilit undas *Arion.* 6, 363 -tos . . . picta veste trumiphales . . . senes *a Gallis caesos.* LIV. 9, 30, 10 *tibicines.* SEN. epist. 47, 7 in muliebrem modum. PLIN. epist. 10, 74, 2 *rex insignibus.* SVET. Aug. 70, 1 pro Apolline -tum *Augustum.* ITALA Ezech. 28, 13 (Aug. civ. 11, 15) lapide pretioso (*gr.* ἐνδέδεσαι, *Vulg.* lapis . . . operimentum tuum *est*). *al.* *-atur homo comitantibus* (*cf. p. 1028, 14*): PLAVT. Capt. 447 huc -tus reveniam (*sc. cum captivo liberato*). Mil. 897 lepide . . . -tus incedis (*sc. cum puellis; aliter legit Ritschl*). Ⓑ *aliae formae pass.* (*saepe mediopass.*): PLAVT. Poen. 123 ibo, -bor (*loq. Prologus*). LVCIL. 264 rador, . . . pumicor, -or, expolior (*sic Krenkel*), pingor. SCIP. min. or. frg. (17 M.) Gell. 6, 12, 5 qui cotidie unguentatus adversum speculum -etur. IVV. 8, 253 lauro *triumphi.* TAC. Germ. 38, 2 ea cura formae (*sc. capillorum*) . . .; in altitudinem quandam et terrorem adituri bella compti . . . hostium oculis -antur. SVET. Nero 21, 3 *Neronem tragoedum* -ari ac vinciri catenis, sicut argumentum *Herculis insani* postulabat. TERT. pall. 3, 7 *vestis inventa* primum tegendo homini . . ., dehinc et -ando. CYPR. ad Donat. 7 p. 9, 8 viventes in ultroneum funus -antur (*sc. in ludis gladiatoriis*). Ⓒ *formae act.*: PLAVT. Epid. 194 -a te, Epidice (*item reflex.*: Mil. 1195 abi cito atque ⌊-a te⌋ [-are *trad.*]. PROP. 3, 9, 15 signo se Iuppiter -at [*i. quasi induit statuam*]). TER. Eun. 377 -a me (*sc. vestibus eunuchi*). CIC. de orat. 2, 124 quem procrearis . . ., eum non et vestire et -are. NEP. Dat. 3, 1 *virum* -vit . . . torque atque armillis aureis ceteroque regio cultu. VERG. ecl. 7, 25 hedera . . . -ate poetam (*cf.* HOR. epist. 1, 19, 26 ne me foliis . . . brevioribus -es). NVX 9 sertis -are . . . agricolas . . . deos. LVCAN. 7, 458 fulminibus manes . . . -bit et astris *Roma per apotheosin.* IREN. 4, 39, 2 (4, 64, 2 H.) -bit te *deus* (*specie sim.*). PANEG. 6, 2, 3 te isto habitu . . . -vit *iste dies.* CAPITOL. Maximin. 11, 3 regio apparatu.

(III) *-antur corpus eiusve partes*: Ⓐ *capilli* (*cf. p. 1024, 78. supra l. 6. 17. 25. 49*): VARRO ling. 5, 129 *calamistris* capillus -atur (PROP. 1, 2, 1 = 4, 5, 5 -to procedere . . . c. Ov. am. 1, 14, 5. 2, 7, 23 fast. 4, 309. CVRT. 8, 9, 27 pectit atque -at. MART. 2, 66, 5. FRONTO p. 137, 24 v. d. H. [p. 143 N.] acu. ITALA Iudith 10, 3 [Sangerm. 15; *gr.* διέξανε, *Vulg.* discriminavit]). Ov. ars 3, 138 -tis . . . comis (SERV. Aen. 6, 300. *in imag.*: CLAVD. carm. min. 30, 4). STAT. silv. 3, 4, 55 -at crines *pueri* (TERT. cult. fem. 2, 7 l. 1. CLAVD. 7, 84 diademate. ISID. orig. 19, 31, 9). COMM. instr. 2, 18, 5 -as . . . ad speclum cincinnos fronte reflexos. Ⓑ *aliae partes*: TIB. 1, 8, 11 fuco . . . genas -are. PROP. 2, 18b, 36 nimis -ta fronte. Ov. met. 6, 163 tempora frondibus. 10, 263 vestibus artus. CVRT. 9, 1, 29 lacerti . . . et bracchia margaritis -ta erant. FRONTO p. 98, 14 v. d. H. (p. 38 N.) ut cuius . . . ingluvies . . . -etur *margaritis.* VLP. dig. 34, 2, 23, 2 magis capitis tegendi quam -andi causa (TERT. nat. 2, 8, 16 *suggestu.* VVLG. IV reg. 9, 30. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 173 c. -tum habens compositione crinium). VVLG. gen. 24, 47 suspendi . . . inaures ad -andam faciem eius. iud. 5, 30 colla (Ps. AMBR. pudic. Migne suppl. 1, 617 pretiosis . . . ponderibus). *al.* ? ventrem (*sc. cibis*): EVAGR. sent. mon. 82 (Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 210) exornans vestimenta sua et -ans ventrem suum nutrit cogitationes turpes (*gr.* πληρῶν, *alia vers. Migne 20, 1184*B implet; *vix de decore; fortasse legendum* oner-*?*). Ⓒ *ipsum corpus*: VLP. dig. 34, 2, 25, 10 quae *ornamenta* . . . parantur . . . corporis -andi causa (AVG. civ. 19, 13 p. 379, 5 D. ad alendum, tegendum, curandum -andumque c. in psalm. 48 serm. 2, 7 l. 41 [*mortui ut*: COMM. instr. 2, 33, 3]). LEANDER reg. praef. p. 879A cito movet alienam libidinem caro -ta.

β *instruuntur pugnantes* (*animalia v. sub 2, naves, classem v. sub B 1e*): Ⓘ *copiae, exercitus sim.* (*in imag.* PLAVT.): PLAVT. Pseud. 676 iam instituta, -ta cuncta in ordine (*comparatur domus lenonis cum oppido expugnando, v. 585 sqq.; ad hunc versum cf. maxime 761* omnes ordine . . . ducam legiones). CIC. Manil. 20 copias omnibus rebus -tas atque instructas (LIV. 40, 47, 8). leg. agr. 2, 90 ad bellum instruendum et ad exercitus -andos (fam. 2, 10, 2 auxiliis. 12, 10, 2 quibuscumque potuero rebus. LIV. 1, 43, 8 -to distributoque. 44, 1, 6 TAC. hist. 3, 63, 1. *al.*). LVCR. 2, 43 (*versu varie emendato*) legiones . . . -tas armis (*paulo aliter*: SVET. Iul. 24, 2 ex Transalpinis conscriptam, . . . disciplina cultuque Romano institutam et -tam). BELL. Alex. 50, 3 maximis . . . -antur impensis *equites* (LIV. 29, 1, 3 equis armisque instructi atque -ti). LIV. 10, 40, 12 acies -ta armataque. *al.* (II) *pertinet magis ad instructionem singulorum* (*reflex.* Ov. epist., PLIN. epist.): ENN. ann. 184 scutisque feroque -atur ferro (CIC. Caecin. 60 s. telisque. TAC. Germ. 13, 1 s. frameaque). CIC. Phil. 7, 17 Thraecidicis. NEP. Ages. 3, 2 quo studiosius armarentur insigniusque -rentur *milites.* VERG. Aen. 10, 638 telis (*v. l. 24*). 12, 344 armis (LIV. 7, 14, 7 agasones. SVET. Iul. 67, 2. *al.; de armis ut spoliis*: Ov. epist. 9, 103 se quoque . . . tuis -vit [oner- *var. l.*] . . . a. *Omphale.* met. 13, 122 referentem -ate relatis *sc. armis Achillis*). FRONTIN. strat. 3, 2, 11 clamide et galeari ad Macedonicum -tus est habitum (SVET. Cal. 25, 3 c. peltaque et galea -tam *Caesoniam ut militem*). PLIN. epist. 6, 25, 3 ad instruendum se -andumque. *al.* *cf. de telis Cupidinis*: EXPOS. mund. 48 Venus . . . sagitta Cupidinis -ta.

γ *de naturali institutione corporis*: PLIN. paneg. 4, 7 festinatis senectutis insignibus . . . -ta caesaries. LACT. opif. 7, 9 *caput hominis pilo* quasi summum aedificii culmen -vit *deus.* FIRM. math. 1, 10, 8 gentes illas . . . lumine splendidi candoris -ari (*agit de colore cutis*). 4, 19, 28 oculos . . . -at pulchritudinis honestate *Mercurius dominus geniturae.* *cf. formam vi divina mutatam*: CLAVD. DON. Aen. 1, 595 p. 117, 6 sic -verat filium *Venus* (*ad Verg. Aen. 1, 588 sq.* refulsit os umerosque deo similis *Aeneas*).

b *spectat magis ad opes, honores, praestantiam sim.* (*eas, quas distinximus, rationes in singulis exemplis saepius confundi praemonere liceat*): α *ad bona ingenii, mentis sim.*: Ⓘ *usu communi*: Ⓐ *in struct. pass.* (*p. p. p. praeter* FIRM. math. 3, 6, 24. 6, 26, 5): PLAVT. Poen. 301 bono med esse ingenio -tam quam auro multo mavolo (*cf.* CIC. off. 1, 119 excellenti ingenii magnitudine aut praeclara eruditione atque doctrina. FIRM. math. 6, 23, 6 ingenii gratia). CIC. Q. Rosc. 7 fide, virtute, gravitate, auctoritate (Planc. 58 omni et humanitate et v. fin. 2, 112 artibus atque v. 4, 59. 5, 93 Tusc. 5, 28. *al.*). Cluent. 176 honesti atque omnibus rebus -ti (Flacc. 98. Planc. 30 tam externis quam domesticis. or. frg. A VII 4. *al.* LVCR. 1, 27. *cf. p. 1027, 15 et* CIC. de orat. 1, 170 multis. Brut. 78 reliquis. SYMM. epist. 7, 94 cunctis). leg. agr. 2, 64 patientia paupertatis. Mur. 53 virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis -tum. Cael. 39 divinis quibusdam bonis (CIL XII 2143, 5). de orat. 1, 115 naturae muneribus (leg. 1, 35 deorum). Brut. 332 uberrimis artibus (fin. 2, 112 Tim. 1 fam. 13, 40 MAT. Cic. fam. 11, 28, 1). *al.* *part. perf. pro subst.* (*vocat.*): AVSON. 196, 49 p. 56 P. -te bonis. CE 1388, 9 (*a. 577*; = 1337, 3) meritis -te. Ⓑ *in struct. act.*: CIC. leg. 1, 26 hominem . . . natura . . . celeritate mentis -vit (fin. 5, 59 sensibus *animum* [VITR. 2, 1, 6 *cum* n. non solum s. -visset gentes, sed etiam cogitationibus . . . armavisset mentes]). 1, 27 hominem . . . ⟨ita⟩ generavit et -vit deus *eqs.* FIRM. math. 2, 30, 13 animum tuum his ornamentis ac praesidiis virtutis -veris. AVSON. 162, 10 p. 31 P. me . . . artibus -asti, quas didicisse iuvat.

(II) *usu speciali christiano spectat ad interiorem hominem* (*cf. p. 1025, 25; reflex.* I Petr., templum pectoris PRVD.): ITALA I Tim. 3, 2 (cod. d = VVLG.) oportet . . . episcopum inreprehensibilem esse . . ., sobrium, prudentem, -tum *eqs.* (*gr.* κόσμιον, *cod. 89* ordinatum; *pendent et explicant*: TERT. monog. 12, 7. HIER. epist. 69, 8, 7 qui vitia non habet, inreprehensibilis appellatur; qui virtutibus pollet, -tus est. adv. Iovin. 1, 35 et castitate et moribus. PELAG. *ad l.* ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 125, 8 THEOD. MOPS. *ad l.*). I Petr. 3, 5 (cod. q, *cf.* Aug. spec. 44 p. 264, 8. *al.*) sic (*i. cultu cordis*) . . . mulieres sanctae . . . -bant se, subiectae suis viris (*huc spectat* TERT. cult. fem. 2, 13 l. 41 caput maritis subicite et satis -tae eritis). CYPR. ad Donat. 15 p. 15, 23 te excolendum magis *quam domum tuam*, te potius -andum. HIL. in Matth. 5, 2 bonitatis operibus (*cf. p. 1025, 27*) caput nostrum, id est vitae nostrae sensus -andus est. HIER. epist. 52, 5, 6 non . . . vestibus, sed moribus (adv. Iovin. 1, 35 *v. supra.* RVFIN. hist. mon. prol. p. 389/90. 1 p. 401A [*gr. 1, 43* τίμιος]). PRVD. c. Symm. 2, 842 templum pectoris -ant *Christiani.* AVG. serm. 161, 11, 11 dedit invisibili *homini* divitias invisibiles et invisibilem -vit invisibiliter.

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. Avg. catacl. 6, 9 cum fuerit intrinsecus pudore castitatis -tus (*cf.* serm. 153, 3 indumento castitatis). c. Iud. pag. Ar. 23 *ecclesia* pia mater . . ., intrinsecus sui viri (*i. Christi*) dignitate -ta. Svlp. Sev. epist. app. 2, 13 p. 243, 7 (*fort. Pelagii*) -etur plane *virgo*, sed interioribus ornamentis. *al.*

β ad bona fortunae, divitias sim. (-atur *familiā, filiis sim.* Cic. Catil., ad Brut., Itala; *reflex. l. 13*): (i) *vario usu*: Plavt. Rud. 908 me . . . pulchre -tum expedivit *Neptunus piscatorem vidulo invento*. Cic. S. Rosc. 8 ut spoliis . . . -ti auctique discedant *sicarii* (*cf.* Sull. 50 exuviis). 117 tribus praediis, hoc est praemiis sceleris, -tus. Verr. II 2, 35 non solum . . . divitem, sed etiam -tum supellectile, argento, veste, mancipiis futurum. II 4, 60 neque se satis . . . instruxisse et -asse (*item reflex.* Vitr. 6 praef. 1). II 4, 62 copiose. leg. agr. 1, 6 *insignibus imperii* (*sc. possessionibus publicis*). Catil. 2, 18 tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus -tus et copiosus (Marcell. 34 div. 2, 23. *al.; cf. p. 1026, 51*). prov. 35 Fortunae muneribus (*cf.* fam. 13, 13 cum virtutibus, tum etiam fortuna. ad Brut. 26, 2 W. honoribus . . ., fortunis . . ., coniuge, liberis, . . . adfinibus. Bell. Alex. 25, 4 quos plurimis beneficiis -vit Fortuna). *al.* Nep. Them. 2, 3 divitiis (Firm. math. 8, 24, 4). Verg. (?) catal. 9, 21 -bant . . . heroida divi . . . munere . . . suo (Vitr. 7 praef. 7 Val. Max. 4, 8 ext. 2. *al.; cf.* Cic. prov. *supra*). Hor. epist. 2, 2, 32 *miles fortis* donis -atur (Homer. 892 Qvint. decl. 377 p. 418, 10. *al.*). Plin. epist. 3, 21, 3 aut honoribus aut pecunia. Itala I Macc. 2, 17 (rec. B = Vvlg.) -tus filiis et fratribus (*gr.* ἐστηρισμένος, *rec. L* confirmatus. *cf.* Firm. math. 8, 19, 10 subole). *al.* (ii) *per ironiam in comoedia de eo, qui mala fortuna afficitur*: Plavt. Aul. 721 male perditus, pessime -tus eo (*sc. thesauro amisso*). Capt. 997 incedit huc -tus haud ex suis virtutibus (*respondet quodammodo versui* 447 *p. 1025, 43; paulo aliter* Ter. Ad. 176 -tus esses ex tuis v. [*i. male tractareris, ut meritus es*]). Rud. 488 ad hoc exemplum amittit *Neptunus* -tum *naufragum* domum (*item de naufrago*: 573 vides me -tus ut sim vestimentis uvidis. *cf. p. 1024, 74*). 730 ita te hinc -tum amittam, tu ipsus te ut non noveris (*sc. vapulatus*). *ambigue*: Evgraph. Ter. Eun. 242 tali habitu et miseria . . . -tus (*Ter.*: quae habitudost corporis? *cf. v. 237* quid istuc . . . ornatist?).

γ ad officia, munera publica sim.: (i) *vario usu*: Cic. Verr. II 1, 34 -bat (honorabat *var. l.*) eum *Verrem* beneficiis officiisque omnibus (Mur. 86 maximo b. populi Romani -tus . . ., quod primus in familiam veterem . . . consulatum attulisset. *al.*). II 3, 94 cos, qui in operis erant. leg. agr. 2, 23 -ari hunc *Pompeium* iustissime. 2, 26 lege curiata decemviros -at (*antea*: quae potestas . . . detur). Flacc. frg. schol. Bob. p. 96, 18 quorum amplissimis iudiciis -tus quaestor factus est. Sest. 17 se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperi -tos esse (fam. 7, 5, 3 huic ego neque tribunatum neque praefecturam neque ullius beneficii certum nomen peto . . . neque impedio, quo minus . . . hisce cum -es gloriolae i. [*scripserat* Caes. Cic. fam. 7, 5, 2 alium mitte, quem -em]. Val. Max. 1, 7, 5 consulatus -tum i. 5, 6, 2 militaribus). 134 cum . . . ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis -arit (de orat. 1, 202 n. oratoris). prov. 39 C. Iulius omnibus a senatu eximiis aut novis rebus -tus. *et saepius.* *spectat ad subsidia magistratuum vel administrationis* (*provinciae*): Cic. leg. agr. 2, 32 -at *Rullus decemviros* apparitoribus, scribis, librariis, praeconibus, architectis, praeterea mulis, tabernaculis, centunculis, suppellectili. Mur. 85 si -ta suis praesidiis erit res publica. Att. 3, 24, 1 consulibus -andis. ad Q. fr. 2, 3, 1 de provinciis quaestorum et de -andis praetoribus. ad Brut. 26, 5 W. Cassius . . . satis -us. Liv. 42, 1, 9 magistratus mulis tabernaculisque et omni alio instrumento militari -bantur. *obi. est ipsa provincia*: Cic. Pis. 5 provinciam Galliam senatus auctoritate exercitu et pecunia instructam et -tam (Phil. 11, 23 instructam -tamque. Att. 3, 24, 1.2 fam. 15, 4, 13 Liv. 40, 36, 5. Svet. Iul. 18, 1 [ordin- *trad.*]). Phil. 10, 9 *Graecia* M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non instructa solum, sed etiam -ta. (ii) *in titulis* (*spectat fere ad insignia vel privilegia honoris causa tributa, cf. p. 1012, 32; p. p. p. praeter* CIL X 4643, 14): ornamentis: CIL III 503, 1 aedil(iciis) (Inscr. lat. Corinth. West 105, 6 ae. et II vir. et agonothetic. et quinq(uennalibus) o.). IX 5358, 4 (*ca. a. 140*) consularibus. Inscr. lat. Corinth. West 58, 7 (*ca. a. 100*) praetoriis. Inscr. Tripol. Reynolds-Perkins 606, 8 (*aet. Caracallae*) decurionalibus (CIL III 3016, 7. 6294, 4. *al.; cf.* XIV 2045, 10 decurionatus). *alia*: CIL III 6757, 2 militiis equestribus. V 27, 7 (*a. 198*) equo publ(ico) (VIII 7963, 5 XIV 2922, 19. 3442, 3. 3919, 3 Inscr. Afr. Cagnat-M.-Ch. 137, 3 *aet. Severi. v. etiam vol. V 2, 735, 50*). Inscr. Dessau 9491, 3 (*aet. Hadr.*) honor(ibus) decurionalib(us). *? inde* -tus *i. q. ornamentarius*: Inscr. Année Epigr. 1966 n. 276 *Claudio Decriano* dec(urioni) -to aput municip(ium) Altinatium (*sic legit ed., sed fortasse solvendum* decurionatu).

δ ad varios honores, laudes sim. (*notabiliora selecta; refl.* Phaedr.): Cic. Verr. II 2, 168 *Verres* non solum diligitur, sed etiam -atur *a Siculis* (CE 111, 53 [*a. 384*] iuvans maritum, d., -ans, colens. *cf.* Plin. epist. 6, 34, 1 amaris, suspiceris, -aris). Cluent. 140 summis -at senatum laudibus (Catil. 4, 21 eximia l. Phil. 2, 25 qui me non solum meis l. -ret, sed etiam oneraret alienis. *al.* Liv. 30, 15, 11. *al.*). 177 honoribus populi (leg. agr. 2, 64 dom. 118. *al.* Vitr. 10 praef. 1 Tac. ann. 4, 2, 3. *al.; vergunt nonnulla ad γ*). Rab. perd. 8 cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae . . . -etur. Flacc. 103 te . . . omnium bonorum praesidio . . . non modo munitum, sed etiam -tum fore. dom. 88 defensus, amplificatus, -tus (p. red. in sen. 31 fam. 1, 9, 19). prov. 41 ornamenta, quibus ille me -bat. fam. 5, 8, 2 aut colendi aut -andi (Cvrt. 4, 14, 6. *v.* CE *supra. cf.* Plin. epist. 3, 2, 4 -andus excolendusque). Sen. contr. exc. 8, 2 non erat tam necesse -are deos (*sc. statuis faciendis*) quam vindicare. *et saepius.* *pertinet ad laudem alienam* (*falsam*): Cic. Verr. II 4, 81 -entur alii mortui *Africani* virtute ac nomine. Planc. 22 se huius honore -ari. Phaedr. 4, 24, 23 se falsis -ant laudibus. *pertinet ad comitatum honorificum*: Capitol. Aur. 8, 10 Verum . . . Marcus . . . amicis comitantibus a senatu -vit *eqs.* (*cf. p. 1025, 42. 1029, 54. 61. 1031, 76*).

2 *animalia* (*ad cibum praeparata v. sub B1b*): Cato agr. 10, 1 asinos -tos (Ov. fast. 6, 347 quem *a.* tu, *Vesta* . . ., de pane monilibus -as). Bell. Afr. 72, 4 -tusque (oner- *plerique cod.*) ac loricatus cum esset elephans (86, 1 *e.* -tos armatosque cum turribus ornamentisque capit. Nep. Hann. 3, 4 [oner- *var. l.*]). Verg. Aen. 7, 488 adsuetum *cervum* . . . Silvia . . . mollibus intexens -bat cornua sertis (*cf.* Romvl. *infra*). Liv. 27, 19, 12 equum . . . -tum donat (31, 37, 12 Val. Max. 4, 3, 4. 5, 1, 7. Itala II Macc. 3, 25 [rec. L] opertorio [*gr.* διακεκοσμημένος, *aliae vers.* ex-, adornatus]. *cf.* Plin. nat. 8, 154 regio instratu -tus *Bucephalas*). Stat. Theb. 7, 570 *tigres*. Vlp. dig. 21, 1, 38 pr. (*ex edicto aedil.*) iumenta. Iren. 2, 30, 3 (2, 46, 3 H.) animalium . . . forma -torum (*item pertinet ad institutionem corporis*: Lact. opif. 2, 8 ut mirabiliter, si utilitatem cogites, instructa, si speciem, -ta videantur. Macr. Sat. 1, 19, 12 multorum oculorum luminibus -tum *Argum*. Romvl. fab. 79, 2 rec. vet. *et* gall. cervum . . . cornibus -tum). *al.* *partes corp.*: Clavd. 22, 472 comas *equorum* (*sc. sertis*).

B *res*: **1** *spectat magis ad speciem, habitum, apparatum sim.* (*sc. quodammodo exteriorem*): **a** *praeparantur sacra sim. agenda*: Plavt. Cas. 546 non -atis apud vos nuptias?:: -o et paro (*cf. 419* adorna nuptias). Cic. rep. 6, 2 ex aere congesto funus desubito esset -tum (Svet. Aug. 100, 2). Mart. 7, 74, 5 -entur frondibus idus *Maiae*. Apvl. met. 4, 16, 1 -ando muneri *gladiatorio* (*cf.* Vopisc. Car. 19, 1 ludos . . . novis -tos spectaculis). Tert. adv. Marc. 4, 12 p. 456, 16 ne sabbatum creatoris -ret. Peregr. Aeth. 25, 11 omnia ita -antur ibi et celebrantur (*sc. in sollemnitate in monte Oliveti habita*).

b *paratur cena*: *α instruitur mensa, convivium*: Plavt. Rud. 141 prandium (*cf.* Cic. Arat. 425 epulas. Quinct. 93 -are magnifice splendideque convivium [Verr. II 4, 44 -are et apparare]). Hor. carm. 1, 37, 3 -are pulvinar deorum . . . dapibus. Apvl. met. 2, 24, 5 cenarum . . . reliquiis discus -tus. Vvlg. Sirach 29, 33 mensam (Ezech. 23, 41). *β praeparantur cibi* (*maxime fercula, animalia*): Cato agr. 76, 4 solum *placentae* contrahito -atoque (*pro obi. iungunt vulgo* focum, *sed cf.* Athen. 14 p. 647ᵉ κάτιλλος . . . ὀρνᾶτος *inter* εἴδη πλακούντων). Ivv. 11, 64 fercula . . . nullis -ta macellis. Apic. 6, 2, 1 gruem . . . lavas et -as (6, 2, 3. 6, 6, 1. *al.*). 8, 6, 9 antequam coquatur, -tus consuitur *haedus* (*sim.* 8, 8, 12). 8, 7, 1 *porcellum* curas, a gutture exenteras, a cervice -as. 8, 7, 7 porcellum quasi aprum (*cf.* 8, 7, 8 in modum apri). *al.* *aspergendo*: Apic. 9, 10, 2 ovis incisis -atur impensa (*cf. 4* asperges ovis . . . concisis).

c *instruitur locus, aedificium, statua sim.* (*arbores sim. l. 82*): Plavt. Poen. 1175 delubrum. Lvcil. 146 forus olim -tus lucernis ([*v. Marx ad l. et Pease ad* Cic. nat. deor. 1, 22]). Cic. Verr. II 1, 141. 3, 9 signis et tabulis f. comitiumque. *al.* Liv. 9, 40, 16. 10, 46, 8. *al.*). Rhet. Her. 4, 53, 66 plurimis tropeis -ta urbs (Cic. Verr. II 1, 56 u. antiquam et omnibus rebus auctam et -tam. *al.* Liv. 26, 21, 8 Vell. 2, 89, 4. Sen. apocol. 10, 2. *al.*). Cic. Verr. II 2, 183 villas (II 3, 9 manubiis. II 5, 127 spoliis. phil. frg. V 17 omni apparatu venustatis. Plin. epist. 3, 19, 2 colere et -are). II 3, 9 fana spoliis (II 4, 101 Avr. Vict. Caes. 35, 7). II 4, 3 domus . . . -ta . . . fuit (II 4, 83 monumentis. off. 2, 76 Met. Pivs ind. cen. [Macr. Sat. 3, 13, 11]. Vitr. 2, 8, 10 marmore. Tac. ann. 15, 71, 1 lauru. Apvl. apol. 93, 5 opulente. *al.*). II 4, 123 deos deorum spoliis (*i. statuas deorum ut*: Tib. 2, 1, 54 Sen. contr. exc. 8, 2. *al.; cf.* Cic. dom. 112 *imago deae falsae* rei publicae spoliis -bitur. nat. deor. 3, 83 Iovem *amiculo aureo* [*de eadem re*: Val. Max. 1, 1 ext. 3]. *sim. al.*). II 4, 123 templa (II 4, 124. Verg. [?] catal. 14, 6 ture . . . aut picta . . . tabella. Cvlex 83 spoliis. Liv. 10, 46, 8. *al.; cf. imag. p. 1026, 83*). Flacc. 95 sepulcrum . . . floribus (Prop. 3, 16, 24 sertis. Frontin. strat. 1, 12, 5 Vlp. dig. 43, 24, 11, 2. *al.; cf.* Svet. Nero 57, 1 tumulum. Itala Matth. 23, 29 [cod. a *al.* = Vvlg.] monumenta). de orat. 3, 10 *rostra* manubiis (Paneg. 11, 19, 5 exuviis). parad. 38 in villa *veterum* . . . nihil -tum fuit praeter ipsos *dominos* (*sententia inversa*: Apvl. Socr. 22 p. 171). *al.* Nep. Cim. 2, 5 his ex manubiis arx Athenarum . . . est -ta. Verg. georg. 4, 276 -tae torquibus arae (Sen. contr. 10, 5, 10 muneribus. Sen. Thy. 464. 684). Ov. ars 1, 407 -tus . . . sigillis *circus*. *al.* Vitr. 5, 6, 9 satyricae *scaenae* -antur arboribus *eqs.* (Plin. nat. 17, 6). *et saepius.* *in cultura terrae*: Cic. Arat. 115 foliorum tegmine . . . arbusta -ta (*cf.* Clavd. Don. Aen. 6, 280 p. 547, 7 *arbores* frondibus). Lvcr. 5, 1377 omnia, quae pomis intersita . . . -ant *homines*. Verg. georg. 4, 119 hortos quae cura

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

colendi -ret (*cf.* Alf. dig. 32, 60, 3 topiarium). Expos. mundi 48 regio . . . frumento, vino et oleo -ta. *pertinet ad formam terrae*: Cic. Verr. II 4, 3 Messana, quae situ, moenibus portuque -ta sit. Bell. Hisp. 29, 4 ut locus . . . aequitate -retur (*Fleischer,* equitatum -ret *trad.*). Expos. mundi 64 quae *insula* centum . . . civitatibus -ta est.

d *instruitur mundus, caelum sim.*: Cic. Tusc. 1, 68 nocturnam . . . caeli formam undique sideribus -tam. nat. deor. 1, 22 quod concupisceret deus mundum signis et luminibus tamquam aedilis -are (Lact. inst. 2, 8, 8 instruxisse et -asse. Ambr. hex. 1, 8, 28. Avg. civ. 11, 23 p. 492, 30 D. naturis bonis). 2, 95 caelum . . . astris distinctum et -tum (Apvl. mund. 21 solis orbe et lunae globo ceterisque . . . siderum facibus [*Ps. Aristot. 396 b 28 διεκόσμησε*]. Ps. Hil. libell. 5 p. 75, 7. Vvlg. Iob 26, 13 [*sc. specie serena*]). Lvcr. 5, 695 loca caeli . . . dispositis signis -ta. Germ. 57 tempora *Serpentis sideris* . . . -antur flammis. Apvl. mund. 1 mundus est -ta ordinatio (*cf. Ps. Aristot. 391 b 11 τάξις τε καὶ διακόσμησις. similiter*: Iren. 2, 7, 5 [2, 6, 3 H.] -tae dispositionis). Novatian. trin. 1, 1 haec omnia propriis et condignis instrumentis et -ta et plena. Macr. Sat. 1, 19, 13 is . . . ambitus caeli stellarum luminibus -tus. *distinguitur sidus positione*: Mart. Cap. 8, 851 illa *fixa sidera* caeli tantummodo cursibus commoventur propria statione -ta (servata *Eyssenhardt frustra*).

e *instruuntur variae res*: Cato agr. 10, 2 iuga cum loris -ta (*vix* cum *instrumentale ut p. 1031, 83*). 22, 3 cupam -tam. *ibid.* emptus -tus *trapetus* (*vix* ornatus *subst.*). Cic. Tusc. 5, 61 abacos . . . argento auroque (Varro ling. 9, 46). Varro ling. 7, 40 inauratos . . . clupeos, quibus . . . -tae erant turres *elephantorum.* Ciris 30 in peplo texuntur . . . pugnae, magna Giganteis -antur pepla tropaeis. Eleg. in Maecen. 1, 63 thyrsus . . . gemmis -tus et auro. Frontin. (?) strat. 4, 1, 5 -tum scutum elegantius. Svet. Claud. 13, 2 neque aquilae -ari . . . potuerunt. Vlp. dig. 32, 52, 5 libri nondum malleati vel -ti. 34, 2, 19, 13 illud spectamus, quid cuius rei -andae causa adhibetur, ut accessio cedat principali (*sim. ibid.* 20. *cf. ibid.* 15 si margaritae auri -andi gratia adhibitae sunt). Min. Fel. 29, 7 inauratae cruces et -tae. Itala Matth. 25, 7 (cod. ff^2= Vvlg.) -verunt lampades (*aliae vers.* composuerunt, aptaverunt). *al.* *naves sim.*: Inscr. column. rostr. (CIL I^2 25) 7 ⟨c⟩lases . . . navales (Cic. Verr. II 5, 42. 80. 135 instructam atque -tam. Manil. 9. 21 Liv. 9, 30, 4. *al.* Vitr. 2, 8, 14. *al.*). Cic. Verr. II 1, 86 myoparonem . . . -tum atque armatum. II 5, 50 navem . . . armatam atque -tam (II 5, 133 instructarum -tarumque. Nep. Dion 9, 2 n. triremem armatis. Liv. 37, 50, 5. *al.* Frontin. strat. 2, 13, 9. *al.*). Lvcan. 3, 511 robore picto -tas . . . carinas. Homer. 183 instruxere rates -tas milite forti.

2 *spectat magis ad splendorem laudis, gloriae, praestantiae sim.*: a *augentur, nobilitantur variae res* (*exempla notabiliora selecta*): Cic. S. Rosc. 138 non modo non laedetur causa nobilitatis, . . . verum etiam -bitur. Catil. 3, 29 ut ea, quae gessi in consulatu, privatus tuear atque -em. Sull. 4 quorum studio et dignitate celebrari hoc iudicium, -ari causam . . . vides. Arch. 22 iis laudibus non solum ipse, qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen -atur (Phil. 5, 48 *rebus gestis*). dom. 91 factum. Sest. 83 cuius mortem -andam monumento . . . putaretis (Phil. 9, 5 non monumento, sed luctu. Paneg. 3, 27, 4). Pis. 31 vestrum egressum -ando et celebrando . . . prosequebantur. de orat. 1, 234 artem *iuris* . . . verborum . . . dote locupletasti et -asti (*cf.* 1, 235 novo . . . ornatu . . . -are iuris . . . scientiam. 3, 141 -vit et inlustravit doctrinam *Aristoteles coniungendo cum arte oratoria.* Vitr. 1, 1, 1 architecti est scientia pluribus disciplinis et variis eruditionibus -ta [*sim.* 2, 1, 8]). off. 1, 139 -anda est dignitas domo (fam. 13, 79. Lep. Cic. fam. 10, 34^a, 3 augendam et -andam. Plin. epist. 6, 32, 1 *veste et comitatu.* Fronto p. 162, 9 v. d. H. = p. 170 N.). Nep. reg. 1, 4 corporis formae, quam incredibili -vit virtute belli (*cf.* Sen. epist. 66, 4 non deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine animi corpus -ari. Apvl. apol. 4, 9 gratiam corporis morum honestamentis). Hor. epist. 2, 1, 2 cum . . . res Italas armis tuteris, moribus -es (Paneg. 2, 11, 6 m. *Balduinus, Mynors,* moenibus *trad.*). Val. Max. 3, 4, 6 -ta sunt . . . ab eo *Catone* litterarum latinarum monumenta (*sc. scriptis suis*). 5, 5, 3 hoc exemplo vetustas, illo saeculum nostrum -tum est. *al.* *excolitur vita*: Cic. Sull. 75 per quos *amicos* res eius secundae quondam erant -tae ([ordin- *var. l.*]. Arch. 16 haec studia . . . senectutem oblectant, s. r. -ant [*cf. Aristot. apud Diog. Laert. 5, 19 εἶναι κόσμον*]. fam. 5, 13, 5). Vitr. 2, 1, 7 auctam per artes -verunt voluptatibus elegantiam vitae. Sen. benef. 7, 1, 7 contemptor omnium, quibus torquetur vita, dum -atur (dial. 6, 18, 7 artes alias, quae v. instruant, alias, quae -ent. Lact. ira 13, 8. Avg. civ. 22, 24 p. 613, *19* D. de natura mentis humanae, qua ista v. mortalis -atur. *cf.* Gell. 9, 4, 12 usum vitae).

b *pertinet ad orationem expoliendam* (*usu fere rhet. et gramm.*): α *cum obi., quae significant argumentum orationis* (*vergunt quaedam ad a*): Ter. Eun. 214 munus nostrum -ato verbis (Cic. p. red. ad Quir. 15 dignitatem. Phil. 4, 9 *provinciam Galliam.* de orat. 2, 79 inventa. Tusc. 3, 37 aut v. tam vehementer -anda aut re . . . expetenda *virtus. al.; cf.* Avg. doctr. christ. 4, 14, 30 spumeo verborum ambitu). Flacc. 82 -bat facile locum, quem prenderat. p. red. ad Quir. 5 *beneficia* augere et -are oratione (de orat. 1, 142 *inventa* vestire atque -are). de orat. 1, 69 *cetera* -are dicendo (1, 221 d. amplificat atque -at). 1, 250 cuius eloquentia copia rerum debeat esse -ta. 2, 119 ut . . . dicendi luminibus -entur *haec.* 2, 145 materiam orationis . . . omnibus locis discriptam, instructam -tamque. 2, 182 facilius -ari . . . quam fingi. Brut. 43 hanc . . . mortem rhetorice et tragice -are poterunt ([*aliter p. 1029, 52*]. fin. 3, 26 id fuse et copiose et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rh. et augeri et -ari). *al.* Lvcr. 6, 82 multa . . . restant et sunt -anda politis versibus. Manil. 3, 39 nec dulcia carmina quaeras; -ari res ipsa negat contenta doceri. Qvint. inst. 3, 7, 6 res amplificare et -are. 4, 2, 129 personam (*opp.* infamandam). Plin. epist. 6, 21, 5 -vit virtutes, insectatus est vitia *poeta. al.* Fronto p. 41, 15 v. d. H. (p. 46 N.) nihil est . . ., quod tu . . . honestius . . . dicas quam quod ad -andas patris tui laudes pertinebit. *al.* β *cum obi., quae significant formam quandam orationis*: Rhet. Her. 4, 1, 1 -are elocutionem. 4, 8, 11 ex verborum gravium levi et -ta constructione. 4, 13, 18 dignitas est, quae reddit -tam orationem varietate distinguens (4, 13, 19 -andam et . . . exaugendam. Cic. de orat. 1, 31 -ta o. et polita. 1, 50 compositam o. et -tam. 3, 25 -ari atque illuminari. *al.* Qvint. inst. 4, 3, 4 illustrari -arique. *al.* Tac. dial. 21, 2. Fronto p. 50, 8 v. d. H. [p. 55 N.] -tas et pompaticas. *al.*). 4, 44, 56 vehementer -ta . . . expolitio. Cic. de orat. 2, 146 *verba* (Brut. 227 v. non . . . -tis . . ., sed tamen non abiectis. Qvint. inst. 2, 5, 9 v. proprium, -tum, sublime. 6, 1, 52. *al.*). Brut. 325 -ta . . . concinnitas (327). orat. 36 omnes apud hunc *Pacuvium* -ti elaboratique sunt versus (Porph. Hor. epist. 2, 1, 233 neque arte neque natura). 68 etiamsi quorundam grandis et -ta vox est poetarum. part. 17 quae *vocabula* . . . admirabilius, quam sermonis consuetudo patitur, -amus. Att. 2, 1, 1 tua illa . . . incompta visa sunt, sed tamen erant -ta hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. *al.* Qvint. inst. 5, 14, 33 sermone puro . . ., ceterum minime elato -toque. 11, 3, 40 -ta . . . pronuntiatio. *al.* Gell. 6, 14, 11 cum caste pudiceque -atur *genus dicendi* (Avg. doctr. christ. 4, 21, 48). Porph. Hor. carm. 1, 6, 8 stilus . . . sublimitate -atur (Cassiod. hist. 4, 16, 1 epistulam -to . . . st. compositam [*cf. Sozom. 3, 8, 4 κεκαλλιεπημένην*]). *al.* *pertinet magis ad genus scribendi vel ad certa quaedam scripta*: Cic. Verr. II 1, 111 caput illud tam multis verbis mercennarioque prooemio. de orat. 2, 55 qui princeps genus hoc *historiae* -vit *Herodotus.* Gell. 14, 6, 1 Noctes *Atticas* (*fortasse magis de copia tractanda; item* 14, 6, 5). Porph. Hor. ars 80 quo modo comoediae et tragoediae -antur (*sc. iambo*). γ *absol.*: Rhet. Her. 4, 32, 43 -andi ratio (Cic. orat. 113 dicendi et -andi). 4, 34, 45 -andi causa (4, 45, 59. 4, 46, 59. Cic. de orat. 2, 80 -andi aut augendi. 2, 341 *syn.* laudare. *al.; apud gramm.*: Char. gramm. p. 360, 24 B. Diom. gramm. I 459, 9). Cic. de orat. 1, 70 -andi generibus. 1, 113 ad explicandum -andumque (2, 312. 3, 103 Brut. 263 part. 31). *al.* Qvint. inst. 9, 4, 127 non docendi gratia, sed -andi. Plin. epist. 2, 3, 3 prooemiatur apte, narrat aperte . . ., -at excelse. Fronto p. 144, 18 v. d. H. (p. 150 N.) -andi . . . in dicendo potentiam ac potestatem. δ *part. perf. neutr. pro subst.*: Cic. de orat. 3, 168 illa minus -ta. orat. 79 -tum illud suave et affluens. 91 illud -tum copiosumque. opt. gen. 12 quiddam . . . grande -tumque. Qvint. inst. 9, 4, 131 gravibus, sublimibus, -tis (*ibid. similiter*).

II *structura ex pass. inversa* (*sc. subi. est ipsa res, quae decori est*): A *incorporaliter; decori sunt*: 1 *homines seu genus, aetas sim.* (*lusu ambiguo* Avg. serm. 21, 10 -ari vis auro: -a potius aurum; honorem vis, decus vis ab auro: decus praesta auro, ne sis dedecus auri): Acc. trag. 272 non genus virum -at, generi vir fortis loco (*i. decori; alia ad textum vel sensum affert Warmington*). Com. pall. inc. 93 homo -at locum, non hominem locus. Cic. Tusc. 1, 112 quam *artem rhetoricam* semper -asti (*postea vice versa* illa enim te . . . -verat). Orat. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 8 -are curiam poterint *provinciales* (*cf.* Avson. 419, 83 p. 375, 577 P. sedem *sellae curulis* . . . -bis). Tert. virg. vel. 14, 1 virgines ecclesiam an ecclesia virgines -ant deo sive commendant? Itala Tit. 2, 10 (codd. de= Vvlg.) doctrinam salvatoris . . . -ent in omnibus. Pass. Mar. Iac. 13, 3 *matrem* sic uteri sui fetus -vit (*antea*: te beatam . . . filio tuo). Cypr. epist. 76, 6 ut martyrii . . . gregem et sexus et aetas omnis -ret. Paneg. 7, 8, 1 audias, quam te principis -et adfinitas. Lampr. Alex. 9, 6 Antonini nomen -bis. Capitol. Maximin. 26, 4 (*inter acclamationes*) annum consules . . . -etis (*cf.* Clavd. 24, 88 fastos). *al.* *accedit abl. rei, qua decus constat*: Carm. Année Epigr. 1931 n. 39 (*saec. III*) parve puer, . . . egregium . . . genus propriis virtutibus -a (*cf.* Firm. math. 8, 33, 4 virtutum tuarum merito). Avson. 167, 4 p. 34 P. moribus -asti proavos. Prvd. perist. 3, 5 Eulalia . . . Emeritam *oppidum* ossibus -at (*item in cultu martyris*: 9, 5 quem *tumulum* sacer -at martyr dicato Cassianus corpore). CE 1385, 8 (*a. 565*) -ast⟨i p⟩roavos mente, pudore, fide (1430, 6 -bas thalamos). 2 *figurae orationis*: Rhet. Her. 4, 48, 61 quae *similitudo* aut -are aut docere aut apertiorem rem facere . . . possit (*absol. ut*: Qvint. inst. 8, 6, 40 -at . . . ἐπίθετον [Char. gramm. p. 360, 25 B. Diom. gramm. I 459, 10]. Pomp. gramm. V 266, 22 *coniunctiones*). Cic. de orat. 2, 263 -ant . . . orationem verba relata contrarie (Qvint. inst. 8, 3, 74.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

9, 3, 100). Brut. 141 σχήματα . . . quae vocant Graeci, ea maxume -ant oratorem (*sic trad.*; orationem *Lambinus al.*). POMP. gramm. V 266, 13 -ant sensum *coniunctiones.* *item de argumento orationis*: FRONTO p. 82, 2 v. d. H. (p. 87 N.) utrum facti virtus -verit orationem an *eqs.* **3** *virtutes sim. animi et corporis* (*absol.* SALV.): CIC. S. Rosc. 149 qui *pudor* -at aetatem (HIER. epist. 60, 10, 8). de orat. 2, 344 ipsos . . . videntur, quos laudamus, . . . -are ac tueri *sapientia et magnitudo animi eqs.* (PLIN. epist. 1, 22, 5 -at haec, *sc. virtutes T. Aristonis*, m. a.). TERT. pudic. 1, 11 p. 220, 22 me non magis dedecorabit utilis levitas quam -arit nocens. VOPISC. Aurelian. 14, 5 ut . . . senescentes familias . . . substitutae fecunditas prolis -ret. CLAVD. DON. Aen. 1, 595 p. 116, 25 pulchritudo corporis . . . coniuncta *cum fortitudine* . . . -are consuevit virum fortem. AVG. epist. 189, 7 -et mores tuos pudicitia coniugalis, -et sobrietas et frugalitas. SALV. epist. 1, 5 sine hac *fide* nihil tam -tum est, quod -are possit. ORIG. in Matth. ser. 64 p. 148, 30 prudentiam eas *virgines* -antem. **4** *artes, dignitates* (*absol.* CIC. de orat.): CIC. Arch. 16 haec studia . . . secundas res -ant, adversis perfugium ac solacium praebent. de orat. 2, 347 neque . . . illa non -ant: habiti honores, res gestae iudiciis hominum comprobatae. orat. 142 ea *eloquentia* . . . eos -at, penes quos est. TAC. dial. 32, 1 multarum artium scientia . . . nos -at. ann. 2, 28, 2 Libonem -at praetura. PANEG. 2, 16, 4 amicos consulatus -vit (AVSON. 419, 32 p. 361, 212 P.). 9, 14, 4 cum honesta professio -et potius . . . quam destruat dignitatem. FVLG. myth. 2, 1 p. 36, 15 *quos* indagandae veritatis . . . fama -at. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 254^{B} quem tanta gratia scientiae spiritualis -bat (*alia struct. in gr. p. 19, 25 sq. B.* ὃς τοσαύτῃ χάριτι ἐκεκόσμητο). **5** *quaelibet, sc. part. praes. n. plur. pro subst.*: SEN. epist. 90, 27 vitae -antia (ornamenta *var. l.*; *cf.* -atur vita *p. 1029, 75*).

B *corporaliter* (*absol.* CIC. orat.): CIC. Arat. frg. 9, 1 *Draconis* caput -ans stella relucet (*cf. gr. 55* κεφαλῇ ἐπιλάμπεται ἀστήρ). orat. 134 quae in amplo ornatu . . . appellantur insignia, non quia sola -ent, sed quod excellant. HOR. epod. 16, 46 suam . . . ficus -at arborem (CHROMAT. serm. 30, 2 L. rami. *cf.* STAT. Theb. 7, 226 -at sua gloria [*i. rosae*] virgas). sat. 2, 2, 122 uva secundas et nux -bat mensas. PROP. 3, 6, 12 -bat . . . gemma manus (4, 3, 52 crystallus). OV. met. 5, 52 -bant . . . monilia collum et . . . crinale capillos. trist. 1, 1, 9 felices -ent haec instrumenta (*i. minium, cedrus, ebur*) libellos. SEN. Phaedr. 802 illum caesaries . . . -at et integit. epist. 104, 11 arboribus amoenis et domum tuam -antibus. LVCAN. 7, 18 currus -ante toga. SIL. 5, 143 *clipeum* olim Celticus -arat cruor. HOMER. 231 clipeus laevam, dextram decoraverat hasta -batque latus mucro. STAT. silv. 4, 6, 87 convivia . . . -bat . . . signum. MART. 13, 91, 2 Ambrosias -ent munera rara dapes. PANEG. 6, 11, 5 magis -ant limitem castella quam protegunt. *al.* *accedit abl. rei, qua decus constat*: CIC. Arat. 306 *orbes* -antes lumine mundum. PROP. 4, 9, 29 populus . . . longis -bat frondibus aedem. PLIN. epist. 2, 17, 27 litus -ant varietate gratissima nunc continua nunc intermissa tecta villarum. PRVD. ham. 796 cum . . . laevum *iter* nemus . . . -ret pomis.

(B) *ponitur ante coniunctivum*: (1) *in parenthesi* (*fere in poesi*): PLAVT. Aul. 716 mi auxilio, -o . . ., sitis. VERG. Aen. 5, 796 quod superest, -o, liceat dare tuta . . . vela. LVCAN. 8, 113 tu . . ., -amus, . . . dignere. SIL. 3, 70 amplior, -o, sis patrio decore. 4, 795 hactenus, -o, sit *eqs.* 10, 63 integer, -o, . . . abeas. STAT. Theb. 7, 257 procul, -o, . . . excidat ira. 11, 717 silv. 2, 1, 83. 4, 8, 23 ALF. AVIT. carm. frg. 1, 3 AVSON. Mos. 378 CLAVD. 18, 489. *al.* (2) *vario usu*: CATVLL. 55, 1 -amus . . ., demonstres. CVRT. 5, 11, 6 -o . . ., patiaris. SIL. 15, 639 -o, . . . probemus. IVV. 10, 250 -o, parumper attendas. PLIN. epist. 6, 8, 9. ITALA II Macc. 7, 28 (Cypr. Fort. 11 p. 341, 5) -o, . . . aspicias . . . intellegas (*gr.* ἀξιῶ σε . . . ἀναβλέψαντα . . . γνῶναι, *Vulg.* peto, . . . aspicias . . . et intellegas. *cf. al. versiones sub* '*acc. c. inf.*' *et* '*imperat.*'). act. 24, 4 (cod. g, *cf.* VVLG.) -o, breviter nos exaudiat clementia tua (*gr.* παρακαλῶ, *cf. cod. e* rogo). *al.*

(II) *aliae formae*: (A) *ponuntur ante coniunctivum*: PLAVT. Amph. 257 -ant, ignoscamus. HOR. sat. 2, 6, 35 -bat, sibi adesses. OV. fast. 2, 821 -ant, indicet. 4, 515 -at, . . . subeat. CVRT. 6, 6, 34 -are coeperunt, . . . reservaret. SIL. 8, 88 -bat, paterere. TAC. ann. 1, 41, 3 -ant obsistunt, rediret maneret. 1, 44, 1 -bant, puniret . . ., ignosceret *eqs.* 2, 21, 2. 2, 72, 1. 5, 11, 2. 15, 63, 1. PLIN. epist. 6, 20, 12 tum mater -are . . ., fugerem. APVL. apol. 72, 5. IVVENC. 2, 74 -bant . . . linqueret (*cf. Luc. 8, 37* rogaverunt, . . . ut discederet). IVST. 1, 6, 14 -ant (-ant ut *var. l.*) . . . revertantur. 5, 10, 3. 12, 12, 6 DRAC. satisf. 134. (B) *ponuntur post coniunctivum* (*in fine enuntiati sive per parenthesin*): PLANC. Cic. fam. 10, 21, 1 reconciliarem . . . fidemque haberem, -bat. TIB. 1, 2, 66 non ego totus abesset amor . . ., -bam (optarem, optabam *var. ll.*). OV. met. 1, 764 traderet, -vit, veri sibi signa parentis. 14, 106 ad manes veniat . . ., -at. 15, 646 darent . . ., -vere, deum. SIL. 6, 463 redderet, -bant. 16, 602 detur . . . potestas, -at, delendae Carthaginis. ARGVM. Plaut. Mil. 1, 13 abeat, -at.

ε *imperat.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 341, 7 B. praeponuntur . . . imperativis . . . multa, velut rogo, volo, -o, moneo, quaeso . . ., id est volo facias, rogo dicas et cetera. *fere prima pers.* -o, *rarius* -amus): (I) -o *ponitur post imp.* (*sive in fine enuntiati sive per parenthesin*): PLAVT. Capt. 1021 dic, -o (SIL. 10, 282 [ergo *var. l.*]. APVL. met. 1, 21, 4). TER. Eun. 912 move te, -o (*A*, vero *cett. et* DON., *v. app. crit.*), ocius (*cf.* SIL. 11, 119 tende ocius, -o). VERG. Aen. 10, 61 redde, -o, . . . iterumque revolvere . . . da. SEN. epist. 19, 1 fac, -o (GELL. 19, 13, 2). VAL. FL. 8, 103 cede . . . inque aliis senium . . . digere lucis immemor, -o, mei. SIL. 7, 404 claude, -o, castra et . . . eripe. 11, 334. 11, 348. 15, 649 ite, agite, -o, sternite *eqs.* (STAT. Theb. 6, 809 ite, -o, socii . . ., ite, opponite *eqs. cf.* VVLG. I reg. 23, 22 abite, -o [ergo *var. l.*], et . . . praeparate *eqs.*). STAT. silv. 1, 5, 63 macte (*sc. esto*), -o, nitenti ingenio curaque puer. AVR. Fronto p. 79, 3 v. d. H. APVL. met. 2, 23, 7. 3, 15, 1 AVSON. 409, 38 p. 267 P. *al.*

(II) -o *ponitur ante imp.*: (A) *vario usu*: CIC. Att. 11, 2, 3 -o, obsecro, ignosce. HOR. epod. 17, 2 parce (*cf. p. 1041, 36*). CVRT. 3, 6, 11 patere. 5, 11, 6 statue (*trad.*, statui *coni. Kinch*). 10, 8, 19 eligite. APVL. met. 9, 17, 2 retexe. CORIPP. Iust. 1, 151 -amus, concede . . ., succede *eqs.* CE 546, 9 funde preces. (B) *in parenthesi* (*fere in poesi*): CATVLL. 50, 19 preces . . . nostras, -amus, cave despuas. CE 59, 12 (*saec. I a. Chr.*) pater . . . et genetrix germana, -o . . ., desinite. VERG. Aen. 9, 290 tu, -o, solare *eqs.* (STAT. Theb. 12, 264 tu . . ., -o, veni). 10, 905 hunc, -o, defende furorem (12, 680 STAT. Theb. 10, 705). 12, 933 miseri te si qua parentis tangere cura potest, -o, . . ., Dauni miserere senectae et *eqs.* OV. met. 1, 510 moderatius, -o, curre (*sim. post adv.*: LVCAN. 8, 633 SIL. 10, 6. *al.*). 15, 139 quod, -o, ne facite. SIL. 5, 173 sed, -o, . . . relaxa (APVL. met. 5, 31, 2 sed . . ., -o, . . . requirite. 8, 3, 3 sed, -o, . . . intendite). STAT. Theb. 6, 170 illam, -o, . . . reddite (12, 262). 10, 267. 11, 594 APVL. met. 5, 6, 8 ARNOB. nat. 7, 21 VVLG. II Macc. 14, 9 DRAC. Romul. 1, 21.

ζ *inf.* (*fere in poesi, in prosa* BELL. Hisp., TAC. *et inde ab* IREN.): (I) *act.* (*depon.*): BELL. Hisp. 13, 5 (*post lacunam*) missos facere loricatos . . . -bant (*subi. verbi et inf. differunt ut*: STAT. Theb. 12, 784 *Thesea* -ant succedere muris dignarique domos. TAC. ann. 13, 13, 3 -bant . . . cavere insidias). VERG. ecl. 2, 43 illos *capreolos* abducere . . . -at (*explicat* SERV.: -at, ut abducat). Aen. 6, 313 stabant *mortui* -antes primi transmittere cursum (SERV.: 'p. transmittere' figura Graeca est, *quam adnotationem ad* '-*antes transmittere*' *spectari putat Norden*). VAL. FL. 3, 629 iuventus -at inire vias. SIL. 13, 403 aspectus -at

[Teßmer-Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contingere patrum. STAT. Theb. 9, 386 Ach. 1, 185. IREN. 4, 11, 1 (4, 21, 1 H.) prophetae ... -verunt in illud tempus venire, in quo facie ad faciem viderent dominum (*ad Matth. 13, 17* cupierunt videre. *item* IVVENC. 2, 774 -arunt cernere dona). 4, 25, 3 (4, 39 H.) -ant habere tabernaculum. IVVENC. 2, 727 miscere ... sermonem (*cf. Matth. 12, 46* quaerentes loqui). CLAVD. 20, 373. 21, 234 sociare catervas -vit iungique tuis Alamannia signis. AVG. c. Maximin. 2, 26, 14 -as ... discipulus esse divinarum scripturarum. COD. Theod. 1, 12, 5 -vit ... agere. MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 269/70 -amus ... venire (*gr.* εὐχόμεθα ... ἐλθεῖν, *cf. antea*: optamus venire). (II) *pass.* (*vel mediopass.*): VERG. Aen. 9, 229 (231) Nisus et ... Euryalus ... alacres admittier -ant ([*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 218, 16 -rent se ... admitti]. STAT. Theb. 7, 482 -at admitti). IVVENC. 1, 228 -ant ... doceri, quae *eqs.* CLAVD. 21, 234 *l. 7.*

η acc. c. inf. (*huc attulimus, quae disiungenda putavimus a p. 1043, 13 sqq., ubi inf. additur ad obi. pers. rogatae*): ① *act.* (*depon.*): OV. met. 6, 413 urbes ... -vere suos ire ad solacia reges. ITALA II Macc. 7, 28 (rec. P) -o te ... respicientem ad caelum ... cognoscere (*cf. alias vers. p. 1040, 25. 1042, 84*). MAX. Cypr. epist. 53 -amus te ... bene valere (*cf. 52, 4* opto te ... bene v.). HIER. vir. ill. 16 (*sec. epist. Ignatii*) quas *bestias* ... -o veloces mihi esse ad interitum (*cf. Ps. Ignat. Rom. 5, 2* opto, *gr.* εὔχομαι). SEDVL. op. pasch. 4, 18 p. 268, 13 -at talia sibi dominum ... largiri (carm. pasch. *v. infra l. 31*). (II) *pass.*: TAC. ann. 11, 10, 4 permitti Meherdatem patrium ad fastigium -bant (AMM. 15, 5, 6. 21, 6, 9 abrogari sibi potestatem haecque ... aliis ... agenda p. *cf.* CLAVD. DON. *l. 13*). SVET. Nero 47, 2 praefecturam concedi sibi. HIL. ad Const. 1, 6, 2 vincula ... inhiberi. in Matth. 14, 7 deferri sibi ... caput (*cf.* AMM. 21, 13, 5 ferri sibi suppetias. 25, 2, 8 profectionem differri). AMM. 23, 5, 4 suspendi expeditionem. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 1 sibi vestimentum dari. SEDVL. carm. pasch. 4, 229 tribui sibi dona (op. pasch. *v. supra*).

ϑ si (*cf. Heerdegen 53; an ad γ?*): LIV. 26, 27, 10 Romam ad senatum ire ... -tum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne ... nomen ... Campanorum a Q. Flacco deleri sinerent.

ι orat. rect.: STAT. Theb. 2, 648 -at et a iugulo ... sustinet hastam: parce *eqs.*

2 *indicatur, quis -etur*: **a** *aliquem* (*aliquis in structura passiva; part. perf.* -tus PLAVT. Cas. 21 Mil. 1405 TER. Haut. 26 HOR. sat. 2, 3, 176 epist. 1, 13, 18 VELL. 2, 70, 1 TAC. ann. 12, 29, 2 SVET. Galba 22. *al., cf. p. 1043, 46; inf.* -ari CIC. Deiot. 9; *aliae formae passivae* PLAVT. Truc. 40 CIC. inv. 1, 109 leg. agr. 2, 68 SALL. epist. Mithr. 1 TAC. ann. 12, 9, 1. *al.; gerundiv. inde a* CIC. Font. 36; *additur, qui rogat, per* ab VELL. 2, 70, 1 HIL. trin. 5, 23; *cf. p. 1046, 74 sqq.*):

α vario usu: ① *pro obi. est subst.*: LIV. ANDR. carm. frg. 17 (19) utrum genua amploctens virginem -ret ([*gr. Hom. ζ 142* λίσσοιτο ... κούρην]. *cf.* AVSON. 464, 2 p. 402 P. procos genua amplectens -bat Vlixes). PLAVT. Cas. 273 -bo vilicum. 1000 -a Cleostratam. TER. Andr. 373 amicos -as, ambis. CIC. Sest. 26 consulem. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16 (= 9, 24 Sj.), 2 Octavius -andus sit pro salute cuiusquam civis, ... pro liberatoribus. SALL. hist. frg. 1, 24 (*contextu incerto*) ipsos colonos. VERG. Aen. 6, 92 gentes ... aut ... urbes. LIV. 9, 22, 6 equites. LVCAN. 3, 306 hostem. VAL. FL. 8, 285 ventosque virosque. STAT. Theb. 10, 590 Tiresian. TAC. ann. 1, 13, 6 Augustam. 2, 29, 1 circumire domos, -are adfines. *al.* (II) *pro obi. est pron.* (*reflex. in construct. ficta* PRISC. gramm. III 164, 3): PLAVT. Asin. 675 numquam me -res (morarem J^2), quin darem (Merc. 180 Persa 119 ENN. scaen. 375 TER. Eun. 715 MART. 8, 76, 5). *ibid.* illum te -are meliust. Cas. 273 tu eum -ato (CIC. p. red. ad Quir. 12 PORPH. Hor. epod. 17, 2 eam. *al.*). 371 te ... tuo pro iure ... -amus (Rud. 1152. POMPON. Atell. 61 [*loco manco*]. CIC. Lig. 31. *al.*). Rud. 431 (435) quem. TER. Andr. 312 ipsum hunc -bo, huic supplicabo. CIC. Rab. perd. 35 vos. *al.*

β indicatur etiam, quid -etur, per: ① *acc.*: Ⓐ *neutr. pron. vel adi.*: PLAVT. Aul. 695 istuc, quod me -as (Capt. 515 q. me -visti, impetres. Truc. 40 sei, q. -atur, dedit amator. *al.* TER. Hec. 445 Ad. 253. *pron. explicatur per* ut: PLAVT. Cas. 531 q. me ... -bat, ut *eqs.* SALL. or. Phil. 9. *per* ne: TER. Andr. 289 [*de pron. in vim adv. transeunte cf. comm. ad l.*]. CIC. Att. 11, 12, 2. *per coni.*: CIC. Att. 11, 16, 5 communices. *per imper.*: VERG. Aen. 2, 143 miserere. 6, 364). 739 id ... te -tum advenio, ut *eqs.* ([*item seq.* ut: TER. Andr. 548. 556; *nisi* id *cum* ante eamus *coniungendum.* CIC. Verr. II 5, 119 LIV. 27, 17, 14]. Capt. 337. SIDON. epist. 4, 7, 1 id ipsum erat ... -andus). Most. 752 te hoc -are ... ut *eqs.* ([*item seq.* ut: TER. Eun. 1084 unum ... h. vos -o. TVRPIL. com. 211 LIV. 39, 13, 6]. TER. Haut. 623 [*item seq.* ne: LVCAN. 7, 318]). Pseud. 657 quid te (TER. Andr. 826. Ad. 941 q. te maius). CIC. Rab. perd. 37 nihil aliud ..., nisi ut ne *eqs.* (Rab. Post. 48). Planc. 56 illud unum ..., ne *eqs.* (ad Q. fr. 1, 1, 46 i. te ... -o ..., ut *eqs.* SIL. 17, 365 i. te ... -o: ... patiare ... remittas. AVR. Fronto p. 42, 15 v. d. H. illud -o te: ... operam da). Att. 3, 5 tantum te -o, ut *eqs.* VERG. Aen. 9, 282 (284) te ... unum -o: *eqs.* (12, 60 te ... u. -o: desiste). Ⓑ *subst.*: PLAVT. Vid. 84 minam, quam med -visti, ut darem (*item per pron. relat.* SVET. Vesp. 16, 3 libertate, quam imperium adeptum *imperatorem* ... -bat). VERG. Aen. 11, 111 pacem me exanimis ... -atis. LIV. 28, 5, 6 auxilia regem -bant. MART. 4, 67, 2 praetorem ... centum sestertia ... -bat. 11, 27, 2 te sex cyathos -at ... gari. OPT. PORF. carm. 14, 12 teque suplex ... Syene -at iura.

(II) ut, ut ne (*cum pron. praepar. v. supra; cf. p. 1043, 22*): Ⓐ ut *postponitur* (*cum obi. e subi. enunt. secund. anticipato*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 25 te -o..., ut valeas. *cf. p. 1041, 19*): ① *pro obi. est pron.* (*dub.* PLAVT. Truc. 797): PLAVT. Amph. 1144 te -o, promissa ut serves tua (Bacch. 1177 Mil. 971. Rud. 629 ut te ne pigeat dare operam. *al.* TER. Andr. 190 te -o, Dave, ut redeat ... in viam *filius.* 538. 834 ut ne ... animum inducas credere. *al.* CIC. S. Rosc. 144 -at ... te ..., ut sibi per te liceat. Planc. 104 Att. 3, 23, 5. 3, 27 te -o, ut ... ne desis. *al.* LIV. 7, 13, 10. SVET. Tib. 21, 7 [*ex epistula Augusti*]. *al.*). Asin. 74 me ... -vit ..., ut⟨i⟩ ... facerem (Bacch. 42. 825 -bis me ... ut auferam. Cas. 543 Merc. 542 Mil. 75. *al.* CIC. Cluent. 144 ut ne *eqs.* LIV. 7, 13, 3). Bacch. 697 quem si -em, ut ... credat. Capt. 511 -at ... eum (*om. B*) sibi ut liceat videre (CALP. hist. 19 CIC. Verr. II 3, 125 LIV. 3, 69, 5. 30, 15, 1. 38, 31, 6 CVRT. 9, 6, 15. *al.*). Cas. 21 vos omnes ... esse -tos volo, ... ut operam detis (CIC. Quinct. 10 S. Rosc. 9. div. in Caec. 14 v. -ant ..., ut ... vestrum iudicium ... ne discrepet. Font. 14 ut ... videatur. Sull. 89. Cael. 78 ut ... ne *eqs. al.* LIV. 3, 9, 11. *al.*). div. 1, 57 illum alterum -are, ut subveniret (1, 72 LIV. 28, 22, 9). ② *pro obi. est subst.* (*dubitamus de* PLAVT. Merc. 104): PLAVT. Asin. 740 curre, obsecro, patrem huc -ato ut veniat. Cas. 705 uxorem. Merc. 488 Achillem -bo, aurum ut (*om. BCD*) mihi det. Mil. 1145 concubinam. TER. Haut. 605 Cliniam. CIC. Verr. II 1, 69 -ant Lampsacenos, ut ... putaretur. II 1, 72 -at Dolabellam, ut ... decedat. fam. 1, 1, 2 Pompeium ... -are ..., ut ... fugiat. *al.* CAES. Gall. 5, 27, 7 SALL. Catil. 40, 4. LIV. 1, 11, 2 Romulum ... -at, ut ... det veniam. 2, 56, 15 tribunos, ut concilium dimitterent. *et saepius.* PAVL. FEST. p. 280 cum reus populum ... -verat ..., ut ... liberaretur. VAL. MAX. 6, 1 ext. 3 Marium ... -arunt, ut ab eo ... mitterentur. *al.*

Ⓑ ut *antecedit*: CIC. Att. 1, 17, 4 quod ego ut facias te -o. OV. met. 1, 704 illam ..., ut se mutarent, ... -asse sorores. VAL. MAX. 1, 5 ext. 2 cum ... Epidamnios, ut sibi opem ferrent, -assent. SVET. Galba 22 ut ... velleretur, -tum *concubinum.* vita Plin. p. 93, 8 quem *servum* ..., ut necem sibi maturaret, -verit. GRAN. LIC. p. 20, 2 quem ... legati, ut patriae subveniret, -verant. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 8.

(III) ne (*sequitur praeter l. 45, 49; cum pron. praepar. v. sub acc.*; ut ne *v. supra l. 4*): PLAVT. Capt. 244 te -o ..., ne me ... honestes (CIC. fam. 2, 7, 4 BALB. et OPP. Cic. Att. 9, 7^a, 1 CAEL. Cic. Att. 10, 9^a, 1 SALL. [?] rep. 2, 12, 5. *al.*). TER. Haut. 26 omnes vos -tos volo, ne plus iniquom possit ... oratio (CIC. Cluent. 201 Flacc. 106. Rab. Post. 46 ne faciatis, -o ... vos. LIV. 39, 37, 14 TAC. ann. 3, 12, 5). CIC. Verr. II 2, 96 eos ... -at, ne oppugnent (NEP. Att. 22, 2 LIV. 39, 13, 2). SALL. Iug. 51, 4 -are ... milites, ne deficerent (*sim. pro obi. est subst.*: LIV. 1, 13, 2 viros. 3, 28, 9 dictatorem ... consulem. 22, 37, 4 ne ... abnuant, ... patres conscriptos -are. 39, 54, 9 senatum [VAL. MAX. 5, 5, 1 ne ... transferretur. TAC. ann. 6, 4, 3]. *al.*). NEP. Timol. 5, 2 -vit omnes, ne id facerent. *al.*

(IV) *coniunctivum nudum* (*cum pron. praepar. v. sub acc.*): Ⓐ -o: *anteponitur* (*dub.* CIL IV 2960, *nisi ad B 2, cf. Todd, Class. Rev. 53, 1939, 8*): TER. Hec. 721 te -o, ... adiutor sis (Phorm. 1020 [te -o *om. P*]. CIC. Att. 3, 1 des operam. fam. 5, 18, 1. BRVT. Cic. ad Brut. 21, 1 W. -o ... te, Cicero, ... obliviscaris. GELL. 13, 31, 3 TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 497, 9). CIC. Rab. perd. 5 vos, Quirites, ... -o ..., adhibeatis (TAC. ann. 3, 16, 3. ITALA II Cor. 2, 8 [Tert. pudic. 13] -o vos, constituatis [*gr.* παρακαλῶ *c. inf., cod. d et Vulg.* obsecro v., ut *eqs.*]. *v. et p. 1035, 64*). *postponitur* (*sc. per parenthesin*): SEN. epist. 110, 18 faciamus, -o te, etiam si ista defuerint. VVLG. III reg. 19, 20 ait: osculer, -o te (te *om. pars codd.*), patrem meum. 20, 32 vivat, -o te, anima mea. Ⓑ *aliae formae* (*fere anteponuntur*): CIC. Mur. 87 vos ..., iudices, -at ..., sit apud vos modestiae locus, sit *eqs.* HOR. sat. 2, 6, 37 te -bant ... meminisses (APVL. met. 6, 19, 1 OPT. PORF. carm. 12, 16). IMP. AVG. Mart. 11, 20, 5 si me Manius -et, paedicem. LIV. 32, 8, 11 Attalum -are patres conscriptos, ... mitterent (*sim. pro obi. est subst.*: LVCAN. 9, 547 Catonem. SIL. 1, 565 viros. TAC. ann. 15, 64, 3 Statium. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 87, 19 -amus pietatem tuam [*sc. Constantium*] ..., iubeat [*item* p. 87, 25]). SVLP. APOLL. perioch. Ter. Eun. 6 abit ... -tus ... concederet. DICT. 4, 8 eum ... -ant, ferret.

(V) *imperativum* (*cum pron. praepar. v. sub acc.*): Ⓐ -o (te *vel* vos; *saepe in parenthesi*): *anteponitur*: PLAVT. Amph. 923 te, Alcumena, -o ..., da ... veniam, ignosce. Merc. 995 Eutyche, ted (te *codd.*) -o, sodalis ... es, serva et subveni (*sim. nulla voce intercedente* te -o: TER. Andr. 595 SIL. 13, 519; -o te: CIC. Att. 11, 4^a, 2 VARRO rust. 3, 2, 18 SEN. epist. 51, 13 PETRON. 45, 1. 61, 2 AVR. Fronto p. 42, 14 v. d. H. 94, 15. *al.*; *cf.* -o vos: ITALA I Cor. 4, 16 [Ps. Cypr. singul. cler. 22; *gr.* παρακαλῶ ... ὑμᾶς *c. inf., Vulg.* rogo]. CYPR. epist. 14, 3. *al.*). CIC. Q. Rosc. 20 -o ... vos, qui nostis, ... conferte, ... considerate. VAL. FL. 6, 305 te ... -o, ... compesce minas. STAT. Theb. 10, 423 moderatius, -o, ducite, ... vos. ITALA II Macc. 7, 28 (rec. B) -o ergo te, fili, respice (*gr.* ἀξιῶ σε, *Vulg.* peto, *cf.*

[Teßmer-Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rec. M -o te ergo). *postponitur* (*inseritur* VERG.): CIC. Att. 4, 8ᵃ, 1 dic, -o te, clarius (*sim. nulla voce intercedente* -o te: epist. frg. XVII 5 W. NEP. Att. 4, 2 SEN. benef. 1, 2, 2 epist. 23, 6 AVR. Fronto p. 55, 18 v. d. H. FRONTO p. 126, 24. *al.; cf.* -o vos: NEP. Thras. 4, 2). VERG. Aen. 4, 319 te . . ., miserere . . ., -o, . . ., exue (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 398, 16). HOR. carm. 1, 8, 2 dic, . . . te . . . -o (vere *var. l., cf. Villeneuve app. crit.*). Ⓑ *aliae formae*: VERG. Aen. 1, 525 Troes te miseri . . . -amus, prohibe . . . a navibus ignes. HOR. sat. 2, 3, 176 quare . . . -tus uterque . . ., tu cave *eqs.* ITALA I Thess. 5, 14 (cod. 86 *al.*) -amus autem vos, fratres, corripite . . . consolamini . . . suscipite . . . patientes estote (*gr.* παρακαλοῦμεν, *Vulg.* rogamus).

Ⓥⓘ (*acc. c.*) *inf.* (*aliter p. 1041, 16*): TAC. ann. 6, 2, 3 principem -bat deligere senatores. 11, 32, 2 Vibidiam . . . -vit pontificis . . . aures adire, clementiam expetere. 12, 9, 1 qua *sententia* -retur Claudius despondere Octaviam Domitio. CONC.ˢ I 5 p. 356, 2 -amus vestram pietatem definitionem pronuntiari (*gr. I 1, 7 p. 123, 10* δεόμεθα . . . ὅρον ἐξενεχθῆναι). *per contaminationem accedit* ut (*cf. Hofmann-Szantyr 639*): VITA Anton. 51 p. 61, 3 introeuntes . . . -bantur ut (et *var. l.*) habere fiduciam (*gr. aliter*).

Ⓥⓘⓘ *per praepos.*: ? in: SALL. Catil. 50, 2 Cethegus . . . per nuntios familiam atque libertos suos, lectos et exercitates, -bat ⌊in audaciam⌋, ut . . . cum telis ad sese inrumperent (⌊⌋ *del. aliquot edd.*).

ad: SALL. epist. Mithr. 1 omnes, qui . . . ad belli societatem -antur. HIL. trin. 5, 23 a populo -to ad loquendum Moyse.

b ab *aliquo* (*testatur* ARVS. gramm. VII 496, 4, *qui affert* VERG.): PLAVT. Amph. 33 iustam rem . . . esse -tam a vobis volo (*cf.* SYMM. epist. 1, 22 unum . . . quod -tum a te atque exoratum volo, ut *eqs.*). 64 hoc me -are a vobis iussit Iuppiter (PACVV. trag. 122 hoc abs te -o, minus [nimis *trad.*] inexorabilem faxis. TERT. apol. 30, 5 haec ab alio -are non possum). TER. Andr. 823 abs te postulo atque -o . . ., ut *eqs.* (BELL. Afr. 33, 1 tantum -are et petere ab eo, uti . . . daret [GELL. 16, 13, 5 a Tiberio. 17, 10, 7 a suis amicissimis]). VERG. Aen. 11, 358 veniam . . . -emus ab ipso. FLOR. epit. 2, 18, 13 a duce -antes proelium. DICT. 6, 3 ab his auxilium.

? c *alicui* (*cf. p. 1045, 37*): VVLG. I Thess. capit. 13 cod. F de apostolo -antem Thessalonicensibus, ut secundum traditionem ipsius ambularent (*ad 4, 1* rogamus vos et obsecramus; *sed alii codd. exhibent* pro Thessalonicenses, *qua de causa fortasse melius dat. commodi intellegitur, cf. p. 1050, 15*).

B *notione deflexa vel debilitata*: 1 *accedunt varii colores*: a *veniam petendi* (*si recte intellegit Löfstedt, Komm. 41 sqq.; cf. p. 1039, 2. 28. 1044, 75. 1045, 52 nec non* PAVL. FEST. p. 374 venerari verbum compositum ex venia et -ando): PLAVT. Epid. 728 numquam . . ., nisi me -assis (-asseis *A*), solves.:: -o te . . . mihi ut ignoscas. Mil. 574 satine -tus'? (*568* hoc mi ignosce quaeso). TER. Phorm. 1035 ignosce: -at, confitetur, purgat . . . :: . . . prius quam haec dat veniam *eqs.* (DON. *ad l.*: verba venialis status sunt). PETRON. 52, 5 (*Trimalchio ad puerum, qui calicem proiecit*) te ipsum caede, . . .; statim puer demisso labro -are (labrore *trad.*); at ille: quid me . . . rogas? SIL. 9, 539 (*loq. Iuno*) disice telo flagranti – nil -amus (obstamus *Heinsius*) – Carthaginis arces. TAC. ann. 13, 25, 2 quia vi attemptantem acriter reppulerat *Neronem*, deinde adgnitum -erat, quasi exprobrasset, mori adactus est (*gr. Cass. Dio 61, 9, 4* συγγνώμην αἰτούμενος). VERVS Fronto p. 124, 21 v. d. H. ne potius defendere me quam -are te videar? peccavi fateor.

b *optandi, desiderandi, cupiendi* (*nisi supplendum 'deos'* [*cf.* AVR. Fronto p. 2, 11 v. d. H. o qui ubique estis di boni, valeat, -o, meus Fronto], *'fata' sim.; cf. p. 1039, 83 sqq. 1041, 2. 10. 19. 21. 1042, 6*): α *cum acc.* (*dupl.* PANEG., VOPISC., *an suppl.* esse*?*): VERG. Aen. 4, 451 Dido mortem -at (SERV.: pro 'desiderat' ut 'mortem . . . opto' [*2, 655*]). 5, 617 urbem -ant *Troades*. SIL. 13, 260 Capua . . . tormentis finem . . . -at. TAC. ann. 15, 17, 2 optimam fortunam -andam, ut . . . pedes . . . equitem adsequeretur. PANEG. 4, 38, 2 decennia Caesarum . . . extendenda . . . -are nos conveniat. VOPISC. Car. 18, 4 quales principes semper -vimus. INSCR. Année Epigr. 1972 n. 439 or(o) tibi te⟨r(ram)⟩lev(em) (*cf.* optet . . . t. l. *vol. VII 2, 1202, 79*). β *cum enunt.* (*cf. l. 64*): SIL. 9, 347 utinam . . ., Romane, secunda . . . feras; sitque (satque *edd.*) hactenus, -o, nec libeat tentare deis, an *eqs.* 11, 571 falsa ut praesagia nostra sint, -o, mensque augurio ludatur inani.

c *interrogandi*: SIL. 6, 567 *remeantes milites* morantur -ando (quaerendo *Heinsius*) et, vultu interdum sine voce precati, quod rogitant, audire pavent. MACR. Sat. 1, 20, 16 Sarapis . . . -tus a Nicocreonte . . . rege, quis deorum haberetur *eqs.*

2 *adhibetur paratactice ut mera formula*: a *cum interrogatione, quasi responsio petatur* (*augetur sc. aut affectus mirandi aut affirmatio quaedam, quae interrogatione suggeritur*): α -o te (te -o HOR.): Ⓘ *formula antecedit* (*continuatur anacol. per* quaeso *l. 82*): CIC. fam. 7, 16, 2 -o te, quis tu es? (SALL. [?] in Tull. 7 quem tandem locum . . . obtines? FRONTO p. 32, 8 v. d. H. AVR. Fronto p. 219, 13. DECL. in Catil. 83 per deos . . . -o te, Catilina, si patria tecum his vocibus uteretur, quid esses illi, quaeso, responsurus? GELL. 11, 8, 4 [*sec. Nepotem*] -o te, q. perpulit [*inde* MACR. Sat. praef. 14]. HIER. epist. 30, 13, 1 -o te, quid hoc sacratius sacramento? 38, 5, 1. 54, 15, 4). HOR. sat. 1, 7, 34 per magnos, Brute, deos te -o, . . . cur non hunc Regem iugulas? APVL. apol. 30, 1 sed, -o te, qui piscis quaerit, magus est? (*item sine particula interrog.*: TERT. pudic. 15 p. 251, 24 HIER. epist. 49, 3, 1). 83, 2 -o te, Maxime, si litterae . . . vocem usurparent, . . . nonne . . . proclamassent . . .? (TERT. carn. 7 l. 62 -o te, Apelle, . . . n. dixisses . . .? HIER. epist. 21, 34, 5. 53, 10, 1). TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 20 -o te, si rationalis bonitas talem facit, qualem faceret inrationalis? (HIER. adv. Iovin. 1, 7). resurr. 57 p. 117, 25 -o te, . . . quia . . ., idcircone . . .?

Ⓘⓘ *formula interrogationi inseritur vel postponitur* (TERT. resurr., AVG.): SEN. clem. 1, 25, 1 quid . . . interest, -o te, . . . leoni Lysimachum obicias an *eqs.*? (benef. 5, 19, 4 q. ergo, -o te, non dicis: . . .? nat. 6, 32, 10 q., -o te, refert, num . . .? epist. 88, 19. 117, 26 FRONTO p. 2, 17 v. d. H. APVL. mund. 22 TERT. anim. 10, 7 adv. Marc. 4, 25 p. 508, 23 CYPR. ad Donat. 7 [-o te *om. P*]). epist. 90, 14 quomodo, -o te, convenit . . .? (117, 28). FRONTO p. 3, 17 v. d. H. quod, -o te, ob meritum . . .? p. 186, 3 quando, -o te, abolendam? p. 205, 12 quota, -o te, portio? VERVS Fronto p. 111, 17 quantum, -o te, fuit . . .? GELL. 19, 8, 6 quis, -o te, alius . . . dixit? TERT. anim. 25, 9 unde, -o te (te *om. A*), . . .? carn. 2 l. 16 castit. 8 l. 3. coron. 14 l. 15 quale, -o te, sertum . . . subiit? (uxor. 1, 3 l. 17). ieiun. 2 p. 276, 9 quibus, -o te, ignibus? resurr. 34 p. 75, 3 quam? -o te. CHALC. transl. praef. possemne, -o te, . . .? AVG. mag. 3, 6 qui potest, quod quaeris, -o te? VINCENT. LER. 10, 15 quare, -o te, . . .?

β -o vos (vos -o QVINT., PACIAN.): Ⓘ *formula inseritur*: LIV. 5, 5, 1 ne illa quidem, -o vos, movent? SEN. dial. 7, 7, 1 quid est, -o vos, cur . . .? (TERT. apol. 20, 5 q. delinquimus, -o vos, futuro . . . credentes? PANEG. 3, 5, 2 q., -o vos, . . . censetis?). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 10 ob quae, -o vos, merita? TERT. nat. 1, 7, 25 haec, -o vos, denuntiata . . . sustinent prodi? apol. 47, 13 unde haec, -o vos, . . .? PANEG. 3, 26, 4 quis, -o vos, plura praebuit . . . documenta? PACIAN. epist. 3, 21 p. 86 numquam, vos -o, cecidistis? NICET. vigil. 6 p. 63, 2 B. haec verba . . ., -o vos, quem non . . . valeant suscitare? Ⓘⓘ *formula antecedit*: QVINT. decl. 317 p. 249, 2 vos -o, . . . utrum tandem eventum concepistis animo? TERT. nat. 2, 4, 17 -o vos, quid sapit coniecturarum libido? (NICET. symb. frg. 3 p. 54, 10 B.). apol. 40, 3 -o vos, . . . quantae clades orbem . . . ceciderunt? carn. 19 l. 33 -o vos, si dei spiritus . . . descendit in vulvam, cur descendit in vulvam? (*interrogat. om. T et Kroymann*).

γ -o (*fort. huc spectat locus parum sanus* SEN. apocol. 8, 2; -o *inseritur praeter* CARM. c. pag.): SIL. 3, 559 quis poenae modus . . ., -o, Aeneadis erit? (TERT. nat. 1, 7, 1 q., -o, sponsor . . .? PANEG. 4, 3, 1 q., -o, Constantine maxime, . . . q., inquam, . . . audeat . . .?). 5, 633 quid, deinde, quid, -o, restat . . . profugis? (6, 440 STAT. Theb. 7, 523 MART. 11, 75, 2. IVV. 9, 67 q., -o, q. dicam . . .? APVL. met. 2, 29, 3. 4, 12, 4 CYPR. laps. 7 PANEG. 6, 15, 1. CARM. c. pag. 46 q. praestitit, -o?). 15, 508 quos Roma, inquit, quos altius, -o, attollit muros . . .? TERT. nat. 2, 12, 20 quae, -o, huius translatio⟨nis ratio⟩? pudic. 16 p. 254, 19. test. anim. 5 p. 141, 19 unde, -o (*Oehler*, ordo *trad.*), . . . contigit . . .? (PACIAN. [?] sim. carn. p. 115, 2). CYPR. hab. virg. 17 non metuis, -o, . . . ne . . .? (*item sine particula interrog.: ibid.* haec, -o, non cogitanda sunt . . .? ARNOB. nat. 5, 12 PACIAN. epist. 3, 21 p. 86). HIL. trin. 6, 47 PACIAN. epist. 2, 4 p. 32. PACIAN. (?) sim. carn. p. 138, 10 illene, -o, . . . fatigat prece genitorem . . .?

δ -amus: APVL. met. 5, 31, 4 quod autem, -amus, isti crimen . . .?

b *usu liberiore*: SALL. (?) in Tull. 6 egeris, -o te, Cicero, perfeceris quidlibet; satis est perpessos esse. ITALA gen. 19, 18 (Aug. quaest. hept. 1, 44) -o, domine, quia invenit puer tuus *eqs.* (*gr.* δέομαι, *Vulg.* quaeso, *Lugd.* rogo; *inducit orationem, quae in Vulg. postea* preces *appellatur*). CONC.ˢ I 5 p. 352, 2 ecce, -o, quam . . . manifeste urget *apostolus* . . . fidei confessionem (*gr. I 1, 4 p. 59, 33* ἰδοὺ δή).
si recte intellegit Todd, Class. Rev. 53, 1939, 7 sq., huc pertinet CIL IV 3494ʰ or(o) te, fellator, eco (*i.* ego) fui.

II *de precatione hominum ad quaelibet numina facta*: A *in cultu paganorum* (*rarius exstat in precationum formulis [v. sub 2], ubi precari vox sollemnis fuisse videtur [cf. von Severus, RAC VIII 1153 et Wagenvoort in Verbum, Essays . . . ded. to . . . H. W. Obbink, 1964, 101 sqq.]; vergit in notionem venerandi, colendi [iuxta pos. vel syn. v. p. 1045, 41. 46. 48. 60. 62], honorandi, adorandi apud* COMM. *passim, ceterum v. p. 1045, 51. 53. 59. 65*): 1 *vario usu*: a *absolute*: α *formae variae*: PLAVT. Curc. 273 (*270* pacem ab Aesculapio petas) ibo atque -bo. VERG. georg. 4, 537 *Nymphae* dabunt veniam votis irasque remittent; sed modus -andi qui sit . . . dicam. Aen. 6, 124 talibus -bat dictis arasque tenebat. SIL. 1, 508 dumque -at caeloque attollit lumina supplex *eqs.* β *part. praes.* (*sive coniunctum sive pro subst.*): VERG. Aen. 4, 219 talibus -antem dictis arasque tenentem audiit omnipotens ([*sed cf.* SERV. auct. *ad l.*: perorantem, non precantem]. PROP. 4, 11, 5 te . . . -antem . . . deus audiat. *cf.* OV. Pont. 2, 9, 25 Iuppiter -anti surdas si praebeat auris). 11, 797 adnuit -anti *Phoebus* (OV. fast. 3, 337). OV. met. 10, 47 nec regia coniunx sustinet -anti *Orpheo* . . . negare. SEN. Thy. 679 hinc -antibus responsa dantur certa. benef. 4, 4, 2 *deorum*

[*Teßmer-Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

beneficia nunc oblata ultro, nunc -antibus data. SIL. 12, 646 (*643* da, summe deorum) sic adeo -antes. STAT. Theb. 2, 714 -anti nox et iuga longa resultant. 11, 618 ille deorum, qui stetit -antem iuxta. APVL. mund. 33 habitus -antium sic est, ut manibus extensis ⟨ad⟩ caelum precemur. EPIST. Alex. l. 282 H. nox serena . . . reddita est -antibus nobis. ARNOB. nat. 6, 16 quorum . . . genua contingitis . . . -antes. SERV. Aen. 3, 93 sciendum pro qualitate numinum -antes interdum ima, interdum summa respicere.

b *indicatur solum, quid -etur (per orat. rectam e. g.* HOR. sat. 2, 3, 284 SIL. 13, 137): *α per enunt. secund. (cf. et sub 2)*: (I) ut, ne: PLAVT. Asin. 783 tu pro illa (*i. vice illius*) -es, ut sit propitius *deus*. PRIAP. 27, 6 ut semper placeat spectantibus, -at (*item enunt. antecedit*: Ov. met. 15, 633. LIV. 40, 4, 12 opem dii [deos *var. l.*] ut ferrent, -bat). Ov. fast. 2, 526 laeti Fornace coloni -ant, ut fruges temperet illa suas. LIV. 26, 9, 8 manus ad caelum ac deos tendentes -antesque, ut *eqs.* IVV. 10, 356 -andum est, ut sit mens sana in corpore sano. FIRM. math. 4, 16, 9 -are debemus et summis precibus postulare, ne . . . Luna se Mercurio . . . coniungat. (II) *coniunct. nudo (qui antecedit)*: Ov. met. 15, 668 *Aesculapius* signis caelestibus indicet, -ant. VAL. FL. 1, 344 det Iuppiter, -o (6, 733 dent . . ., -o, . . . fata diem). SIL. 3, 115 deus annuat, -o. STAT. silv. 3, 4, 103 eat, -o (ore *var. l.*), per annos Iliacos. TAC. hist. 3, 10, 4 conversus ad . . . bellorum deos, . . . discordiam inicerent, -bat.

β per acc. pronom. vel subst. (cf. et sub 2): VERG. georg. 1, 100 umida solstitia atque hiemes -ate serenas. HOR. carm. 1, 31, 2 quid dedicatum poscit Apollinem vates? quid -at . . .? Ov. epist. 6, 163 (*152* adest votis Iuppiter ipse meis) erret inops . . .; haec ego . . . -o. met. 1, 733 cum Iove visa queri finemque -are malorum *Io*. fast. 4, 407 vos -ate, coloni, perpetuam pacem pacificumque ducem (*sed cf. Bömer ad l.*). AMM. 15, 8, 14 deus modo velit, quod -amus. RVT. NAM. 1, 45 -amus veniam (*sc. a Roma*) . . . et laude litamus.

γ per (acc. c.) inf.: SEN. Oed. 198 iacet turba per aras -atque mori. VAL. FL. 3, 447 huc (*sc. in ficta hominum simulacra*) Stygias transire minas . . ., his -at . . . incumbere curas. CLAVD. 18, 266 mergi . . . fretis spumantibus -at; exoretque utinam!

c *indicatur, quis deus vel quod numen -etur (sc. per acc. vel nom.; per dat. in tit. parum dilucido p. 1046, 40; cf.* CAECIL. com. 212 *p. 1039, 23.)*: *α sine additamentis*: (I) deum, deos, deas (*cf. p. 1035, 83. 1036, 15 sq.; praedicative l. 41 sq.*): PLAVT. Epid. 302 est lucrum hic tibi amplum. :: deos quidem -o. :: impetra⟨s⟩. SEN. apocol. 8, 3 hunc (nunc *trad.*) barbari colunt et ut deum -ant (COMM. instr. 1, 3, 15 quos . . . colitis et deos -atis). Ps. APVL. Ascl. 40 benedicentes deum -antesque. 41 cum deum -are coepissent (*postea*: deum rogare . . .; dicentibus precationem . . .; precem dicamus deo). MIN. FEL. 23, 13 (22, 5 W.) *deus lapideus* ornatur, consecratur, -atur. COMM. instr. 1, 7, 20 et deos et deas -atis (*syn.* colitis, colite). 1, 8, 8 tot deos -atis, qui *eqs.* (*syn.* adoret). 1, 15, 5 voverunt hostias inepto (*sc. Herculi*) ut deo -ando (*syn.* colatur). 1, 16, 5 si tribuunt fata genesis, cur deum -atis? (*cf. Aug. civ. 5, 1 p. 191, 6 D.* haec . . . opinio quid agit aliud, nisi ut nullus omnino colatur aut rogetur deus?). 1, 16, 8 feminas quoque nescio quas deas -atis. (II) *alia*: VERG. Aen. 2, 232 -anda . . . divae numina ([SERV. *ad l.* placanda]. *sed deum Christianorum*: AMM. 21, 2, 5 numine -to discessit). Ov. epist. 8, 78 -bat superos Leda suumque Iovem (LVCAN. 6, 523 nec s. -at nec cantu supplice numen auxiliare vocat *maga*. AVSON. 451, 1 p. 395 P. -bat s. dudum Laertia proles [*gr. Hom. η 1 ἠρᾶτο*]). met. 14, 405 noctis . . . deos . . . convocat et longis Hecaten ululatibus -at. VAL. FL. 4, 66 te . . . precatur gens hominum atque . . . te pater . . . -ant iuga. Ps. APVL. Ascl. 8 mirari atque -are (adorare *Rohde*) caelestia. MIN. FEL. 23, 9 (22, 1 W.) horum imagines consecratas vulgus -are et publice colere. PORPH. Hor. carm. 3, 23, 9/10 qui privati suos lares -ant. COMM. instr. 1, 2, 6 defunctos reges -bant (*syn.* colantur). 1, 6, 19 inpuros -atis et dicitis esse caelestes. 1, 7, 2 Iovem . . . -andum. 1, 8, 2 -anda *sol et luna*. 1, 16, 6 Manes. MART. CAP. 2, 181 ipsa . . . Venere . . ., quantum decebat, -ta (honorata *var. l.*).

β accedit enunt. secund.: (I) ut, ne: *enunt. sequitur*: PLAVT. Merc. 908 deos -ato, ut eius facia⟨n⟩t copia⟨m⟩ (Poen. 1134 deam, ut sibi esset propitia. Trin. 57 ut vitae tuae superstes suppetat *uxor*. EPIST. imp. Aug. Gell. 15, 7, 3 HOR. ars 200 LIV. 38, 51, 10 SEN. benef. 6, 25, 4. epist. 31, 2 ne [SVET. Tib. 75, 1]. SVET. Cal. 28 VIR. ill. 46, 2). Mil. 1228 *Venerem* et -o et quaeso, ut eius mihi sit copia. VAL. MAX. 1, 2, 3 Sulla . . . simulacrum Apollinis Delphis ablatum suppliciter -bat . . ., ut promissa praestaret (*in eadem re narranda coni. nudum praebet* FRONTIN. strat. 1, 11, 11). MART. 4, 73, 3 volventis . . . sorores, ut traherent. AVR. Fronto p. 43, 22 v. d. H. Minervam. EPIST. Alex. l. 289 H. numina. l. 348 Solem et Lunam. AVG. civ. 3, 13 p. 112, 13 D. Iovem. *enunt. antecedit*: Ov. epist. 5, 57 ut . . . venias, . . . Nereidas -o. met. 11, 399 Psamathen, ut finiat iram, -at. VAL. MAX. 2, 4, 5 lares familiares. 6, 2 ext. 2 deos, ut . . . incolumis . . . esset, -bat (PLIN. epist. 6, 11, 4 AVR. Fronto p. 107, 12 v. d. H.). SIL. 8, 125 caelicolas. (II) *coniunct. nudo (antecedit* SIL.*; v. et etiam l. 74)*: CE 4, 5 (CIL I^2 1531, 10) te (*sc. Herculem*) -ant, . . . condemnes. HOR. epist. 1, 18, 111 satis est -are Iovem, qui (quae *var. l., quam def. edd. multi; cf. et Keller, Epilegomena III 684 sq.*) ponit et aufert, det vitam, det opes (FLOR. epit. 1, 1, 13 [ut *add. pars codd.*]). SEN. dial. 11 (12), 18, 6 deos -o, contingat *eqs.* (SIL. 2, 380 id verteret omen, -vere deum). AMM. 19, 6, 7 -antes caeleste praesidium, propitium adesset et libens (*nisi* praesidium *subi. verbi q. e.* adesset; ut *add.* V^2).

γ accedit orat. recta: CE 5 (CIL I^2 1805) te (*sc. Herculem*) -at: tu es . . . deus, . . . adiouta.

δ accedit acc. neutr. adi. vel pron. (cf. var. l. HOR. *p. 1045, 84)*: VERG. Aen. 4, 205 multa Iovem manibus supplex -asse supinis ([SERV. *v. p. 1037, 7*]. 9, 24 m. deos -ans). SEN. Herc. O. 400 thalamos . . . nostros . . . nurus optabat omnis, ⌊quaeve mens⌋ quicquam deos -bat ullos (⌊⌋ quae nimis *A, quod def. Axelson, Korruptelenkult, 1967, 14*).

ε indicatur pro quo -etur (ex usu christiano p. 1050, 17 receptum videtur): PRVD. perist. 10, 423 pro principali rite . . . deos -are vita (*428* precabor).

2 *in allocutione deorum aliorumque numinum*: **a** *apud auctores*: TER. Hec. 338 quod te, Aesculapi, et te, Salus, ne quid sit huius -o. VERG. Aen. 8, 577 (vos, o superi, . . . quaeso . . . audite preces) vitam -o. HOR. sat. 2, 6, 4 nil amplius -o, Maia nate, nisi ut propria . . . faxis (*ad eundem* 2, 6, 13 hac prece te -o: pingue pecus . . . facias). LYGD. 1, 15 vos, auctores huius . . . carminis, -o . . ., ite . . . et donate libellum (*cf.* COLVM. 10, 263 nunc vos Pegasidum comites Acheloidas -o . . .; huc . . . advertite plantas. AVIEN. Arat. 291 precor . . . aethere ab alto flecte oculos placidamque meis venerabilis *Virgo*, -o, pande sacris [*i. carminibus*] aurem). Ov. met. 10, 31 (*17* o positi sub terra numina mundi) Eurydices, -o, . . . retexite fata. VAL. MAX. 1, 6, 13 tuas aras . . ., dive Iuli, veneratus -o, ut propitio . . . numine . . . patiaris. STAT. Theb. 8, 93 o cunctis finitor . . . rerum *Pluto*, . . . -o (ora *var. l.*), minas . . . remulce. 8, 332 tu, *Amphiarae*, . . . des, -o, precatus nosse tuos. PORPH. Hor. carm. 1, 18, 13/14 -o te . . . contineas a me, o Liber, furoris incitamenta. DRAC. Romul. 10, 420 *me* non puniat, -o, qui mecum feriendus erat. **b** *in tit.*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. (CIL VI 32329) 10 Iuno Regina . . . ⟨permitte uti precemur -emus te matres familias . . . obse⟩cremusqu[a]e uti tu im⟨peri⟩um . . . auxis. 13 haec . . . precamur -amus obsecramusque. TAB. devot. Audollent 122 dea . . . Proserpina, per tuam maiestatem te rogo -o obsecro, uti vindices *eqs.* 265 B 7 tu quicumque es demon, te -o, ut illa cogas *eqs.* TAB. devot. Année Epigr. 1934 n. 23, 4 rogo -o bono einfereis (*cf.* 23, 6 rogo -o et bonis inferis). 23, 12 ut illam ducas, rogo -o.

B *in cultu Christianorum (nec non Hebraeorum), qui usum vocis evanescentem renovant ad exprimendum officium suum quod est deum precari, colere, laudare sim. (cf. Löfstedt, Late Latin, 72 sq. fusius idem ad Peregr. Aeth. 1, 2); in graecis respondere solet* (προς-) εὔχεσθαι*, nisi alia adnotantur; notio adorandi, venerandi a notione petendi vix distingui potest, sed praevalet notio adorandi sub 1, ceterum nota responsionem* εὐλογήσατε VVLG. Sirach 50, 24 (22); *cf.* προσκυνεῖν ORIG. in Matth. ser. 25 p. 42, 29 *et p. 1053, 24; notionem devovendi non invenimus nisi in locut. q. est* orationem -are (*v. p. 892, 20; cf. p. 890, 35*) *et in duobus locis apud* Ps. PHILONEM *de voto Ieptae* (antiq. 39, 11 [iuravit, devovit *var. ll.*]. 40, 3); *subauditur notio intercedendi, sc. de sancto,* PRVD. perist. 10, 1139 (*cf. p. 900, 64*); *ad colorem q. e. veniam petere conferas fortasse p. 1050, 47. 51. 54. 56; saepius iuxta ponuntur verba, quae ad varia officia christ. pertinent (notabiliora, alia v. sub capite tertio)*: TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 450, 5 ieiunantium (ITALA act. 13, 3 [cod. g = VVLG.]. VVLG. Bar. 1, 5. *al.*). orat. 14 p. 189, 13 confitemur. 24 p. 197, 11 canebant (ITALA act. 16, 25 [cod. g *al.*] hymnum c. [*Vulg.* adorantes laudabant]). ITALA Matth. 26, 41 (cod. f *al.* = VVLG.; *item* Marc. 13, 33. 14, 38) vigilate ([*saepe alludunt ecclesiastici*]. Eph. 6, 18 [cod. d *al.* = VVLG.]. *al.*). Luc. 3, 21 (cod. f *al.* = VVLG.) baptizato. I Cor. 11, 4 *et* 5 (cod. d *al.* = VVLG.) prophetans. Col. 1, 3 (cod. d *al.* = VVLG.) gratias agimus (I Thess. 5, 17 [*ibid.*]. CYPR. domin. orat. 36. *al.*). AMBR. off. 3, 17, 100 psallebant (HIER. epist. 24, 4, 2 RVFIN. hist. mon. 1 p. 402^C Orig. princ. 2, 8, 3 p. 155, 10 AVG. in psalm. 29, 2, 16. *al.; cf.* HIER. epist. 64, 1, 2 in psalmo). TRACT. c. Arian. p. 11, 30 colendus. HIER. epist. 22, 25, 1 legis (54, 11, 1 VITA Caes. Arel. 1, 6. *cf.* HIER. epist. 58, 6, 2 lectio. PRAEDEST. 1, 31 lectiones audiunt). in Ier. 1, 53, 2 agere paenitentiam (VVLG. III reg. 8, 35 PELAG. in I Cor. 7, 5 p. 161, 22). PRVD. c. Symm. 2, 213 veneretur. AVG. civ. 10, 19 p. 432, 16 D. laudantes. *opposita (distingui videtur a* deprecari*, v. p. 1051, 77)*: TERT. adv. Marc. 4, 26 p. 510, 2 infamat. VVLG. Sirach 34, 29 maledicens. SIDON. epist. 8, 10, 4 perorare. *exstant formae passivae* -ari: TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 468, 21 (*impersonaliter ut*: HIL. in Matth. 31, 9 trin. 10, 37 AVG. catech. rud. 21, 10. *al.*). orat. 9 p. 187, 6. LEO M. serm. 56, 2 (*accedit* a, ab *ut*: REGVLA mag. 15, 18. *al.*); -atur (-etur): ARNOB. nat. 4, 36 p. 244, 22 M. -atur deus (RVFIN. Orig. in Rom. 8, 4 p. 1166^A CYPR. GALL. gen. 427. *cf.* HIL. trin. 10, 42 pater. AVG. in psalm. 85, 1 Christus . . . a nobis [CASSIOD. in psalm. 27 concl. l. 198 ab angelis]). HIL. in psalm. 66, 8 munus (*cf.* HIER. in psalm. 20 p. 30, 16 salus). frg. min. B III p. 231, 6 (*impersonaliter ut*: AVG. civ. 21, 24 p. 531, 9 D. 11. 13. *al.; accedit* a, ab: NICET. psalm. 13 p. 81, 16 B. REGVLA mag. 89, 5. *al.*); -tus (-a, -um; *cf. p. 1045, 53*):

[Teßmer-Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hil. in psalm. 63, 6 deus . . . -tus. trin. 10, 41 omnia . . . -ta sint. Avg. in psalm. 105, 37 -tum est (Cassiod. in psalm. 141, 3 l. 48 Regvla mag. 71, 6. *accedit* a, ab *ibidem* 15, 26. 19, 6. 50, 67); -andus: Tert. adv. Marc. 4, 26 p. 509, 4. 4, 36 p. 543, 16 Cypr. laps. 17. *al.*, *impersonaliter* -andum *inde a* Tert. adv. Marc. 4, 36 p. 544, 1. *formulae hodie usitatiores*: -emus: *in initio ipsius orationis* Sacr. Leon. 949 (= Gelas. 150 M.) -emus, dilectissimi, deum patrem omnipotentem, ut *eqs.* (*sim.* 952 [= Gelas. 143 M.]. Sacr. Gelas. 410 M. 754); *in admonitione orationi praemissa* Sacr. Gelas. 400 M. -emus, dilectissimi nobis, in primis pro ecclesia . . ., ut *eqs.* (*item cum contextu coniungitur e.g.* 402. 404. 406. *al.; sed absolute occurrit ibid. in fine admonitionis sequentibus formulis* flectamus genua *et* levate [*describitur modus precandi* 395]. 1257 *ante orationem q.e.* '*pater noster*'). -a pro nobis: *ut formulam usitatam (sc. in litania) non invenimus, sed cf. in contextu vario p. 1048, 37. 77. 1049, 79. 1050, 20. 34.*

1 *absolute*: **a** *varia selecta* (*ad illustrandum locum, tempus, modum, habitum sim. -andi*): Tert. apol. 30, 4 de pectore -amus. bapt. 20 p. 217, 18 ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et pervigiliis -are oportet (*cf.* Itala Luc. 22, 41 [cod. f *al.* = Vvlg.] positis genibus. *item* act. 9, 40 [cod. g *al.*, *cf.* Vvlg.]. *al.*). adv. Iud. 10, 10 (= adv. Marc. 3, 18 p. 407, 16) expansis manibus -bat (*cf.* Itala Matth. 19, 13 [cod. d *al.* = Vvlg.] imponeret manus eis et -ret. *v. l. 27*). orat. 17 p. 190, 26 vultu humiliatus atque deiectus -bat *publicanus*. p. 191, 10 in publico (*cf.* Itala Matth. 6, 5 [cod. d *al.*, *sim.* Vvlg.] in angulis platearum. Peregr. Aeth. 19, 9 publice). 23 p. 197, 7 omni in tempore et loco (*cf.* Itala I Tim. 2, 8 [cod. d *al.* = Vvlg.] in omni loco levantes sanctas manus). uxor. 2, 5 l. 16 etiam per noctem exurgis -tum (*cf.* Cypr. epist. 11, 5 diebus ac noctibus). Itala Tob. 3, 1 (Vat.) cum gemitu (Vvlg. cum lacrimis, *ut* 12, 12 [cod. 86 = Vvlg.]. *al.*). Sirach 18, 22 (Aug. spec. 25 p. 414, 2) non impediaris -are semper ([*gr.* τοῦ ἀποδοῦναι εὐχήν. Vvlg. *item, sed* operari *ed. pont. cum parte codd.*]. Luc. 18, 1 [cod. f *al.* = Vvlg.] oportet s. -are [*cf. cod. e* operare]. Hier. epist. 22, 22, 2. *al.; cf.* Itala I Thess. 5, 17 [cod. d *al.* = Vvlg.] sine intermissione. *saepe alludunt script. eccles. ut* Ambrosiast. in I Cor. 7, 5). Matth. 14, 23 (cod. g[1] *al.* = Vvlg.) ascendit in montem . . . -are (*sim.* Marc. 6, 46 [cod. f *al.* = Vvlg.]. Luc. 6, 12 [cod. f *al.* = Vvlg.]. 9, 28 [*ibid.*]. *cf.* 18, 10 [*ibid.*] ascenderunt in templum, ut -rent. act. 10, 9 [cod. g *al.*] in cenaculum [Vvlg. in superiora]. Peregr. Aeth. 37, 1 vadent . . . -are ad columnam. Hier. epist. 51, 9, 1 [*Epiphan.*] intrassem *ecclesiam* ut -rem. Avg. civ. 22, 8 p. 581, 15 D. ad sanctum martyrem [*al.*]). Luc. 5, 16 (cod. f *al.* = Vvlg.) secedebat in deserto et -bat. Cypr. domin. orat. 32 cum -ret, meruit audiri (*cf.* Hier. in Ier. 29, 10–14 p. 355, 17 -bimus et exaudiemur. Prvd. perist. 11, 178 -vi quotiens . . ., opem merui. *in tit. sepulcr.* CIL XII 2089, 8 -vit semper q(uoa)d optenere meruit [*sim.* 2091, 5]. Inscr. christ. Diehl 4716 accepi, ut ora⟨vi semper . . .⟩). Peregr. Aeth. 48, 2 *qua die Salomo* steterit ante altarium dei et -verit. Pavla Hier. epist. 46, 13, 2 in David -are mausoleo. Hier. epist. 49, 15, 4 quid est maius: -are an Christi corpus accipere? hom. Orig. in Luc. 23 p. 146, 20 angeli . . . -ant nobiscum. Vvlg. I par. 17, 25 coram te *dominum* (*cf.* II Esdr. 1, 4 ante faciem dei. Bar. 1, 5 in conspectu domini). Avg. in euang. Ioh. 10, 1 non . . . exaudiri vos arbitremini, quando super mare -atis. 104, 2 -are silentio. Cassiod. in psalm. 141, 3 l. 48 in his duobus versibus quattuor modis -tum est (*affert I Tim. 2, 1*). CE 730, 7 vos precor, o fratres, -are, huc quando veni⟨tis⟩ (*cf.* CIL VI 9280, 7 tu qui leges et non -beris, erit tibi deus testimonio). *al.*

b *part. praes.*: α *praedicative vel attributive*: Tert. apol. 24, 5 alius . . . nubes numeret -ans, alius lacunaria (*v. Waltzing ad l.; cf.* Vvlg. Sirach 34, 29 unus -ans et unus maledicens [*gr. 31, 29* εἷς εὐχόμενος]). 30, 7 ipse habitus -antis Christiani. adv. Marc. 4, 11 p. 450, 5 ad formam discipulorum . . . adsidue ieiunantium et -antium (Itala act. 13, 3 [cod. g = Vvlg.] i. et -antes posuerunt illis manus. *al.*). *al.* Itala II Macc. 1, 6 (recc. LX = Vvlg.) sumus -antes (*sec. struct. graec. ut*: Luc. 1, 10 [cod. d *al.* = Vvlg.] omnis multitudo populi erat -ans. 9, 18 [cod. q *al.*, *cf.* Vvlg.]. 11, 1 [cod. q *al.* = Vvlg.]. *al.*). Luc. 21, 36 (cod. f *al.* = Vvlg.) vigilate . . . omni tempore -antes ([*gr.* δεόμενοι]. *cf.* Eph. 6, 18 [cod. d *al.* = Vvlg.] per omnem orationem . . . -antes omni tempore in spiritu et . . . vigilantes). act. 16, 25 (cod. g *al.*) Paulus et Silas -antes hymnum canebant (*Vulg.* adorantes laudabant). I Cor. 11, 4 sq. (cod. g *al.* = Vvlg.) omnis vir -ans aut prophetans . . ., omnis . . . mulier -ans aut prophetans. *al.* β *pro subst.*: Cypr. domin. orat. 4 sit . . . -antibus sermo et precatio cum disciplina. 35 nullum . . . esse -antibus damnum potest. Rvfin. Orig. princ. 2, 4, 1 p. 127, 20 (*ad Matth. 6, 9*) quia -antes oporteat dicere: '*eqs.*' Nicet. vigil. 8 p. 64, 21 B. lux animam vigilantis et -antis inlustrat. Avg. in psalm. 87, 15 l. 14 avertit deus ab -antibus faciem. *al.* *de secta Messalianorum, q. d. graece* Εὐχῖται: Cassiod. hist. 7, 11, 6 Messalianorum, quos -antes appellant, heresis est exorta (*gr. Theodoret. 4, 11, 1* Εὐχίτας).

c *gerundium*: α *gen.* -andi: Tert. apol. 32, 1 *est* necessitas nobis -andi (*postea*: precamur). bapt. 18 p. 216, 5 gratia (orat. 25 p. 197, 20 Lact. inst. 4, 15, 20). ieiun. 10 p. 286, 28 indifferentia semper . . . -andi (-andum *trad.*). adv. Marc. 4, 36 p. 543, 16 perseverantiam et instantiam (Hier. epist. 39, 1, 2. *al.; cf.* Vita Caes. Arel. 1, 6 legendi, psallendi -andique et vigilandi assiduitate). p. 544, 2 disciplinam (orat. 1 p. 181, 3. *al.*). orat. 15 p. 189, 23 habitu. 25 p. 197, 24 admonitionem. Cypr. domin. orat. 2 formam. 35 horas . . . et spatia et sacramenta (Hier. epist. 22, 37, 1. *cf.* Avg. in psalm. 118, 29, 4 tempus [*al.*]). unit. eccl. 13 legem. Optat. 4, 2 p. 104, 4 mandata. Rvfin. hist. mon. 1 p. 402[C] psallendi et -andi officia. Prvd. perist. 2, 485 finis. 10, 103 locus ([*syn.* salutis . . . domum]. Avg. in psalm. 29, 2, 1 l. 32 nec causam -andi nec l. -andi nec affectum -andi. *al.*). *al.* β ad -andum: Tert. ieiun. 10 p. 286, 21 Petrum . . . in superiora ad -andum ascendisse. Itala Marc. 11, 25 (cod. ff[2] *al.*, *cf.* Vvlg.) cum statis ad -andum (*cf.* cod. a -antes, *cod. f.* ad orationem). Hier. epist. 38, 4, 2 (*syn.* laudare). *al.* γ *abl.*: in -ando: Tert. orat. 27 p. 198, 14 diligentiores. Nicet. psalm. 14 p. 82, 13 B. sive in -ando, . . ., sive in psallendo, sive in lectionibus audiendis. Avg. civ. 20, 17 p. 445, 13 D. in psalm. 29, 2, 16 l. 3. *al.* -ando: Vvlg. Iudith 4, 13 *Moses* non ferro pugnando, sed precibus . . . -ando deiecit *Amalech* (*cf.* Avg. civ. 5, 26 p. 239, 15 D. magis -ando quam feriendo pugnavit). Nicet. vigil. 3 p. 59, 6 B. ut vigilando et -ando purgeris. psalm. 11 p. 79, 1 -ando cantamus. Avg. civ. 21, 27 p. 551, 20 D. -ando et instando. 22, 8 p. 570, 21 ad solum deum se -ando converterat (Alc. Avit. hom. 19, 20 p. 134, 7 creaturas -ando convertere). conf. 5, 8, 15 -ando et flendo. serm. 105, 3, 3 (*ad Luc. 11, 8 sqq.*) pulsa -ando, pete, insta. *al.* Svlp. Sev. dial. 3, 14, 4 -ando et ieiunando (Sacr. Leon. 387). *al.*

2 *accedunt structurae*: **a** *indicatur, quid -etur* (*per orationem rectam e. g.* Tert. adv. Prax. 23 p. 272, 1 Hier. epist. 64, 1, 2 Cassiod. Didym. in I Ioh. p. 80, 23; *adiecto eo*, '*qui -etur*', *v. sub b*): α *per enunt. secund.*: Ⓘ ut (ne; *cum pron. praepar. vide infra sub β*): Tert. orat. 5 p. 184, 8 regnum dei, quod ut adveniat -amus (*ad Matth. 6, 10 ut*: Cypr. domin. orat. 13 p. 276, 20 Avg. serm. 58, 2, 3). Itala Matth. 24, 20 (cod. f *al.* = Vvlg.) -ate . . ., ut non fiat fuga vestra hieme ([*cf. Cypr. Fort. 11 p. 336, 1* adorate . . ., ne]. *sim.* Marc. 13, 18 [cod. d *al.* = Vvlg.]). act. 8, 15 (cod. g *al.*, *cf.* Vvlg.) qui . . . -rent pro eis, ut acciperent spiritum sanctum (Col. 4, 3 [cod. d *al.*, *cf.* Vvlg.] pro nobis. *al.*). I Thess. 3, 10 (cod. d *al.*, *cf.* Vvlg.) gaudemus . . . superabundanter -antes, ut videamus vestram faciem (*gr.* δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν, *cf.* cod. g -antes in videndo). *al.* Cypr. domin. orat. 12 p. 275, 16 sanctificatio ut in nobis permaneat, -amus. 18 p. 280, 21 est . . . -andum, ne . . . remaneat a salute. *et saepe.* Ⓘⓘ *coni. nudo*: Ivvenc. 1, 591 (*ad Matth. 6, 9*) nominis, -amus, veneratio sanctificetur in nobis. Avg. serm. 60, 4, 4 omnes -emus, avertat hoc deus (*syn.* rogamus).

orsīna, -ae *f. et* **orsinus,** -ī *m. de orig. v. infra.* *genus herbae*: PLIN. nat. 1, 21, 39 -ae gen(era) II (-e *pars codd.*). 21, 67 subeunt autumno: ... crocum et -i (orsin in *sim. codd.*) utraque genera, unum hebes, alterum odoratum (*sec. Theophr. hist. plant. 6, 8, 3, ubi legitur ὀρεινός [errorem Plinii explicat André, Rev. Et. Lat. 33, 1955, 311]. ὀρσίνη de alia herba Ps. Diosc. Vind. 3, 37 p. 49, 12*).

ōrsōrius, -a, -um. *ab* ordiri (orsus); *cf.* textorius. *i. q. ad texendum pertinens*: ITALA iud. 16, 13 (Quodv. [?] prom. 2, 22, 45; *versus liberius affertur*) si alligati fuerint, ait *Samson* capilli capitis mei in palo -o, infirmabor (*gr. τῷ πασσάλῳ, sed antea: ὑφάνης ... μετὰ τοῦ διάσματος, Vulg.* si ... cum licio plexueris et clavum his circumligatum terrae fixeris; *Itala Lugd. v. sub* 2. orsus). *inde* QVODV. (?) *ibid.*: velut in -o palo contextio capillorum *fit* Iesu (*sc. fallacia Pharisaeorum*).

1. ōrsum *v.* ordior *p. 950, 31 sqq.*

? **2. orsum:** illum, cui contrarium est istorsum GLOSS. II 588, 43 (*mire inter nomina*; ⟨h⟩orsum: ill⟨ors⟩um *v. d. Vliet, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 303; plura intercidisse putat Heraeus in exemplari suo. idem cft. locum recentiorem* GRAMM. suppl. 212, 31 '-um' dicimus in partem, inde componitur seorsum [*sim.* 260, 10]).

1. ōrsus, -a, -um *v.* ordior.

2. ōrsus, -ūs *m.* *ab* ordiri. urs- CVLEX *in var. l.* *de forma ambigua* -um *v. p. 950, 30 sqq.* PROB. app. gramm. IV 193, 16 nomina appellativa generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur: ... -u.

i. q. inceptum, initium sim. (*maxime dictorum, scriptorum sim.; plur.* CIC.): 1 *usu vario*: CIC. carm. frg. 22, 3 ut ... Calchantis fata queamus scire, ratosne habeant an vanos pectoris -us. STAT. Ach. 2, 49 hic Ithacus paulum repetito longius -u (ortu *P*): '*eqs.*' (*sim., si recte suppletur,* MEROB. poet. 70 tali ... excitat -u: '*eqs.*'). TER. MAVR. 1099 *syllaba producta dactylici* pedis efficit -um. 2083 *ut* carminis -um peragat debita finis (*cf.* PAVL. NOL. *sub* 2). Ps. CYPR. rebapt. 2 huius sermonis -s hinc incipere debebit. 2 *vigente respectu vel imagine texendi*: CVLEX 2 ut araneoli tenuem formavimus -um. ITALA iud. 16, 13 (Lugd.) si ... ordieris -um et ⟨t⟩exueris in eo crines meos (*cf.* orsorius). PAVL. NOL. carm. 21, 47 unde igitur faciam texendi carminis -um. SYNON. Cic. p. 437, 12 -s. stamen. filum (*ordinem restituit et explicavit Löschhorn, Mus. Helv. 31, 1974, 105 sqq.*).

3. orsus, -ī *v.* ursus.

ort- *v. etiam* hort-. **ortaculus** *v.* orthocolus.

[quo **†ortatius** exciperentur *legati* VAL. MAX. 5, 1 ext. 3 *codd. vet., sed* honoratius *alter in marg., quod probant edd.; locum addas vol. VI 3, 2951, 21.*]

epistola **ortātōria** *i.* hort- (CAES. AREL. epist. ad virg. 3 tit. *var. l.*) *addas ad vol. VI 3, 3004, 83.*

orthagoriscus, -ī *m.*, ὀρθαγορίσκος. *genus piscis, i. q. porcus marinus* (*v. Saint-Denis, Rev. Phil. 40, 1966, 243 sq. et Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 184 sq.*): PLIN. nat. 32, 19 porcum, quem Lacedaemoni -um vocent, *eqs.* (orum tha- *sim. codd.*). 32, 150 (*inter pisces marinos*) orbis, -us, phager *eqs.*

orthampelos, *f.*, ὀρθάμπελος (*graece non legitur*). *genus vitis*: PLIN. nat. 14, 40 *uvā insignis* ambrosia ..., in vite servabilis — tanta est contra frigora ... firmitas nec ⌊-os⌋ indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens *eqs.* (*ut glossema del. J. Müller*).

orthembasis, ὀρθέμβασις (*graece non legitur*). *fortasse genus alvei, solii* (*sc. ad sedendum tantum idonei? cf. vol. V 2, 450, 25 sq.*): NOT. Tir. 93, 99 (ortimba(s)is *codd.*; orthobasis *Kopp*).

? **orthistrōtum,** -ī; *cf.* ὀρθόστρωτος *nec non* lithistrotum (*Not. Tir. 101, 27*) *iuxta* lithostrotum. *significare videtur parietem lapidibus tectum*: NOT. Tir. 101, 28 (obti-, obthi-, obto- *trad., cf. Schmitz, Beitr. zur lat. Sprach- u. Literaturkunde, 1877, 265. antea*: chamestrotum. lithistrotum. *an legendum* optostrotum *i.* ὀπτόστρωτον *coll. vocibus q. s.* ὀπτὴ πλίνθος, ὀπτόπλινθον*?*).

orthius, -a, -um, ὄρθιος. *scribitur in codd. etiam* hort-, orti-, orci-. *i. q. acutus, clarus* (*nisi fallimur*): 1 -um *carmen*: GELL. 16, 19, 14 *Arion* c., quod -um dicitur, voce sublatissima cantavit (*sec. Herodot. 1, 24 νόμον τὸν ὄρθιον*). 2 -us *sc. pes, t. t. metr.*: DIOM. gramm. I 481, 13 -us ex brevibus quinque (*inter pedes heteroplocos pentasyllabos ut* l. 24 -us ex longa et duabus brevibus et longis duabus). MART. CAP. 9, 985 (*ex Aristid. Quint. 1, 16*) -us ... qui ex tetrasemi elatione ... et octasemi positione constabit *eqs.* (*iuxta* iambus *et* trochaeus *ut* 9, 988 -us propter honestatem positionis est nominatus).

orthocathēmenus, -ē, (-um), ὀρθοκαθήμενος (*Paul. Aegin. 6, 60, 2*). *i. q. erectus, sc. cum respectu sedendi*: SORAN. p. 59, 23 *mulier* collocanda est ... ita ut stramenta ad caput altiora habeat et quasi -e (*depravatur in codd. variis modis*) sedeat. THEOD. PRISC. log. 72 lectus -us, ut potius sedere quam iacere ⟨videantur⟩, adcurandus est.

orthocissus (-os), -ī *f.*, ὀρθόκισσος (*graece non legitur, sed cf.* χαμαίκισσος). *genus hederae*: COLVM. 11, 2, 30 -os (orto- *recc.; om. SA*) et hederas ... poni oportere. PLIN. nat. 16, 152 est et rigens hedera, quae sine adminiculo stat sola omnium generum, ob id vocata -os (cissos *vel* oriocissos *trad.*), e diverso numquam nisi humi repens chamaecissos.

orthocōlus, -a, -um, ὀρθόκωλος. *scribitur in codd.* ortacul-, artocoll-, articul-. *i. q. rigore membrorum erectorum affectus* (*nisi depravatum ex* orthocyllus *q. v.; masc. pro subst. praeter* VEG. mulom. 2, 54, 1): CHIRON 299, 42 de -o (*inde* VEG. mulom. 2, 54 tit. de -is sive stilosis). 389 de -o, quem stilosum vocant (*eadem iterum in cod.*). *ibid.* -i vocantur, quod stilo recto similes pedes habet *eqs.* (*inde* VEG. mulom. 2, 54, 1 -a ... iumenta ..., quae contractionem nervorum patiuntur in pedibus ... et sunt rigidis articulis. GLOSS. V 509, 1).

orthocyllus, -a, -um, ὀρθόκυλλος. *i. q. intortus simulque, sc. ab altera parte, rectus* (*cf.* ἰθύκυφος, ἰθυσκόλιος *sim.; aliter, sc.* '*paulum a recto inflexus*' *explicat Kudlien, Hermes 88, 1960, 503, qui hanc vocem etiam formis vocabuli praecedentis subesse existimat*): PELAGON. 266 ad -os. -i (horthogyllos. orthogylli *cod.*) sunt, quibus pedes priores pandi fuerint introrsum contra ventrem ungulis tortis.

orthodoxē *v.* orthodoxus.

*****orthodoxia,** -ae *f.*, ὀρθοδοξία (*quod graece fere respondet*). *legitur maxime in versionibus, de quarum variatione v. sub* orthodoxus. *i. q. vera catholica fides Christianorum*: CONC.[S] I 2 p. 13, 6 corruptionem -ae apud quosdam ... repperientes. p. 69, 1 agnovi veram fidem -ae (*eadem formula*: I 5 p. 99, 27. 100, 3. 11. *al.*; *brevius* p. 101, 5. 15. *al.*: agnovimus -am [*in altera vers. II 3, 1 p. 215 sqq. respondet* veram et catholicam fidem, *vel brevius* catholicam f.; *sed p. 219, 17* orthodoxam fidem]). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 52, 31 quae universa ab ecclesiastica -a aliena sunt (FACVND. defens. 10, 1, 20 [*ex Theodoreto*]). p. 53, 17. 20 *iuxta* religio. p. 91, 25 ut -a maneret et ... augeretur (*infra*: catholicae ac verae fidei). CONC.[S] II 2, 2 p. 9, 12 -am tu firmasti (*sim.* II 3, 2 p. 177, 2, *sed alia vers. p. 175, 32* rectam fidem, *Rustic. ibid. l. 19* orthodoxam f.). p. 9, 13 -a lumen vos habet (*cf.* II 3, 2 p. 175, 20 vos lumina -ae [*p. 177, 6* rectae fidei]). II 3, 1 Rustic. p. 221, 5 communicare ... catholicorum fidei et -ae (*opp.* haeresim. *vers. antiqua*: fidem *tantum*). II 3, 2 Rustic. p. 152, 19 digni -a (*vers. antiqua*: orthodoxi). AVELL. p. 523, 13 veritatis atque -ae ... ratione. p. 527, 23 zelo ... circa -a⟨m⟩.

*****orthodoxus,** -a, -um, ὀρθόδοξος. *scribitur in codd. saepius* ortod- *vel* hort(h)od-, *ceterum hic illic* ortotox-, orthox-, orthodoch-. *? accedente suffixo* -ius NOT. Tir. 122, 32 (*an compar.?*). *nom. sing. neutr.* -on AVG. serm. *infra.* *compar. fortasse* NOT. Tir. *supra*; *superl. deest, augendi causa ad posit. accedunt* summe CONC.[S] II 3, 2 p. 110, 2 (*gr. superl.*), vere LEO M. epist. 104, 2 Conc.[S] II 4 p. 56, 12, totus CASSIOD. in psalm. praef. l. 26. NOT. Tir. 93, 77[a] -is. 122, 132 -ius. *de notione*: AVG. serm. coll. Morin p. 477, 5 *inter Sabellium et Arianum* rectum iter tene; non enim sine causa catholici -i nominati sunt: -on graece, latine rectum est. vera relig. 5, 9 qui Christiani catholici vel -i nominantur, id est integritatis custodes et recta sectantes. ISID. orig. 7, 14, 5 (*inde* GLOSS.[L] V Abba OR 30) -us est recte credens et, ut credit, [recte] vivens; ὀρθῶς (ortho *codd.*) enim graece recte dicitur, δόξα (doxo *codd.*) gloria est: hoc est vir rectae gloriae (10, 195 GLOSS. *cf.* GLOSS. -is: gloriosis sive perfectis. recte gloriosis. GLOSS.[L] Corp. o 227 -i: gloriosi). *legitur inde a saeculo quarto, saepius apud* HIER. *et in actis conciliorum, epistulis episcoporum sim., cum ex* AVG. *duo tantum exempla nobis praesto sint* (*v. supra*).

i. q. verae Christianorum doctrinae, fidei deditus vel conveniens. *opp.* haereticus *passim, hic illic etiam singulae haereticorum sectae, maxime* Ariani (*inde ab* HIL.), *ceterum e. g.* Luciferianus HIER. c. Lucif. 2, Donatista CASSIOD. compl. in act. prol. p. 1382[A]. *iuxta pos. vel syn.* catholicus AVG. *supra*, FVLG. RVSP. trin. 1, 1 BENED. reg. 9,8. *al.*; *variationem versionum illustrari liceat hoc exemplo: in textu gestorum concilii Epheseni graeco* (*Conc.*[S] *I 1, 7 p. 100—105*) ὀρθοδοξία *et* -ος *47 locis occurrunt. in vers. lat.* CONC.[S] I 5 p. 99 sqq. *plerumque respondent* orthodoxia, -us; *sexies pro* ὀρθοδοξία *ponitur* recta fides. *in vers. altera* II 3, 1 p. 215 sqq. *praefertur* catholica fides *vel* catholicus (-us *ter tantum, insuper quater ex correctione Rustici*). *v. etiam l. 36 sqq. 43 sq.*

1 *de hominibus eorumve coetibus sim.*: a *iuxta subst.*: HIL. coll. antiar. p. 168, 2 Athanasium -um episcopum (COD. Theod. 16, 5, 6, 3 -is e., qui Nicaenam fidem tenent. EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 65, 24. *et saepius*). DAMAS. Hier. epist. 19 commentaria ... a nostris, id est -is, viris ... scripta. TRACT. de indur. cord.

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phar. 9 l. 8 sine -o expositore. COD. Theod. 16, 4, 6 -arum *sc. ecclesiarum* (*sed* -orum *Gothofredus*) religione subfulti (CONC.[S] I 5 p. 102, 2 catholicam ⌊et -am⌋ e. [*om. pars codd. et versio alt. II 3, 1 p. 218, 14*]. p. 102, 17 [= II 3, 1 p. 218, 30] catholicam ⌊et apostolicam -am⌋ e. [*om. pars codd.*]. COD. Iust. 1, 3, 25, 1. *al.*). 16, 5, 57, 2 ecclesiis -ae sectae. LEO M. epist. 104, 2 Conc.[S] II 4 p. 56, 12 apud christianum et vere religiosum vereque -um principem (AVELL. p. 138, 5 [pontificibus *var. l.*]. LIB. pontif. p. 101, 9 -um p. catholicum. *cf.* MARCELL. chron. II p. 61, 380 imperator [GREG. M. epist. 11, 28 p. 298, 19]). EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 67, 6 -i . . . antistitis. CANON. Turner I 2, 1 p. 308 rec. XIVa pontifices (*cf.* AVELL. *supra*). COD. Iust. 1, 5, 10, 2 (*a. 466–472*) dominos possessoresve. 1, 5, 19 pr. liberos. 1, 5, 19, 1 ad agnationem vel cognationem . . ., -as tamen. CASSIOD. compl. in act. prol. p. 1382[A] -us et diligens lector. GREG. M. epist. 9, 196 p. 184, 30 (*ad episcopum*) filiorum tuorum -orum corda. *al.*

b *ponitur solum* (*sc. et praedicative et pro subst., masc. praeter l. 36*): **α** *exempla varia*: SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 104, 1 -os persequi temtaverunt *Ariani* (*cf.* CONC.[S] I 2 p. 12, 24 -i . . . persecutionem passi). HIER. epist. 15, 4, 1 similibus verbis cum Arianis confiteamur -i. 17, 2, 2 hereticus vocor . . .; si ab Arianis, merito; si ab -is, . . . esse -i desierunt. 61, 1, 3 (*ad Vigilantium*) egone hereticus? . . . tu -us? 61, 3, 3 *me* -um conclamabas (*cf.* adv. Rufin. 1, 14 quem prius et -um praedicavit. EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 66, 4 -us pronuntiatur et verus [*opp.* falsus atque perversus]. *sim. al.*). c. Ioh. 39 p. 391[C] eum . . . scire -um nec umquam in suspicione habuisse haereseos. c. Lucif. 2 Luciferianus dixit: . . .; -us . . . inquit (*cf.* vir. ill. 135 scripsi . . . altercationem Luciferiani et -i). adv. Rufin. 3, 8 aliter -us esse non poteris, nisi me haereticum comprobaveris? IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 45 quid verius . . . dici a quoquam velut (vel *P*) -o potuisset? COD. Theod. 16, 6, 6, 1 quo *tempore* -i paschae festivitatem *observant*. EVTYCH. Leo M. epist. 21 (Conc.[S] II 4 p. 145, 16) eos -os et fideles habui. EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 66, 25 *ne* -is praesideret, qui . . . ab haereticis fuerat institutus (*cf.* NOVELL. Iust. 37, 6 -is imperare). AVELL. p. 400, 13 inter -os . . . aestimari. CONC.[S] II 2, 2 p. 9, 15 a proavis -am (*sc. Pulcheriam*), domine *Marciane*, serva. CASSIOD. hist. 4 tit. 8 apud -os . . ., apud Arianos. 7 tit. 20 saevitia Valentis contra Constantinopolitanos -os. in psalm. praef. l. 26 totus catholicus, totus -us invenitur *Augustinus. al.* **β** *gen.* -orum *pendet e subst.*: CONST. Sirmond. 3 -orum clericos. COD. Theod. 16, 5, 65, 4 mysteriis. 16, 5, 66, 1 sectam. 16, 6, 6 pr. ritu (*cf.* CONC.[S] I 5 p. 102, 4 morem [*al.*]). 16, 6, 6, 1 antistites. EVTYCH. Leo M. epist. 21, 3 Conc.[S] II 4 p. 144, 36 excuti de numero -orum. CONC.[S] I 5 p. 102, 23 lectoris. p. 103, 11 catholicam -orum ecclesiam (MARCELL. chron. II p. 61, 380. *al.*). AVELL. p. 200, 20 -orum macula, fidelium ruina. MARCELL. chron. II p. 67, 403, 3 plebs. p. 94, 494, 1 *fides* (p. 98, 513. *al.*). p. 97, 512, 3 agmina. *al.* **γ** *in allocutione*: ARNOB. in psalm. 126 p. 528[D] quid . . . aedificatis, Iudaei? quid, haeretici, vigilatis? . . . vos autem, -i, . . . nolite timere. PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 68 (*afferuntur verba Ariani*) dic, -e.

2 *de rebus variis* (*iuxta subst. praeter l. 60*): PS. HIL. hymn. 2, 82 recta fide labiis confessus corde credidi -o. PS. PHOEBAD. fid. tit. (Corp. Christ. 69, 221) de fide -a contra Arianos (CONC.[S] I 2 p. 14, 12. COD. Iust. 1, 3, 21 [*a. 442*]. EVTYCH. Leo M. epist. 21, 3 Conc.[S] II 4 p. 145, 12 sola vera f. -a [*altera vers. II 2, 1 p. 35, 3* veram et rectam]. FVLG. RVSP. trin. 1, 1 catholicam atque -am. *et saepe*). EPIST. pontif. 372 Conc.[S] I 2 p. 5, 18 defensores -i dogmatis. CONC.[S] I 2 p. 12, 24 -i temporibus -is persecutionem passi (p. 14, 8). p. 42, 9 -a . . . haec huiusmodi sunt et . . . contraria *haeresibus* (*sim. aliae vers.* I 3 p. 24, 21 *et* IV 1 p. 152, 7, *sed Mar. Merc. I 5 p. 48, 2* catholica). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 65, 29 professionis. COD. Iust. 1, 2, 12 pr. (*a. 451*)ecclesiis -ae religionis (1, 2, 16 pr. *et* 1 RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 114, 30. *al.*). AVELL. p. 126, 13 *imperatoris* mentem . . . -is deditam regulis. ARNOB. in psalm. 32 p. 366[D] ('rectum est verbum domini') *citharae decalogum recolentis* prima chorda sonet rectum sermonem domini -um (*i. veram fidem continentem?*). 108 p. 495[B] sanctis et -is definitionibus (*antea*: fidei catholicae). CASSIOD. in psalm. 4, 2 l. 48 sensu -o trinitatis unitatem . . . confitetur *ecclesia*. GREG. M. epist. 6, 14 p. 393, 3 quaedam loca *librorum* catholice dicta et omnino -a velut heretica adnotavit.

adv. **orthodoxē.** *i. q. modo orthodoxo* (*iuxta verba praeter l. 79 sq.*): RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 9, 24 tamquam . . . non ea, quae sunt Iesu Christi, -e quaeras (*cf.* FACVND. defens. 2, 4, 15 [*ex Isid. Pelus.*] requisieris). p. 68, 26 cum . . . ecclesiasticam fidem -e praedicasset (p. 114, 28 *naturas Christi* [IV 2 p. 178, 7]. II 3, 3 p. 13, 9 -e ⌊docui et -e⌋ [*add.* Rustic.] sum edoctus et -e praedicavi). c. aceph. p. 1219[A] epistolam . . . Athanasii -e habentem (p. 1219[B]). CONC.[S] II 3, 2 p. 176, 2 pie -e quae contraria est haereticis (*aliae vers.*: p. 177, 10 pie et -e adversarium haereticorum. *II 2, 2 p. 9, 16* tu pia, tu orthodoxa. *gr. II 1, 2 p. 155, 21* τὴν ὀρθόδοξον). IV 1 p. 219, 8.

orthoepia, (-ae) *f.*, ὀρθοέπεια. *litteris lat. in cod. B* QVINT. inst. 1, 5, 33, *ceterum graece scribitur et flectitur.* *i. q. recta locutio*: **1** *strictius cum respectu enuntiationis*: QVINT. inst. 1, 5, 33 illa quae vocatur -a, id est emendata cum suavitate vocum explanatio *eqs.* VEL. gramm. VII 66, 13 *quaedam* observatio orthographiae mixta est ⟨et⟩ -ας (*item iuxta ponuntur*: 72, 12. 22. *differentia explicatur*: 71, 10 ⟨in⟩ -ᾳ non quaeritur, quo modo scribendum sit . . ., sed est quaestio in loquendo *eqs.*). **2** *latius*: QVINT. inst. 1, 6, 20 (*de sermone formis anomalis sim. carente*) hanc quidam -αν solam putant, quam ego minime excludo. quid enim tam necessarium quam recta locutio?

orthogōn(i)us (-eus *l. 33*), -a, -um, ὀρθογώνιος. *scribitur* orto- *vel* horto- *saepe.* *notatur* H GROM. p. 357, 8 sqq. L. *de formis: praevalet* -nius; -nus GROM. p. 357, 14 L., OPT. PORF., *in var. l.* NIPS. grom. p. 298, 12 L. FIRM., AVSON. *gen.* -ni GROM. Cantor 1. 4. 6. 12 (= Mortet 17). FIRM. (*var. l.* -nii), -nii GROM. Mortet 15. 23. *forma graeca* -ion BALB. grom. p. 106, 18 L.

t. t. geom., i. q. rectiangulus (*iuxta* amblygonius, oxygonius NIPS. grom. p. 300, 12 L. BOETH. diff. top. 3 p. 1202[A]. *al.*): **1** *adi.*: **a** *de triangulis angulo recto ornatis*: VITR. 10, 6, 4 Pythagoricum trigonum -um (NIPS. grom. p. 297, 16 L. 298, 12. *al.* GROM. p. 341, 2 L. GROM. Cantor 1. 4 [= Mortet 15]. *al.* FIRM. math. 7, 7, 4 *bis*). GROM. Cantor 4 (= Mortet 15) in omne -o triangulo (PS. CENS. frg. 7, 3 quod habet rectum angulum. BOETH. diff. top. 3 p. 1202[A] PS. BOETH. grom. p. 378, 15 = EXC. Cassiod. inst. app. p. 170, 10). AVSON. 350, 7 p. 208, 47 P. *in triangulorum formas secta* ossicla . . . -a. BOETH. diff. top. 3 p. 1202[A] *formae triangulorum,* quae -ae nuncupantur. **b** *de aliis figuris*: GROM. Cantor 2 trapezum -um (GROM. Mortet 23 *ter*). 12 (= Mortet 17) parallelogrammi -i.

2 *fere pro subst.*: **a** *neutr.* -um *i. q. triangulum rectiangulum* (*significantiora*): BALB. grom. p. 106, 18 L. triangulum recto angulo, quod Graeci -on appellant. ISID. orig. 3, 12, 2 -um, id est rectiangulum figura plana; est enim triangulum *eqs.* **b** *masc.* -us *sc. lapis* (*inter nomina lapidum finalium*): LIB. col. I p. 249, 1 -eus rectum angulum mittit (*inde* PS. BOETH. grom. p. 404, 14 -us rectus r. a. m.). *huc fortasse pertinent* GROM. p. 357, 8. 12. 14. 20. 26 L.

orthographia, -ae *f.*, ὀρθογραφία. *scribitur in codd. etiam* hor-, -to-, -fia. *litt. graecis* VEL. gramm. VII 66, 16. 71, 9. *al.*, *sed latinis, si fides habenda est codd. vel edd., ibidem* 46, 1. 66, 13. *al.* *acc. sg.* -an QVINT. inst. 1, 7, 1 (-am VEL. gramm. 64, 19 SVET. Aug. 88. *al.*). *paenultimam produci testatur* GRAMM. suppl. 174, 3. *legitur inde a* VITR., QVINT.; *in titulis librorum usurpavisse videntur* VERR. FLACCVS, ANN. CORNVTVS, *al.*

1 *t. t. architecturae, i. q. imago frontis erectae* (*exempla graeca desunt, sed cf.* ὀρθογραφέω): VITR. 1, 2, 2 species dispositionis, quae graece dicuntur ἰδέαι, sunt hae: ichnographia, -a, scaenographia. *ibid.* -a . . . est erecta frontis imago modiceque picta rationibus operis futuri figura.

2 *t. t. grammaticae, i. q. scriptura recta, probata vel scientia, sive usus recte scribendi*: **a** *definitiones sim.*: QVINT. inst. 1, 7, 1 quae scribentibus custodienda *sit regula*, quod Graeci -an vocant, nos recte scribendi scientiam nominemus (*cf.* ISID. orig. 1, 27, 1 -a graece, latine recta scriptura interpretatur *eqs.*). VEL. gramm. VII 66, 13 (*distinguitur* orthoepia *ut al. ibid., v. sub illa voce*). SVET. Aug. 88 -am, id est formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam (*opp.* perinde scribendum ac loquamur). CASSIOD. gramm. VII 209, 13 ars . . . tractat de partium declinatione, -a vero, quemadmodum scribi debeat, designat (*sim. opp.* ars ISID. orig. 1, 27, 1). inst. 2, 1, 2 p. 94, 21 *affertur inter partes grammaticae.* p. 96, 13 -a est rectitudo scribendi nullo errore vitiata *eqs.* GLOSS.[L] Corp. o 265 discriptio litterarum.

b *-a est argumentum librorum, tractatuum sim.*: **α** *usu strictiore*: de -a: VEL. gramm. VII 46 tit. de -a (*item per se in titulo*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 34. PRISC. gramm. II 27, 12 quod testatur Papirianus de -a [*sim.* 45, 6. CASSIOD. gramm. VII 147, 4 ex Annaeo Cornuto de enuntiatione vel -a]. *al.*). 46, 1 de -a sermonem *instituere.* 53, 23 loquendum. SVET. gramm. 19 *Verrii* libris de -a (SCAVR. gramm. VII 11 tit. *cf.* AGROEC. gramm. VII 113, 1 libellum Capri de -a [113, 9 qui est de -a]. 113 tit. ars Agroecii de -a). SCAVR. gramm. VII 18, 16 Lucilius in nono saturarum de -a praecipiens. MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 35 de -a paucis scribere (14, 2. *al.* PRISC. gramm. II 51, 4). *al.* *alia*: CASSIOD. gramm. VII 145, 21 in libro . . . -ae (147, 1). 146, 20 opus -ae inchoare. **β** *usu laxiore -a ponitur fere pro tractatu de -a scripto*: QVINT. inst. 1, 4, 17 de quibus *syllabis* in -a pauca adnotabo (PROB. inst. gramm. IV 119, 16 hoc in -a . . . tractare). CAPER gramm. VII 92 tit. -a Capri (*sed v. l. 68*). CASSIOD. gramm. VII 147, 16 auctores -ae.

c *exempla varia*: QVINT. inst. 1, 7, 11 -a . . . consuetudini servit ideoque saepe mutata est. VEL. gramm. VII 73, 14 proprium est -ας, utrum per b an per p 'absorpsi' scribi debeat. *al.* SACERD. gramm. VI 481, 17 *voces quaedam* et -a distant et declinatione (*item* PROB. cath. gramm. IV 30, 13). MAR. VICTORIN. gramm. VI 17, 13 -a Graecorum (*cf.* SERV. Aen. 10, 24 Graeca. CASSIOD. inst. 1 praef. 9 p. 9, 10 -a . . . apud Graecos plerumque sine ambiguitate probatur expressa). SERV. Aen. 1, 616 (*item* 5, 682) secundum antiquam -am

[*Bohnenkamp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*opp.* secundum praesentem usum). VLT. SYLL. gramm. IV 262, 16 observandum, ut -a numquam nostros oculos sensusque deludat. CLEDON. gramm. V 28, 6 apud veteres haec erat -a, ut *eqs.* 57, 3 iuxta -am. CASSIOD. gramm. VII 209, 18 -ae peritia. 209, 29 de -ae virtute et de distinctione ponenda. inst. 1 praef. 9 p. 8, 25 *in codicibus emendandis* -ae minutias custodire. p. 9, 5 de -ae regulis (*cf.* 1, 15, 9 p. 46, 17 -ae praecepta). *al.*

orthographus, -a, -um, ὀρθογράφος. *i. q. recte scribens, scribendi peritus*: 1 *usu vario*: **a** *masc. pro subst., in re militari*: PAP. Corp. 260, 4 (*saec. II vel III in.*) coram Ammonium -um leg(ionis?) n(ostrae) (*an de eo, qui aedificii descriptionem conficit? Zucker, Arch. Pap. Forsch. 16, 1958, 225 cft. Peek, Griech. Versinschr. 592, 4 ὀρθογράφων τὸν ἄριστον ἐνὶ στρατίῃσι φανέντα et Vitr. p. 1060, 45; v. etiam tit. Athen., de quo agit Birt, Rhein. Mus. 66, 1911, 147 sqq.*). **b** *adi.* (*an fem. pro subst., sc. per appos.?*): MART. CAP. 1, 65 Clotho . . . Lachesis Atroposque, quoniam sententias Iovis -ae (-iae *unus e codd.*) studio veritatis excipiunt, utpote librariae superum . . ., stilos acuunt.

2 *t. t. grammaticae, i. q. orthographiam tractans* (*fere masc. pro subst., iuxta subst. l. 21*): CASSIOD. gramm. VII 144, 15 ad . . . -os discutiendos . . . perveni. 145, 24 auctores -os. 147, 13 ex Caesellio -o collecta sunt (202, 18 ex -o C.). 209, 6 quae per supra dictos -os . . . repperi fuisse conscripta. 209, 11 -os de partium declinatione disseruisse (*opp.* artigraphos). 209, 26 ex duodecim -orum (artigraphorum *var. l.*) libris rectitudinem scripturae docentium. inst. 1 praef. 9 p. 9, 8 priscos -os (1, 15, 10. *cf.* 1, 30, 2 -os antiquos legant, id est Velium Longum *eqs.*).

orthomastius -a, -um, ὀρθομάστιος (*graece non legitur, sed cf.* ἐπι-, ποτιμάστιος). *i. q. mammis erectis ornatus; dicitur de malis similiter formatis*: PLIN. nat. 15, 51 *māla* cetera e causis traxere nomen: . . . mammarum effigie -a (-ica *edd. vet.*).

orthophallicus *v. sub* orthopsalticus.

orthoplūmus, -a, -um. *ab* ὀρθός *et* pluma; *cf.* ἔμπλουμος. *i. q. opere plumario quodam modo ornatus* (*de vestibus, stragulis sim.; ad rem v. Ensslin, Rhein. Mus. 75, 1926, 440 sq.*): DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII[a] 16 vela olosirica alba auroclava -a (22. 38). *in textu graeco*: EDICT. imp. Diocl. 29, 12 L. δαλματικῶν ὑποβλάττων ἀνδρί(ων) ὀρθοπλούμων ἐχόντων ὀγ(κίας) ϛ΄. 29, 13. PAP. Preisigke, Sammelb. III n. 7033, 39 (*saec. V*) στιχαρομαφόρια -α πέντε.

orthopnoea, -ae *f.*, ὀρθόπνοια (*quod gr. respondet*). *scribitur in codd. saepius* hor-, -to-, -pnia *vel* -pnea; *ceterum* orton(i)a CHIRON 374 CASS. FEL. 41 p. 94, 2, orto(s)mnia ORIBAS. eup. 2, 1 R 2. *litteris graecis* CELS. 4, 8, 1 *cod. J.* *acc. sing.* -an PLIN. nat. 23, 153 (-am 23, 56. 26, 134). PELAGON. 205. *al.*, *plur.* -a ORIBAS. eup. 2, 1 R 2 (*iuxta* spasmata, reumata). *plur.*: PLIN. nat. 21, 142. *al.* ORIBAS. *l. c.* *legitur apud scriptores artis medicae inde a* CELSO (*semel*), PLIN. nat. (*13[ies]*, orthopnoicus *16[ies]*); *nullum nobis praesto est exemplum e* SCRIB. LARGO, PLIN. med., MARCELLO med. (orthopnoicus *semel*), DIOSC. (orthopnoicus *11[ies]*); *apud* SCRIB. LARG., PLIN. nat., MARCELL. med. *haud raro in similibus praeceptis occurrunt* suspirium, suspiriosus.

i. q. difficultas quaedam spirandi sive hominum sive animalium: 1 *definitiones, descriptiones sim.*: CELS. 4, 8, 1 est . . . circa fauces malum, quod apud Graecos aliud aliudque nomen habet, prout se intendit; omne in difficultate spirandi consistit . . .; cum accessit id quoque, ⟨ne⟩ nisi recta cervice spiritus trahatur, *-a appellatur* (*distinguuntur*: δύσπνοια, ἆσθμα. *cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 1, 1 spirationis difficultas, quam Graeci dyspnoean vocant, sive -an, siquidem sese praefocari sentiant cum iacuerint . . . atque erecti facilius spirent [*sim.* CASS. FEL. 41 p. 94, 2]). PELAGON. 205 suspirium quod Graeci -an vocant: cognoscitur *eqs.* CHIRON 374 de orthopnoico: si quod iumentum -am habuerit, signa erunt huius haec: ilia ducit vehementer *eqs.* CAEL. AVR. chron. 3, 1, 1 cum spirationem convertat ac depravet, tamquam corrigat, -a nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctionem poterimus. 3, 1, 5 *anhelatio* secundum aliquos discernitur ab -a, siquidem haec cum stridore atque praefocatione asperetur, -a vero cum thoracis eversione atque singultu . . .; item secundum aliquos magnitudine discernitur, vehementiorem . . . dicunt -an. 2 *exempla varia*: PLIN. nat. 21, 142 crapulas . . . et -as discutit *iris* (32, 37 anhelitus . . . quasque -as vocant). 21, 160 *habrotonum* nervis utile, tussi, -ae, ruptis *eqs.* (23, 56 *acetum* t. veterem inhibet et . . . -am. 23, 153. 24, 96. 26, 134. 27, 135). 26, 34 cissanthemos ad -as bibitur (27, 130 ad . . . suspiria, -as). 27, 92 contra vertigines, -as, paralysis incipientes (30, 49). 33, 92 *chrysocolla* datur et in angina -ave. HIPPOCR. progn. 23 *synanches* dolorem . . . prestant et -am. CAEL. AVR. acut. 2, 17, 102 ab spiratione difficili et -a . . . et anhelatione celeritate discernitur *pleuritis*. ORIBAS. eup. 2, 1 R 2 spasmata . . . et reumata et -a *iuvat.* syn. 9, 5 add. La p. 278 sanatur -a, disphnia (*Aa* ortopnoicus).

×**orthopnoicus**, -a, -um, ὀρθοπνοικός. *scribitur in codicibus saepius* hor- (thor-); -obn- (-ofn-), -omn-; -pnic- (-ponic-, -pnonic-), -pnoc-; *formae magis depravatae*: torto(to)mnicus DIOSC. 1, 19 p. 15, 14 M. 1, 75 p. 40, 15 *cod. P*, optornicus DIOSC. 2, 149 p. 235, 9; ortotonicus, orthonius *sim. traditur ubique apud* CHIRONEM (*cf. var. ll.* VEG. mulom. 1, 38, 3. 2, 6, 12. 2, 110 tit.). *acc. plur.* -us ORIBAS. eup. 2, 1 S 5 Ab *et* La p. 502 syn. 9, 5 add. Aa p. 278. *de auctorum usu v. sub* orthopnoea.

i. q. orthopnoea affectus, laborans: 1 *usu sollemni de animantibus aegrotis* (*affertur fere inter alias voces aegrotos significantes; iuxta morbos* PLIN. nat. 29, 142 DIOSC. 1, 75 p. 40, 15 M. 1, 88 p. 48, 1; *in serie variata e. g.* PLIN. nat. 20, 146. 21, 150 DIOSC. 1, 19 p. 15, 14 M.; *graece resp.* ὀρθοπνοικός, *ceterum* ὀρθόπνοια, *maxime apud* DIOSC. *et* ORIBAS.): **a** *de hominibus* (*non nisi masc. pro subst., plur. praeter* ORIBAS. syn. 9, 5, 2 La p. 277): PLIN. nat. 20, 146 ruptis, convulsis, -is, torminibus, choleris efficacissimum *mentastrum*. 20, 193 *anesum* dedit . . . -is (24, 145 tussientibus aut suspiriosis et -is. 29, 142 in morbo regio et -is. MARCELL. med. 22, 13 ORIBAS. syn. 9, 5, 2 p. 277). 21, 150 *melissophyllum* prodest . . . coeliacis, -is, lienibus *eqs.* (21, 156 et -is et anhelatoribus. 23, 102 lienibus, -is, hydropicis. *al.* DIOSC. 1, 19 p. 15, 14 M. s⟨co⟩tomaticis et -is et torminibus et dysurie *eqs.* 2, 149 p. 235, 9 tussientibus et -is. 3, 84 p. 412, 13). 27, 55 *botrys* medetur -is (DIOSC. 3, 25 p. 388, 20. 3, 88 p. 394, 21 -is et asmaticis. *cf.* 3, 56 p. 403, 5 medicatur [4, 14 p. 15, 14]). *al.* DIOSC. 1, 28 p. 19, 17 M. tussim sedat et -os curat *radix Helenii* (2, 151 p. 236, 25). 1, 75 p. 40, 15 tussi[m] et -is prestolatur *cupressi semen*. *al.* CASS. FEL. 43 p. 106, 4 spleneticis et -is id est iis qui ab splene anhelitum patiuntur vel recto schemate iacentes praefocantur (*cf. p. 1061, 59.* ORIBAS. eup. 2, 1 S 5 p. 502 *seselis* -os iubat. syn. 9, 5 add. Aa p. 278 sanat . . . tussem, -us, dyfnoicus *eqs.* (*La* sanatur hortopnia).

b *de equis, iumentis*: α *subst.*: CHIRON 155 ex qua causa fiunt peripleumonici, vomicosi, -i (ortothonici *trad.*, *corr. ex* VEG. mulom. 1, 38, 3) et tussici. 255 valitudines, quas ciclo curare oportet: . . . coriaginosi, -i (ortotonicis *trad.*, *corr. ex* VEG. mulom. 2, 16, 2), strophosi. 299, 34 de -o (299, 35. 372 [*inde* VEG. mulom. 2, 110 tit. de -o i. plagiorigido]. 374 *v. p. 1061, 62*). β *adi.*: CHIRON 372 si quod iumentum -um fuerit, haec signa erunt: . . . suspirat graviter anhelito magno *eqs.* (*inde* VEG. mulom. 2, 110, 1 -um iumentum his agnoscitur signis).

2 *inter nomina morborum ita, ut vergat in notionem q. e. orthopnoea* (*v. quae ad 1 monuimus et cf. l. 30, ceterum e. g.* opisthotonicus *sub 2*): PLIN. nat. 24, 25 *spondylium* bibitur et in iocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, -is, vulvarum strangulatione. DIOSC. 3, 37 p. 394, 9 lateris dolorem tollit, ⟨. . .⟩ -is et tortionibus ⟨. . .⟩ (*gr. 3, 36, 2* ὀρθοπνοίᾳ).

orthopsalticus, -a, -um, ὀρθοψαλτικός (*graece non legitur*). *vox notionis parum certae, fort. i. q. acute sonans* (*an i. q. rectis chordis ornatus?*): VARRO Men. 352 (*tit.* ὄνος λύρας) neque -um (ortopsalticium *trad.*, orthophallicum *Iunius*) attulit psalterium, quibus sonant in Graecia dicteria.

orthopȳgium, -ī *n.*, ὀρθοπύγιον. *i. q. ultima pars dorsi, spinae* (*proprie de avibus, conviciose de vetula*): MART. 3, 93, 12 *cum* anatis habeas -um macrae (orrop- *vel* urop- *edd. vet.*).

? **orthosēmus**, -a, -um. *non nisi e coni.* EDICT. imp. Diocl. 29, 1 L. ⟨. . .⟩riarum vlattos⟨e⟩marum. ⟨dalmaticarum recticla⟩viarum *vel* ⟨d. orthose⟩marum *suppl. Blümner, qui intelligit 'clavis in longitudinem porrectis ornatus'; ὀρθόσημος exstat ibid. in textu graeco 29, 17. 29.*

ort⟨h⟩osilīno⟨n⟩ i. olosatro⟨n⟩ GLOSS. III 571, 42. *i.* ὀρθοσέλινον, *quod graece non legitur, sed cf.* πετρο-, ψευδοσέλινον *sim.*

orthostata, -ae *m.*, ὀρθοστάτης. *i. qui stat erectus*: 1 *in architectura de murorum parte exteriore, i. q. frons*: VITR. 2, 8, 4 secundum -as intrinsecus . . . struat bipedales parietes, et cum his ansis ferreis . . . frontes vinctae sint. *ibid.* cubilia et coagmenta . . . iuncturis alligata . . . -as inter se religatos labi *non* patiuntur. 2 *in re militari, de machinae pila, fulcimento*: VITR. 10, 13, 7 (*descriptio terebrae, ex Diade*) machinam . . . habentem conlocatum in -is canalem.

orthotonicus, -a, -um, ὀρθοτονικός (*graece non legitur, sed cf.* ὀπισθοτονικός). [*falso trad. pro* orthopnoicus *apud* CHIRONEM *et* VEG., *v. p. 1061, 84.*] *i. q. rigore, spasmo quodam laborans*: VEG. mulom. 2, 111, 1 -us (ornonic- *P*, ortotoic- *A*) est, qui totus est rigidus, opisthotonicus, cui in posterioribus partibus morbus insederit.

orthozēlos *f.?* (*n.* -on GLOSS.), ὀρθόζηλον (*restituitur Ps. Diosc. Vind. 3, 158 p. 164, 8* [ὀρ(ο)όζ- *trad.*, ὀλοόζ- *Wellmann*, ὀλοόζ- *Knaack*]; *v. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 46, qui vocem ex ὀρθός et ὄζος compositam suspicatur, sed cf. fortasse* χαμαίζηλος, *-ov*). *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 26 l. 8 a Graecis dicitur camepitis, alii -os (ortosz-, optorz- *sim. trad.*, orozelum *edd. vet.*, oreizelon *Ackermann*). GLOSS. III 571, 54 -on i. camifiteos.

ortīca *v.* urtica. **ortig-** *v.* ortyg-.

[abomathon balneum ex **ortigo** (ordeo *cod. Bern.*) fervente factum GLOSS. III 597, 21. *obscurum*; apo mazon *et* hordeo *Stadler*].

ortīna, -ae *f.* *vox veriloquii causa ab* oriri (ortus) *ficta*: SERV. auct. Aen. 3, 92 'cortina' locus unde oraculum datur; . . . alii cortinam quasi -am tradunt quod inde vox *vatis* oriatur.

Bohnenkamp.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ortivus, -a, -um. *ab* oriri (ortus), *nisi ab* 2. ortus, *cum quo vocabulo sine dubio notione cohaeret; cf.* ab-, exortivus *nec non* occasivus.

i. q. ad ortum pertinens: 1 *respicitur ortus siderum*: **a** *horoscopi* (*-us est caeli locus, unde oritur horoscopus*): MANIL. 3, 189 -o . . . de cardine . . ., quem . . . memorant horoscopon. **b** *solis*: *α -us est ipse* sol, *i. q. oriens*: APVL. met. 3, 28,2 coruscat in modum -i s. ignis et mucro. MART. CAP. 6, 636 -i s. illuminatione. 6, 697 (*cf. Plin. nat. 6, 87* oriri. *Sol. 53, 7* orientem). *β alia*: MART. CAP. 6, 608 -us (*sc. quo oritur sol*) . . . circulus aequinoctialis illis est *regionibus, quae sunt caeli polis subiectae.* 6, 699 Rubrum mare . . . sinu gemino disparatur; . . . -us Persicus dicitur (*sc. orientalis; cf. Sol. 54, 12* qui ab oriente est).

2 *respicitur ortus animalium* (*fere i. q. parvus, modo natus*): MART. CAP. 4, 346 possumus in aetates *dividere animalia,* quia alia sunt -a, alia iuventutis, alia senilia (*postea*: ab ortu recentia).

1. **ortus,** -a, -um *v.* orior.

2. ***ortus,** -ūs *m.* *ab* oriri. *scribitur* hort- CE 1368, 9 (*a. 521*). 1662, 5 *et saepius in codd.* NOT. Tir. 68, 88 solis -s. 68, 89 -s solis. 68, 94 -s (*inter* oriens occidens *et* occasus). *de formis: inter nomina quartae decl. enumerant* PS. ASPER gramm. suppl. 44, 12 adn. *et* 61, 17 adn. (*cod. B*). GRAMM. suppl. 125, 30. *e casibus rarioribus nota*: -ui (AVIEN. ora 665. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 19 p. 79, 16 [*locum del. Zoepfl*]), -uum (CHALC. comm. 71), -bus (APVL. mund. 29 MART. CAP. 8, 856 PRISC. LYD. solut. 4 p. 65, 23). *formae secundae decl.: abl.* -is *traditur* GREG. TVR. stell. 35. *in var. l.* -o (*abl.*) *e. g.* ITALA Is. 41, 25 (Hier. *ad l. cod. M saec. VII*). VVLG. iud. 5, 31 (*cod. V saec. V, cod. O saec. VII–VIII*), -os SOL. 27, 42. 32, 12 HIPPOCR. aer. 11 PRISC. perieg. 780. 940. *plur. de multitudine saepius, pro sing. q. d. poeticus: acc.* -us *in poesi saepe inde a* CIC. Arat. 40. *al.* LVCR. 5, 698 VERG. georg. 3, 277. 4, 544. 552 Aen. 4, 118. 6, 255 HOR. carm. 4, 15, 15 (-um *inde a* CIC. carm. frg. 11 [de consul.], 58 VERG. georg. 1, 441 HOR. carm. 4, 2, 58, *raro exceptis* MANIL. [*quinquies*] *et quibusdam recc.*), *fortasse et in prosa oratione (praecipue de exortu siderum), e. g.* SEN. apocol. 2, 3 benef. 3, 33, 3 nat. 1, 3, 10 (-um *septies*). PLIN. nat. 2, 58. 3, 117. 135. 4, 30. 7, 97. 12, 52. 124. 13, 37. 59 (*var. l.* -ū). 17, 22. 132. 37, 201 (-um *48ies*). *nom.* TIB. 2, 5, 59 GERM. 706 STAT. silv. 3, 3, 47. 5, 3, 116. *de notione*: EXC. Bob. gramm. I 552, 15 ἀνατολή. PROB. app. gramm. IV 203, 12 inter -s et hortus hoc interest, quod -s processus significat, hortus vero agros amoenos esse demonstrat (*sim.* ISID. diff. 1, 414). GLOSS. ἀνατολή, ἀνάβασις. solis -s: ἡλίου ἀνατολή. III 244, 11 ἡ ἀνατολή: -s, proprie solis. V 127, 26 -us: nativitates . . . (*affertur* VERG. georg. 1, 257), pluraliter dictum. *legitur in oratione prosa inde a* RHET. Her., CIC., CAES., VARRONE *fere saepius quam* exortus (*sed* VARRO rust. *3,* exortus *13 locis,* HYG. astr. *5,* exortus *25 locis, et usu fere aequali* PLIN. nat. *109,* exortus *107 locis*); *in versibus inde a* CIC., CATVLLO, LVCR., VERG. (exortus *perraro, v. vol. V 2, 1590, 11 sqq.; deest etiam* CIC. Arat. [-s *5 locis*], GERM. [-s *15 locis*]), *in hexametris maxime ita ut versum claudat.* [*confunditur in codd. cum* exortus COLVM. 9, 14, 1 PLIN. nat. 2, 142. 143 HYG. astr. 3, 14. *al. dub. an part. perf.* LVCR. 6, 909 Magnetum quia fit patriis in finibus -s *magnetis lapidis* (*sic cum codd. plerisque Bailey,* -u *Lachmann*; 'sit . . . ortus *magnes*' *cum cod. Laur. 31 Martin aliique*). *vix recte trad.* GERM. 702 (artus *Bader, Mus. Helv. 33, 1976, 113*). SEN. apocol. 2, 1 vers. 1 (orbem *coni.*). *dub. var. l.* Ov. fast. 3, 399 (*pro* ignes). *e coni. dub.* SEN. nat. 3, 15, 3 (humus *trad.,* honos *Oltramare*).]

i. q. actus oriendi (*metonymias sim. suis locis inseruimus, e. g. p. 1065, 65 sqq. 1069, 33 sqq. 1070, 19 sqq.; accedit* primus *addensvel augens vim initii saepius inde a* CIC. rep. 2, 49 fin. 2, 31 Tusc. 4, 1. *al.* VERG. Aen. 4, 118 MANIL. 1, 401 GERM. 340 SEN. Oed. 338): **I** *rerum*: **A** *plus minus percipitur sensibus*: **1** *oriuntur sidera lucentia. oriuntur motu vel ambitu caelesti, opp.* occasus *passim* (*de collocatione* QVINT. inst. 9, 4, 23 naturalis ordo, ut '. . . -um et occasum' dicas potius, quamquam et retrorsum [*e. g.* Ov. met. 1, 354 SEN. Herc. f. 871]); *resp. gr.* ἀνατολή, *ubi nihil adnotatur. ad notionem cf.* CHALC. comm. 71 -s . . . varie dicitur, proprie quidem prima stellarum et solis ⌊effulsio et ultra⌋ finalem circulum elatio⌋ (*Theo Smyrn. p. 137, 8* ἀναφορά *tantum*), promisce vero primus splendor invehentis solis diem, hunc poetae iubar et interdum auroram cognominant (*cf. e. g.* VERG. georg. 1, 441. 4, 544 Aen. 4, 118 SEN. Oed. 121 STAT. Theb. 3, 469. 11, 699 ITALA *p. 1064, 67*), tertia quae appellatur acronychos *eqs.* (*quem usum tertium non invenimus*). *aliter, sc. cum respectu lunae increscentis sub, bβ ubi opp.* defectus.

a *oritur* sol (lux, lumen, dies *sim.; vergit ad notionem q. e. dies e. g.* Ov. trist. 3, 5, 55 COD. Iust. 7, 63, 5, 1c, *q. e. lumen e. g. locis l. 72 allatis*): *α magis respicitur actus vel tempus oriendi* (*quae discernere vix poteris*): ① *proprie*: Ⓐ *accedunt gen.* solis (diei, lucis *sim.*) *vel adi.* Phoebeus *sim.*: ① *locutiones adverbiales ad describendum tempus matutinum*: *praepositionales*: CIC. div. 1, 121 si luna paulo ante s. -um defecisset (*eodem ordine*: VARRO ling. 7, 83 CVRT. 3, 13, 5 COLVM. 6, 5, 3 SCRIB. LARG. 163 PLIN. nat. 9, 56. *et saepius.* a. -um s.: CAES. Gall. 7, 41, 5. PLIN. nat. 12, 89 aut post occasum. 31, 44. 37, 155. *al.*). SALL. Iug. 106, 5 Sulla pariter cum -u s. castra metabatur. VERG. Aen. 6, 255 primi sub limina solis et -us . . . mugire solum (LIV. 27, 15, 19 sub -um ferme lucis. 30, 10, 10 postero die sub -um s. CVRT. 4, 7, 22. 4, 10, 9. OPT. PORF. carm. 27, 15 sub -u [PLAC. med. 1, 10 rec. *α*]). HOR. epist. 2, 2, 185 ad umbram lucis ab -u (Ov. met. 6, 49. 15, 619 ad finem. LEX met. Vipasc. frg. 2, 25 in occasum. GELL. 2, 1, 2 a summo lucis -u ad solem alterum orientem. *al.*). VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 non post occasum solis, sed post -um (CVRT. 9, 9, 27 PRVD. cath. 1, 9). *al.* *abl. sine praepos.*: Ov. met. 15, 700 sextae Pallantidos -u Italiam tenuit. VAL. MAX. 7, 3 ext. 2 ut . . . solis -u cursum in quendam locum dirigerent. SEN. nat. 1, 5, 8 COLVM. 11, 2, 89 SIL. 11, 42. *al.* ② *varia*: Ov. trist. 3, 5, 55 hos utinam nitidi s. praenuntius -us adferat *Lucifer* (*nisi* solis praenuntius *iungendum ut sit ad l. 26 sqq. trahendum*). LIV. 37, 12, 11 non exspectato s. -u. 42, 58, 3 tum s. -s erat (MART. CAP. 6, 607). 44, 37, 7 quia certi s. lunaeque et -us et occasus sint (*antea*: naturali ordine statis temporibus). *al.* VITR. 8, 2, 1 umores . . . matutino s. -u moti. GERM. 588 veniens Tithonidos (ventus Tithonius *trad.*) -s. SEN. nat. 5, 8, 2 -s s. feriens gelidum aera. CVRT. 6, 4, 22 nisi s. -um incolae occupaverint *ad mel colligendum.* COLVM. 10, 54 *dum* solis . . . adversos metuant Atlantides -us. MELA 1, 61 adeo edita *Arabia,* ut ex summo vertice a quarta vigilia -um s. ostendat. LVCAN. 5, 718 Phoebeo concitus *aer* -u. PLIN. nat. 10, 46 nec s. -um incautis patiuntur *galli* obrepere. 18, 326 observato s. -u. *al.*

Ⓑ sol (dies, aurora *sim.*) *indicatur ut subi. oriens in contextu*: ① *forma* '*sol emergit ad -um, -um promit sim.*': LVCR. 5, 698 sub terris . . . iubar haesitat ignis *sc. solis* nec penetrare potest . . . atque emergere ad -us. VERG. georg. 1, 441 ille *sol* ubi nascentem maculis variaverit -um, conditus in nubem (*an vergit ad significandum orbem solis? cf. Arat. 823* κύκλος). 4, 544 ubi nona suos Aurora ostenderit -us ([*inde* CORIPP. Iust. 2, 1]. *sim.* 4, 552 induxerat). Aen. 4, 118 ubi primos crastinus -us extulerit Titan. PANEG. in Mess. 157 glaciem . . ., ubi non umquam Titan super egerit -us. Ov. epist. 20 (21), 89 *equos Sol* solitos . . . revocavit ad -us. fast. 6, 199 mane ubi bis fuerit Phoebusque iteraverit -us. SEN. Oed. 121 promit hinc -us aperitque lucem Phoebus (AVSON. 447, 1 p. 393 P. [*Homer. γ 1* ἀνόρουσε]. *cf.* ARATOR act. 1, 861 protulit). PETRON. frg. 27, 3 Phoebus ad -us lustrata devectus humo. CALP. ecl. 4, 54 qualem . . . ferat sol aureus -um. SIL. 13, 453 decimum lux rettulit -um. *al.* ② *forma* '*sol (in) -u apparet, facit aliquid sim.*': PANEG. in Mess. 65 *Cimmeriis* numquam candente dies adparuit -u. SEN. Herc. f. 124 clarescit dies -uque Titan lucidus croceo subit. Phaedr. 315 dies tardo remeavit -u. Tro. 170b summa iam Titan iuga stringebat -u. apocol. 7, 2 vers. 10 iugum, quod Phoebus -u semper obverso videt. nat. 5, 3, 3 ut sol matutinum aera spissum et umidum -u suo tenuet. PLIN. nat. 18, 343 si in -u aut in occasu contracti cernentur radii *solis* (VVLG. iud. 5, 31 sicut sol in -u suo splendet. Is. 13, 10 obtenebratus est sol in -u suo). *al.* APVL. mund. 29 sol . . . omnituens -u suo diem pandit. IVVENC. 4, 428 dies paschae primo processerat -u (*ad Matth. 26, 17* prima . . . die azymorum). *al.*

Ⓒ *sol oriens non indicatur*: ① *forma* '*-s est vel facit aliquid, venit sim.*' ('*facit aliquid* sole' STAT. Theb. 3, 469): Ov. ars 3, 724 dies medius tenues contraxerat umbras inque pari spatio vesper et -s erant. met. 1, 354 quascumque *terras* vident occasus et -s (SEN. Herc. f. 871). SEN. Herc. f. 374 prius extinguet -s, referet occasus diem. Thy. 814 solitae mundi periere vices? nihil occasus, nihil -s erit? nat. 5, 9, 3 facit . . . ventum -s (sol ortus *var. l.*) non calore tantum *eqs.* (*antea autem*: occasum solis). COLVM. 1, 5, 8 quanto . . . fuerit aedificii solum pronius orienti, tanto . . . matutino regelari -u poterit (AVIEN. Arat. 610 m. . . . sidera dissicit -s [*gr. 265* ἦρι]. orb. terr. 580 qua nox agit atra tenebras, et m. qua lucem proserit -s [*Dionys. perieg. 421* πρὸς αὐγάς]). STAT. Theb. 3, 469 madidos ubi lucidus agros -s et algentes laxavit sole pruinas. 10, 382 prope saeva dies indexque minatur -s. 11, 699 hic (*i. Thebis*) clarior -s. 12, 2 cuncte polo vigil inclinaverat astra -s. ITALA gen. 32, 27 (Conc.S I 5 p. 208, 2) ascendit . . . -s (*gr.* ὄρθρος, *aliae versiones* oriens, lucifer, aurora, matutinum. *cf. p. 208, 5* ascendit . . . sol). AVIEN. Arat. 1863 tertius . . . cum venerit -s (*antea*: primo . . . sole, curriculis . . . secundis. *item numerantur -us* [*cf. supra l. 40*]: PRISC. perieg. 911 tantum distat *Tigris ab Euphrate,* quantum vix septimus -s conficiat pedibus spatii properantibus ire [*Dionys. perieg. 985* ἕβδομον ἦμαρ]). COD. Iust. 7, 63, 5, 1c sancimus non in unum diem fatalem standum esse in posterum, sed sive ante quartum diem fatalis luminis et ipsum fatalem sive post quinque dies, ex quo -s fatalis effluxerit, appellator venerit, *eqs.* ② *locutiones adverbiales ad describendum tempus matutinum*: *abl. sine praepos.*: Ov. met. 15, 310 unda die gelida est, -uque obituque calescit (STAT. silv. 5, 3, 243). PLIN. nat. 2, 50 *opp.* meridie. STAT. Theb. 5, 204 (SCHOL.: incipiente die). silv. 1, 2, 198 *opp.* ante dapes, nocte. 4, 3, 112 qui primo Tiberim reliquit -u, primo vespere naviget Lucrinum. HIL. in Matth. 16, 1 rubicundo aut -u aut vespere. *praepositionales*: SEN. epist. 122, 11 paratus sum illum audire ab -u ad occasum (*agit de descriptione poetica, cf. Dahlmann, Corn. Sev., 1975, 36 sq.*). VAL. FL. 7, 539 puniceo regem spes

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vana sub -u extulerat, *eqs.* Stat. Theb. 3, 684 iam nocte suprema ante novos -us. Hier. psalt. sec. Hebr. 46, 6 in ipso -u matutino.
③ *vario usu*: Sen. Oed. 507 dum matutinos praedicet Lucifer -us. apocol. 2, 3 poetae non contenti -us et occasus describere (*cf.* epist. 122, 11 -us et occasus libentissime inserebat *poeta*). Plin. nat. 2, 176 aequinoctiali tempore ex eadem linia -s occasusque cernatur. 7, 212 XII tabulis -s tantum et occasus nominantur (*postea*: meridies). Val. Fl. 3, 246 si tanta lues seros durasset in -us (Stat. Theb. 3, 32 morantem Luciferum et s. . . . -us). Stat. Theb. 10, 305 nullos visurus Ialmenus -us. Serv. Aen. 2, 268 *sunt solidae partes* diei, mane, -s, meridies, occasus. Prvd. perist. 11, 235 salutigeros feret hic *Hippolytus martyr* venerantibus -us. Prisc. periheg. 43 *oceanus septentrionalis* minimo . . . lumine solis perfruitur: tarde radios nam suscipit -us (*var. l.* orbis; *Dionys. periheg. 34 βράδιον . . . ὑπεὶρ ἅλα τήνδε φαείνει sc. ἥλιος*).

Ⓘ *metaphorice de epiphania*: Ⓐ *variarum potestatum*: ① *imperatoris ipsius* (*indicati per gen. vel pron. praeter* Calp.): Calp. ecl. 1, 88 nec prius ex (et *vel* a *var. ll.*) meritis defunctos Roma penates censeat, occasus nisi cum respexerit -s (*sc. novorum imperatorum. sic intellegit Verdière ad l.; an per adynaton de -u solis?*). Paneg. 6, 10, 1 -us tui auspicia (8, 6, 1 qua *celeritate* omnis -us atque adventus t. nuntios praevertisti). 7, 8, 3 in ipso -u numinis sui. 8, 2, 2 divinus ille vestrae maiestatis -s (Rvf. Fest. 2 ab urbe condita in -um perennitatis v.). 8, 3, 1 -u Caesarum maximorum. Rvfin. hist. 11 capp. 1 de -u . . . principis Ioviani et de fine eius ([*cf.* 11, 1 post octo . . . menses -us sui . . . diem obiit]. Cassiod. hist. 7 tit. 7 de -u p. Valentiniani. *aliter p. 1069, 84*). *ibid.* capp. 2 de -u Valentiniani et Valentis. Cod. Iust. 3, 12, 9, 2 (*a. 469*) etiam si in nostrum -um aut natalem celebranda sollemnitas inciderit, differatur. ② imperii (regni *l. 38; aliter p. 1068, 60, cf.* Cassiod. var. 12, 28, 2 subito praesentis imperii tamquam solis -s fama radiavit): Cod. Theod. 16, 2, 21 (*a. 371*) ante -um i. nostri (2, 8, 25 [*a. 409*] etsi . . . in ea *die* . . . i. n. -s redeuntibus in semet anni metis obful⟨s⟩erit. Cassiod. var. 8, 16, 5 -u n. i. [*cf. antea*: in primordiis regni n.]. 9, 10, 1 *postea*: n. exortus). 2, 8, 19, 4 (*a. 389*) nostris . . . diebus, qui vel lucis auspicia vel -us i. protulerunt. Novell. Maior. 1 tit. de -u i. d(omi)ni Maioriani A(ugusti). Cassiod. var. 8, 2, 4 de -u regni nostri (*i. Athalarici regis; antea*: dominantis exortum).
③ *magistratuum*: Symm. rel. 45 his *magistratibus designatis* copulati sunt, quos senatui vestro recens -s adiecit (*cf. 46, 1* senatorum novorum accessus).

Ⓑ *Christi* (*dubium an in imagine solis orientis* Tert., Itala): Tert. adv. Iud. 9, 28 linum ardens, id est momentaneum ardorem gentium, non restinxit, sed lucere magis fecit -u luminis sui *Christus.* Itala Zach. 3, 8 (Cypr. testim. 2, 16 Firm. err. 20, 2 *de Christo intellegentes*) ecce ego adduco puerum meum; -s nomen est ei (*gr. 'Ανατολήν, Vulg.* Orientem). Max. Tavr. serm. 29,1 M. (*de secundo -u resurrectionis*) clarescente mundi sole solis iustitiae -um prae omnibus sola cognovit *Maria Magdalena* (*cf.* Apring. in apoc. 1, 16 propter -um et occasum et rursum -um, quod natus sit et passus et resurrexit, ideo dedit similitudinem scriptura faciem eius gloriam solis [*de resurrectione cf. p. 1070, 5*]). 62, 2 (*ad Mal. 4, 2* orietur vobis . . . sol iustitiae) hic . . . sol *i. Christus* . . . dignatus est . . . -um suae nativitatis infundere (*respondet nativitas eius ut*: 99, 1 *Christus novus sol iustitiae* sicut -u suo humani generis peccatorum tenebras discutit, ita et die nativitatis suae caliginum tenebras amputavit, et uno eodemque -u lucem pariter intulit et hominibus et diebus. *cf.* Orig. in Matth. ser. 114 p. 238, 17 nondum eis nato sole iustitiae nec adpropinquante eis -u ipsius [*seq.* post -um huiusmodi solis]).

Ⓒ *Iahwe vel Ierusalem novae*: Vvlg. Is. 60, 3 *ambulabunt* reges in splendore -us tui, *Ierusalem* (*sc. in splendore Iahwe qui super te ortus est, cf. 2* super te . . . orietur dominus et gloria eius in te videbitur. *Hier. ad l.*: in splendore nascentis ecclesiae sive in eo qui ortus est in ecclesia. *hebr.* zărḥek).

β *magis respicitur locus, unde oritur sol. pleraque autem exempla sunt plus minus ambigua, sc. ad locum et actum oriendi spectantia. cf.* Mela 1, 3 unde sol oritur, oriens nuncupatur aut -s. *-s quidem potius pro parte caeli vel ad indicandam directionem usurpari solet quam pro regione terrae orientali (quam notionem habet* oriens *p. 1002, 68 sqq.). de loco astronomico agunt* Sen. nat. 5, 16, 3 non . . . eodem semper loco sol oritur aut occidit, sed alius est -s occasusque aequinoctialis . . ., alius solstitialis, alius hibernus (*sim.* Apvl. mund. 13 -s et occasus mutentur terna vice cum solis accessu . . .; -us . . . accepimus aequinoctialem et solstitialem ⟨et⟩ brumalem). Frontin. grom. p. 14, 14 mobilem solis -um et occasum. Mart. Cap. 8, 872 sol . . . cotidie -us sui lineam mutat, *eqs.* Prisc. Lyd. solut. 4 p. 66, 3 ad solem . . . -s et occasus dicitur quadrupliciter: *eqs.*

B *in imagine et translate pertinet ad quamlibet coniunctionem* (*v. etiam l. 36; cautius addunt* VEL EVSTATH. *sub 1,* quodammodo AVG. serm. *sub 2*): **1** *transitive* (*adde p. 1108, 2; recipr. sub 2*): CIC. Mur. 23 (*ad Sulp. Ruf. iurisconsultum per ironiam*) videris istam scientiam iuris tamquam filiolam -ari tuam. ITALA psalm. 2, 12 (cod. 136 Cas.) -ate disciplinam (*confundi videntur text. hebr. et LXX, cf. Hier. psalt. sec. Hebr.* adorate pure *et gr.* δράξασθε παιδείας. *aliae vers. et Vulg.* adprehendite disciplinam). AMBR. epist. 41, 14 (*ad* Luc. 7, 45 *supra l. 35*) qui ... laudat dominum Iesum, -atur eum (*sim.* 41, 15 pedes Christi [41, 18]. *ibid.* Christum communionis osculo. *explicatio similis videtur subesse*: ORIG. in Matth. ser. 100 p. 220, 10. APON. 3 p. 55 visum -tumque *sponsum* [*i. Christum*] laudavit *sponsa* [*i. ecclesia*]). HIER. epist. 21, 21, 1 (*respic.* Luc. 15, 20 *et* cant. 1, 1; *loq. ecclesia*) *Christus* ipse me -etur in carne. AVG. in psalm. 49, 27 l. 7 amplexabaris malum tuum, -baris dolum tuum. EVSTATH. Basil. hex. 4, 6, 2 quando ... velut pacificis eam *tellurem* complexibus -atur *mare* (*gr.* κατασπάζεται, *Ambr. hex. 4, 5, 21* salutat). SALV. epist. 4, 9 -are, quia absens labiis non vales, saltim obsecratione pedes parentum tuorum quasi ancilla, manus quasi alumna, ora quasi filia. **2** *reciproce* (*cf. A 2b*): ITALA psalm. 84, 11 (cod. 136 Cas.) iustitia et pax -entur (Veron. -tae sunt se, VVLG. -tae sunt [se *add. pars codd.*], *Hier. psalt. sec. Hebr.* deosculatae sunt, *Psalt. Rom.* conplexae sunt se. *explicat* AVG. *ad l.* amant ... se duo ista ... et -antur se, ut qui fecerit iustitiam, inveniat pacem -antem iustitiam *eqs.*). AVG. serm. Rev. Bénéd. 41, 1929 p. 149, 26 in angulo se quodammodo parietes -antur de diverso venientes (*cf. p. 1110, 10*).

II *t. t. in re medicinali, i. q. oscula venarum sim. aperire* (*vertitur gr.* ἀναστομοῦν *sim.* [*cf.* osculatio *sub 2 et Cels. 5, 18, 25* malagmata, quae anastomotica Graeci vocant, quoniam aperiendi vim habent]. *procul dubio iungendum cum* osculum [*v. illic sub II B 2 nec non* os *p. 1091, 83*], *sed aegre diiudicaveris, utrum illinc formatione recenti fluxerit an verbum supra sub I descriptum sensu novo ornatum sit*): VINDIC. med. 2 *videntur coitu frequenti* iugi adfricatione aliquae interiores ⌜venae -ari⌝ (innaeoscoli *cod., em. Kroll; 'dilatari' vix recte explicatur vol. I 1247, 19. cf.* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 186 -ari ... venulas). CAEL. AVR. chron. 2, 10, 123 -ari ... inquit *Demetrius* corpora nimia plenitudine sive virtute medicaminum -antium, quae Graeci anastomotica vocant. 3, 5, 73 adhibitis ... his, quae superficiem corporis lacessendo -are (*ed. Rovillii,* iaculare *ed. princ.*) videntur, quae appellata sunt anastomotica.

paronomasiae cum auscultare: PLAVT. Cas. 133, *cum* 1. os: CYPR. epist. 6, 1 -ari ... ora (SALV. epist. 4, 9). VVLG. III reg. 19, 18 os ... -ans. Iob 31, 27 -atus sum ... ore (GREG. TVR. glor. mart. 43 p. 517, 7), *cum* osculum: *v. p. 1114, 21 sqq. 56.*

adv. part. perf. **ōsculātē** *notione non indicata affert* VIRG. gramm. epist. 4 p. 159, 16 siquidem dicamus 'docte, -e (usc- *cod.*), suspicate, locute'. audivi tamen aput Affrorum scolas frequenter dici, quod ex deponentium verborum participiis ... adverbia nasci non soleant.

deriv.: osculabundus, osculatio, osculator.

compos.: ad-, de-, ex-, *?* ob- (*v. etiam p. 1106, 22*), perosculo(r).

ōsculto *v.* ausculto.

ᵘōsculum, -ī *n.* *ab* 1. os *deminutive* (*cf.* VARRO ling. 6, 76 frg. Non. p. 424, 18 SERV. auct. Aen. 1, 256. *al.*). *scripturae*: ausc- *testatur* PRISC. gramm. II 39, 10 pro o au, ut 'austrum' pro 'ostrum', 'ausculum' pro 'osculum', frequentissimeque hoc faciebant antiqui (*nullum affert exemplum, sed v. sub* osculor). ho- *cod. C* VVLG. cant. 1, 1 Luc. 7, 45. *al.* obsc- MAXIMIN. serm. Migne suppl. 1, 748. CASSIOD. compl. in I Petr. 5, 8 (*V*) *et saepius in recc., e. g. cod. J* PLAVT. Amph. 800 sq. oscol- VVLG. I Cor. 16, 20 (*P*). CONC. Autiss. a. 573—603 p. 180, 21 (*M, sed* uscul- *HA ibid.*). *al.* NOT. Tir. 58, 25. *gen.* -ei FRONTO p. 67, 25 v. d. H. (-i *man. alt.*). *nom. plur. masc.* -i *vix agnoscendus* MAX. TAVR. serm. 50, 1 l. 28 M.

de ratione quae intercedit inter -um *et* basium *et* savium *praemonenda putavimus haec*: *1) doctrinas grammaticorum v. vol. II 1776, 60 sqq.; addas* FEST. p. 197 significatur etiam -o savium *eqs.* (*affertur* PLAVT. Stich. 91). SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 456 inter savium, -um et basium hoc interest, quod savium meretricibus ... datur, basium autem circa pudica matrimonia, -um circa liberos vel parentes. GLOSS.ᴸ I Ansil. os 32 est signum pietatis et amoris. II Abav. OB 45 -um: basium uxoriosum (*cf.* SV 1 suavium: -um u.).

2) usus auctorum: -um *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, VARRONE, CIC. *per totam latinitatem, saepissime apud* OV. (*144^ies*); basium *invenitur apud* CATVLL., PHAEDR., PETRON., *in disticho Pomp.* (*v. Solin in Andreae-Kyrieleis, Neue Forsch. in Pompeji, 1975, 266 n. 66*), *apud* MART., IVV. *paucosque recentiores*; savium *frequentant* PLAVT. *et* APVL., *ceterum semel vel bis praebent* CAECIL., TER., VARRO, CIC., CATVLL., VERG., HOR., PROP., SISENNA Miles., PLIN. epist., FRONTO; *qui auctores duabus vel tribus harum vocum utantur, invenies in tabula adiecta*:

	-um	basium	savium
PLAVT.	9	—	41
CIC.	2	—	1 (Att.)
CATVLL.	1	5	2
VERG.	5	—	1 (catal. 13)
HOR.	4	—	1 (epod.)
PROP.	15	—	1
PHAEDR.	3	1	—
PETRON.	23	6	—
MART.	10	29	—
IVV.	3	2	—
PLIN.	5 (paneg.)	—	2 (epist.)
FRONTO	10	—	1
APVL.	9	—	9

3) de officiis osculandi (*usum scaenicorum veterum illustravi in: Antidosis, Festschr. Kraus, 1972, 267 sqq.; postea totam quaestionem tractavit Moreau, Rev. Phil. 52, 1978, 87 sqq.*): -um *apud* PLAVT. *non nisi in salutatione familiarium occurrit* (*sed cf.* osculari), *inde a* CATVLLO *usu vario* (*v. infra sub I B*); savium *adhibetur a* PLAVTO *cum respectu amoris, voluptatis, inde a* CAECIL., CIC., CATVLLO *de quorumlibet actione,* basium *apud* CATVLLVM *pertinet ad amorem, postea ad varia officia. itaque legitur* -um *iuxta* basio *vel* basium PETRON. 24, 6 MART. 6, 66, 8. 7, 95, 2. 11, 23, 13. 12, 59, 5. 12, 93, 4 APVL. met.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 23, 6 (*cf. 4*); *iuxta* savio(r) *vel* savium FRONTO p. 80, 22 *et* 129, 1 v. d. H. CARM. Gell. 19, 11, 4 APVL. met. 4, 31, 3. 5, 23, 6 (*cf. 3*).

[*i. q. dos uxori a marito oblata, munus nuptiale (cf. p. 1112, 36): francog. vet.* oscle, *burg.* ocle; *prov. vet. occ.* oscle. *cf. Wartburg VII 433. St.*]

[*in codd. confunditur maxime cum* oculus, *unde restituitur vulgo* SEN. contr. 1, 2, 10. 13 APVL. met. 4, 31, 4. 5, 23, 6, *dub.* CIC. Pis. 8 (*Luterbacher, sed v. Grimal ad l.*), *vix recte* PLAVT. Truc. 102 (*Camerarius,* poculum *Wieland*). *contextu dubio*: QVINT. decl. 388 p. 440, 24, *v. vol. VII 1, 1811, 67.*]

I *cum respectu osculandi, saviandi* (*cf.* GLOSS. φίλημα. *de notione agitur sub A1a; testimonia gramm. v. p. 1108, 42*):

A *exempla illustrantia notionem*: **1** *sollemnem*: **a** *de ipsa notione haec fere praemonenda putavimus: usu sollemni ponitur inde a* PLAVTO *praecipue in iuncturis* -um dare, ferre *sim.* (*v. C 1a et b*), *ubi notiones oris et savii vix distingui possunt (sed notionem savii substantivo inde a* PLAVTO *aliquatenus inesse ex usu verbi derivati* osculari *colligas). quam ambiguitatem diu servatam et nonnumquam fortasse consulto adhibitam esse pauca doceant exempla*: CIC. Att. 12, 1, 1 ad complexum meae Tulliae, ad -um Atticae ... currere. VERG. georg. 2, 523 pendent circum -a *patris* nati (*subest* LVCR. 3, 895 occurrent -a nati praeripere, *ubi potius actio significatur*). PROP. 2, 15, 10 -a sunt labris nostra morata tuis. OV. am. 3, 9, 54 *v. p. 1113, 30.* LIV. 23, 9, 9 -o haerens (*cf.* SEN. dial. 4, 24, 1 adhaesit). PETRON. 127, 2 dignare et meum -um ... agnoscere (*loq. Circe ut*: 127, 4 ex cuius -o pendes. 128, 1 numquid te -um meum offendit?). SVET. Aug. 94, 8 *v. p. 1113, 20.* FRONTO p. 46, 19 sq. v. d. H. quid est mihi -o tuo suavius? ... ille fructus in tuo collo atque -o situs est. p. 129, 1 *respondent* cultum ... oris *et* ius ... -i. MART. CAP. 9, 918 (vers.) roseum ... rapit -um puellae (*cf. p. 1114, 80*). *notio oris servata esse vel sublucere videtur maxime iuxta verba iungendi (v. C1d et fβ) et in iuncturis praepos. sub C3a; ceterum praevalet his locis (dedimus pauca certiora)*: HOR. carm. 1, 13, 15 dulcia barbare laedentem -a, quae Venus ... imbuit *nectare* (*v. Quadlbauer, Monumentum Chiloniense, Festschr. Burck, 1975, 347 sq.*). OV. met. 1, 499 videt ... oculos, videt -a, quae non est vidisse satis (*sim. laudatur forma*: APVL. met. 3, 19, 5 tuis ... hiantibus -is et fraglantibus papillis ... addictum). 3, 451 (*loq. Narcissus*) quotiens ... porreximus -a lymphis, hic totiens ad me resupino nititur ore (13, 491 -a ... ore tegit [legit *codd. Naugerii*]. *responsione laxiore l. 28. v. etiam l. 48 sqq.*). 9, 386 dum tangi possunt (*cf.* IVVENC. 4, 515 -a ... contingere Christi [*518* attigit ... ora]). HOMER. 567 maximus heros *Hector* -a parva *Astyanactis* petit. STAT. silv. 2, 1, 173 *v. p. 1113, 79.* *notio savii probatur maxime iuncturis rapiendi sim. (inde a* CATVLLO, *v. C1fγ) et epithetis numerum indicantibus (inde ab* HOR., *v. D 3), ceterum iuxta positis his*: TIB. 1, 1, 62 lacrimis -a mixta (OV. epist. 3, 15 met. 4, 117. *al.* EPIST. Sapph. 101 SEN. Tro. 809 TAC. ann. 1, 22, 2. *al.*). OV. epist. 15(16), 255 -a si natae dederas, ego ... illa Hermiones ... ab ore tuli (SIL. 6, 420 -a ab ore libavisse tuo. ITALA cant. 1, 1 [cod. 169 *al.* = VVLG.] -is oris [CYPR. unit. eccl. 9 PANEG. 3, 28, 4 RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 92, 17 PAVL. NOL. epist. 23, 38]. LAMPR. Diad. 3, 2 ore ad -a parato. *cf. l. 38*). ars 1, 663 blandis ... misceat -a verbis (met. 10, 559 mediis interserit -a v. *cf.* met. 6, 626 mixta ... blanditiis [MIN. FEL. 30, 3 b. et -o]). *sequitur 667* teneris male rapta labellis (CE 950, 2 [*Pompeis*]. *cf.* AMBR. epist. 41, 16 -um ... labiorum. RVFIN. Orig. in Rom. 10, 33 -um labiis dabat. AVG. c. Petil. 1, 12, 13 in ... -o ... coeunt labia. CYPR. GALL. gen. 887). met. 11, 738 duro dedit -a rostro (PAVL. NOL. carm. 20, 350).

b *de usu numerorum haec observavimus*: α *sing. occurrit passim in oratione soluta, in versibus apud* PLAVT. (*novies*), LABER. mim. 2, HOR. carm. 3, 5, 41, SEN. Thy. 145, MART. (*quater*). *al. in iuncturis sub C allatis quoad fieri potuit sing. et plur. separavimus vel sing. textu perscripto indicavimus. collective vel generaliter adhibetur maxime in indicando salutandi more, e. g.* PLAVT. Stich. 91 sat est -i mihi vostri. VAL. MAX. 5, 9, 2 nihil sibi praeter -um nepotum ... superfuturum. PLIN. paneg. 23, 1 TERT. orat. 18 p. 192, 3. *al.; ceterum nota* MIN. FEL. 30, 3 blanditiis et -o comprimente vagitum.
β *plur. legitur primum in dactylis, quibus sing. parum aptus est, inde a* CATVLLO, LVCR. *passim, sc. forma -a tantum et notione potius savium significante; quodammodo servata notione oris (sc. singulorum)*: VERG. georg. 2, 523 *v. l. 20.* OV. met. 1, 499. 9, 386. 13, 491 HOMER. 567 STAT. Theb. 12, 802 silv. 2, 1, 173. 3, 3, 177 IVVENC. 4, 515. *in aliis versibus inde ab* HOR. carm. 1, 13, 15 (*potius notione oris, v. l. 34*). 1, 36, 6. 2, 12, 25 PHAEDR. 3, 8, 12. *in oratione soluta inde a* SEN. rhet., VAL. MAX., SEN. phil., *sc. notione savii excepto fortasse* PETRON. 67, 11. *v. etiam sub II A.*

2 *deflexam vel tropicam* (*v. etiam p. 1112, 2; vergit in notionem q. e.* ius -i *p. 1110, 57; locutionem* in -is esse *sim., qua familiaritas indicatur, v. p. 1114, 40*): **a** *de animantibus*: *per circumscriptionem -um (alicuius) ponitur fere pro eo, qui osculatur*: PROP. 4, 11, 80 cum venient *liberi*, siccis -a falle genis (fige *unus e recc.*). SEN. Med. 950 (*Medea de liberis*) -is pereant patris (patri *E; v. Costa, 1973, ad l.*). FRONTO p. 32, 5 v. d. H. *coniuge absente* ne -um quidem usquam ullum est Romae residuum. AVIAN. fab. 35, 13 (*interpol.?*) succedit in -a fratris *mortui apud matrem*. *per appellationem blandam*: MART. 5, 34, 2 tibi ... puellam -a commendo deliciasque meas (*cf. e. g. Plaut. Poen. 366* meum savium). *per prosopopoeiam*: DRAC. Romul. 10, 163 Risus atque -a (*in cohorte Veneris ut*: 10, 265). **b** *de rerum coniunctione* (*subest prosopop.* AVSON., *cautius addit* quasi HIER.): AVSON. 295, 6 p. 150 P. *Alpheus et Arethusa Syracusis* consociant ... liquores, incorruptarum miscentes -a aquarum. HIER. adv. Iovin. 1, 3 p. 213B *quaedam* digitorum coniunctio, quasi molli se complexans -o. AVG. serm. 156, 14, 15 *lapidem* angularem dictum ..., quia in -um recipit utrumque parietem de diverso venientem (*sc. Iudaeos et gentiles. de eadem re* 204, 2 *in angulo* -um pacis inveniunt. *v. etiam p. 1108, 4*).

B *exempla usum et mores illustrantia*: **1** *-a dant homines vel dei sive hominibus eorumve membris* (*sc. maxime manibus*: SEN. epist. 118, 3 [*aliorum ut*: LVCAN. 2, 114 PLIN. nat. 11, 250 VAL. FL. 7, 123. 8, 44 TAC. ann. 15, 71, 1. *al., cf. l. 48*]. PLIN. nat. 28, 25 [*ipsius osculantis ut*: TAC. hist. 1, 36, 3 MIN. FEL. 2, 4] *vel pedibus*: OV. ars 2, 534 SIL. 11, 331 TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 480, 14 CAPITOL. Maximin. 28, 7 CORIPP. Ioh. 1, 120. *al.*) *sive rebus inanimis (v. sub aβ, cβ, e; ceterum e. g. l. 74 sqq. p. 1112, 24 sqq.) sive animalibus (v. p. 1112, 28)*: **a** *salutantes* (*cf. p. 1111, 68*):
α *hominibus*: ① *qualibet occasione, sc. maxime inter cognatos, familiares, amicos sim.* (*pauca selecta post* CIC.; *ad rem v. Hug, RE IA 2063, 33 sqq.*): PLAVT. Amph. 716 et manum prehendi et -um tetuli tibi (*sc. marito*). 800 sq. Epid. 571 des salutem atque -um *matri*. 573 sq. Stich. 89. 91. CATO inc. libr. frg. 14 ideo propinquos feminis -um dare, ut scirent, an temetum olerent (*inde* GELL. 10, 23, 1 SCHOL. Verg. Veron. ecl. 8, 29. *de eadem re* TERT. apol. 6, 5 -a propinquis offerre etiam necessitas erat *mulieribus*. *v. post alios Moreau, Rev. Phil. 52, 1978, 94 sq.*). CIC. rep. 4, 6 *famosae* cognati -um non ferebant. Att. 12, 1, 1. LVCR. 3, 895 neque uxor ... nec dulces occurrent -a nati praeripere (*cf.* VERG. georg 2, 523 pendent circum -a nati). HOR. carm. 3, 5, 41 coniugis -um ... ab se removisse *Regulum*. PROP. 2, 6, 8 -a ... qui tibi iure ferant (*cf.* SVET. Claud. 26, 3 per ius -i. *v. etiam l. 52*). OV. rem. 794. met. 7, 729 quin ut oportuit -a ferrem *uxori*. EPICED. Drusi 35 sic occurret, sic -a iunget *matri*. SEN. dial. 4, 24, 1 ille me parum humane salutavit; ille -o meo non adhaesit. PLIN. nat. 26, 3. MART. 8, 44, 5 urbis -is udus. SVET. Tib. 34, 2 cotidiana -a edicto prohibuit (*nisi ad l. 40*). *et saepe.* ② *apud regem, principem, magistratum (sive a principe benevolo praebetur inferioribus* [*populo* TAC. hist.] *sive ab advenientibus adorandi, honorandi causa; ad rem v. Hug l. c. 2069, 30 sqq.*): VAL. MAX. 2, 6, 17 *Numidiae reges* nulli mortalium -um ferebant. TAC. Agr. 40, 3 exceptus ... brevi -o *Domitiani* (PLIN. paneg. 23, 1 senatum. SVET. Otho 6, 2. HIL. c. Const. 10 sacerdotes. *cf.* AMM. 22, 9, 13 -o susceptum rectorem provinciae [29, 5, 16 cum -o]). hist. 1, 36, 3 *non* deerat Otho ... adorare volgum, iacere -a. ann. 15, 71, 1 *Neronis* dextram -is fatigare. PLIN. paneg. 24, 2 -um *non* manu reddis (*cf.* SVET. Dom. 12, 3 -um ... offerenti manum praebuit). 71, 1 cum candidatis ... -o occurreres. SVET. Nero 37, 3 neque adveniens neque proficiscens quemquam -o impertiit. FRONTO p. 128, 30 v. d. H. *in cubiculo* sine cuiusquam invidia -um dabas. p. 129, 1 mihi ... ius ⟨quo⟩que -i habendum (*inde fusius de hoc more*). PANEG. 2, 20, 2 ille -o consecratus est (*sim.* 3, 28, 4). 2, 29, 4. CAPITOL. Aur. 3, 4 cui etiam ante praefectos praetorio semper -um dedit. Maximin. 28, 7 LAMPR. Comm. 10, 8 CLAVD. 20, 67. COD. Theod. 12, 1, 109 (*inter privilegia decurionum emeritorum*) *ut* -um ... his in provincia iudicantum et consessus indultus sit. CORIPP. Ioh. 1, 120 pedibus ... benignis -a laeta dedit. Iust. 1, 158. *al.*
β *rebus, sc. patriae*: OV. met. 3, 24 Cadmus ... peregrinae ... -a terrae figit (*cf.* AMBR. in Luc. 9, 32 [*in imag.*] patriis -a litoribus affigunt. CLAVD. 22, 196 collibus ... notis).

b *amantes, sc. amoris, voluptatis causa* (*v. etiam p. 1111, 43. 1112, 33. 43*): LVCR. 4, 1081. 1194 adsuctis umectans -a labris. HOR. carm. 1, 13, 15. 2, 12, 25. PRIAP. 25, 5 cui *Priapi membro* dant -a nobiles cinaedi (*cf.* 43, 2 -a dat medio ... mihi). TIB. 1, 8, 38 dare anhelanti pugnantibus umida linguis -a (*cf.* OV. am. 2, 5, 23 linguā nexa fuisse liquet. 3, 7, 9 -a ... inseruit cupide luctantia linguis. EPIST. Sapph. 129 committere lingua). *et saepe; nota seriem actionum*: PETRON. 109, 2 non amplexum, non -um, non coitum (*cf.* TERT. idol. 2 p. 31, 26 adulterium in -is et in amplexibus et in ipsa carnis congressione censendum. PORPH. Hor. carm. 1, 13, 15 sq. visu, adloquio, tactu, -o, concubitu [*sim.* DON. Ter. Eun. 640]). *-a dantur rebus inanimis ad amantes pertinentibus*: LVCR. 4, 1179 exclusus amator ... foribus miser -a figit (*cf.* PROP. 1, 16, 42 dedi gradibus). OV. epist. 18 (19), 31 *Hero Leandri* vestibus (*cf. p. 1111, 11*). met. 4, 80 *Pyramus et Thisbe parieti*. SIL. 8, 127 -a, qua steteras, bis terque infixit harenae *Dido*.

c *discedentes, valedicentes* (*generalia, quae etiam ad salutationem pertinere possunt, v. sub a*): α *hominibus*: ① *qualibet occasione, sc. fere inter cognatos, familiares sim.* (*selecta*): VERG. Aen. 12, 434 Ascanium ... complectitur ... summaque per galeam delibans -a fatur *eqs.* (*item in discessu pugnaturi*: OV. epist. 13, 141 dum ... arma dabit, simul -a sumet. STAT. Theb. 4, 20 galeis

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... -a clusis inserere. 12, 640. 707 TAC. hist. 4, 46, 3. *al.*). OV. ars 2, 69 dedit -a nato *Daedalus* (*de eodem* met. 8, 211 non iterum repetenda). met. 6, 504. 11, 713 discedens dedit -a (trist. 1, 3, 58 summa. *cf.* PETRON. 115, 9 proficiscens). trist. 3, 5, 16 singultatis -a mixta sonis. SEN. Med. 289 extrema natis mater infigo -a. VAL. FL. 1, 264 Peleus rapit -a nati. STAT. silv. 3, 2, 57 *navis* magister dissipat amplexus atque -a fida revellit. *et saepius.* (ii) *in morte* (*sive dantur morientibus, mortuis vel rebus ad eos pertinentibus sive ab eis accipiuntur; attulimus selecta, huc pertinent multa sub C3b et D2*): TIB. 1, 1, 62 lacrimis -a mixta dabis (OV. met. 4, 117 dedit notae l., dedit -a vesti. SEN. Tro. 809 TAC. ann. 1, 22, 2. *cf.* SEN. Tro. 799 -a et fletus. HOMER. 848 fundit questus atque -a figit). ELEG. in Maecen. 2, 10 moriens quaerebat amatae coniugis ... -a (*cf.* LVCAN. 3, 739 tacito ... petit -a voltu. SIL. 9, 143). OV. met. 8, 538 -a dant ipsi *corpori*, posito dant -a lecto (*cf.* HIL. AREL. vita Honorat. 35 l. 3 -um aut ori aut quibuscumque membris ipsius inpressit aut feretro). MANIL. 5, 624 patres cupiant extrema suorum -a et in proprias animam transferre medullas (*cf.* SEN. dial. 6, 3, 2 ultima filii -a ... haurire. STAT. Theb. 5, 594. 12, 319 *p. 1114, 48*). VAL. MAX. 7, 1, 1 inter -a complexusque ... extinctum (*sim.* SEN. dial. 11 [12], 2, 5 in manibus et in -is tuis mortuum [AVSON. 182, 13 p. 44 P.]. 12 [11], 15, 5. *al.*). 7, 8, 9 ultimo conplexu et -o dignum *amicum*. STAT. Theb. 12, 27 -a figunt vulneribus magnis (*cf.* PASS. Mar. Iac. 13 in ... vulnera *filii*). AMBR. exc. Sat. 1, 78 ultimum ... vale dico, pacem praedico, -um solvo. CONC. Autiss. a. 573—603 p. 180, 21 non licet mortuis nec eucharistia nec -um tradi (*nisi ad fa*). EVGIPP. Sev. 43, 8 ad -um suum iussit accedere *moriens* (*cf.* VITAE patr. Iurens. 60 M. cunctis osculo inpertito *mortuus est*). *al.* *sim. in* OV. met. *-a dantur hominibus mutatis* (*cf. p. 1112, 48*): 2, 357. 9, 365 tepido dant -a ligno. (iii) *apud principem, magistratum sim.*: TAC. ann. 14, 56, 3 *Nero verbis* adicit complexum et -a. 15, 29, 1 *Corbulonis et Tiridatis* colloquium -o finitum. PLIN. paneg. 23, 1 dimissus -o fueras *a senatu*. 86, 3. SVET. Nero 37, 3 *v. p. 1110, 50*. Otho 10, 2 ab amplexu et -o suo dimisit *amicos*. CORIPP. Ioh. 1, 155 divinis ... -a plantis pressa dedit.

β *rebus inanimis* (*v. etiam supra l. 11. 15*): VERG. Aen. 2, 490 matres ... tenent postes atque -a figunt (*cf.* VAL. FL. 2, 168 -a ... toris atque -a postibus ipsis ingeminant. RVT. NAM. 1, 43 relinquendis infigimus -a portis). OV. met. 13, 420 dant -a terrae (*cf.* VAL. FL. 4, 373 ripae). 13, 424 prensantem tumulos atque ossibus -a dantem *Hecubam*. VAL. FL. 8, 6 virgineis ... vittis *Medea fugiens*.

d *precantes, supplicantes hominibus* (*exempla selecta*): OV. am. 1, 4, 51 precibus ... -a desint. 2, 18, 10 (*-is precatur amans ut*: ars 1, 424. 663 blandis ... misceat -a verbis. 2, 534 ad teneros -a ferre pedes). LIV. 23, 9, 9 -o haerens non ante precibus abstitit quam pervicit (*de eodem* SIL. 11, 331 pedibus crebro pavida -a figens). SEN. contr. 7, 1, 11 complexu, -is prosecutus est *patrem*. LVCAN. 2, 114 spes una salutis, -a pollutae fixisse trementia dextrae *Marii*. PETRON. 98, 7 amplexus ... iam mitigatum -is tamquam fomentis aggressus est. VAL. FL. 8, 44 primis supplex dedit -a palmis. *al.*

e *adorantes, religiosi* (*-a dantur rebus inanimis praeter* PLIN., MIN. FEL., PRVD. perist. 5, 338; *an huc* PRIAP. *sub b?*): TIB. 1, 2, 84 (86) dare sacratis -a liminibus (LIV. 45, 44, 20 *regem Prusiam* -o limen curiae contigisse et deos ... senatum appellasse [*sec. Polyb. 30, 18, 5 προσεκύνησε τὸν οὐδόν*]. ARNOB. nat. 1, 49 *cum templorum* l. ipsa converrerent -is. *cf.* OV. met. 1, 376 pavens dedit -a saxo *templi*). OV. met. 7, 631 -a terrae roboribusque dedi (*sc. Dodonae, oraculo edito. cf. supra p. 1106, 49*). PLIN. nat. 28, 25 in adorando dextram ad -um referimus (*cf.* MIN. FEL. 2, 4 simulacro Serapidis denotato manum ori admovens -um labiis pressit). PRVD. apoth. 599 *librum Esaiae* submissus adoro ... *et* -a dulcia figo. perist. 5, 338 *martyris vulnera* pererrat -is. 11, 193 figunt ... metallo (*i. ornamento aediculae Hippolyti. cf. etiam l. 16*). c. Symm. 1, 350 *equis Solis aere confectis*. ARATOR act. 2, 412 *postibus carceris Pauli*.

f *Christiani inter se* (GLOSS.^{L} II Philox. OS 8 φίλημα εὐσέβεια⟨ς⟩. -um sanctum [*v. l. 70 et p. 1115, 3*] *est signum pacis, concordiae, caritatis sim.; syn.* pax TERT. orat. 18. *al.; ad rem v. post alios Thraede, RAC VIII 505 sqq.*): α *qualibet occasione, sc. sive in salutatione sive post orationem sive inter sacramentum eucharistiae*: ITALA Rom. 16, 16 (cod. d *al.* = VVLG.) salutate invicem in -o sancto (*gr.* ἐν φιλήματι ἁγίῳ. *sim. in fine epistulae*: I Cor. 16, 20 II Cor. 13, 12 I Thess. 5, 26. I Petr. 5, 14 [cod. h *al.*] in -o caritatis [VVLG. sancto]. *explicant e. g.* AMBROSIAST. in I Cor. 16, 20 -um s. signum pacis est. RVFIN. Orig. in Rom. 10, 33 [*fusius*]). TERT. orat. 18 p. 191, 12 ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt -um pacis, quod est signaculum orationis (AVG. c. Petil. 1, 12, 13. 2, 23, 53 cui p. -um inter sacramenta copulabatis. LEO M. serm. 54, 3. BENED. reg. 53, 5 non prius offeratur nisi oratione praemissa. *al.*). p. 192, 3 die paschae ... deponimus -um. uxor. 2, 4 l. 15 alicui fratrum ad -um convenire. *al.* CYPR. epist. 61, 4 (*in salutatione advenientium*). OPTAT. 4, 5 p. 108, 5 in perfunctoria salutatione -a denegatis solita. AMBR. epist. 41, 14 non habet synagoga -um, habet ecclesia. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 92, 4 quod in ecclesia sub tempore mysteriorum nobis invicem damus (*cf.* AVG. in psalm. 30, 2 serm. 2, 3 quod infigunt in sacramentis dei). AVG. serm. 227 p. 1101 *post orationem dominicam. al.* *inde tropice de coniunctione fidelium inter se vel cum deo facta*: CYPR. epist. 6, 4 futura ... cogitemus ..., conplexum et -um domini (*sim.* 37, 3). AMBR. epist. 41, 15 osculamur ... Christum communionis -o. 41, 16 -um non labiorum quaeritur, sed cordis et mentis. PETR. CHRYS. serm. 60, 2 salus se confessionis -o sic salutat (*seq. symbolum*). *sim. al.* β *in baptismate*: CYPR. epist. 64, 4 in -o infantis (*inde* AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 p. 548, 24 -o pacis). CANON. Hippol. 73, 32 *episcopus baptizans* consignans in frontem offerat -um *eqs.* *hunc morem respicere videtur*: PASS. Rogat. 5 hoc sibi ... credidit esse pro lavacro, si fratris sui catholici -um mereretur.

g *variis occasionibus et rationibus* (*notabiliora selecta*): VERG. Aen. 1, 256 *Iuppiter Veneri* subridens ... -a libavit natae (*sc. animi sedandi, consolandi causa. sim.*: CIRIS 253 *nutrix Scyllae flenti*. PROP. 4, 11, 77 flentibus [OV. ars 2, 459]. OV. met. 10, 362. fast. 3, 509 lacrimas ... per -a siccat. STAT. Theb. 2, 354. 7, 194. *al.*). TIB. 2, 5, 92 natus ... parenti -a comprensis auribus eripiet (*cf. Smith, 1913 ad l.*). OV. epist. 15 (16), 255 -a si natae dederas (*item foventur infantes*: Pont. 2, 3, 72 tibi in cunis -a prima dedi. VAL. MAX. 2, 7, 6 *filii* infantiae blandimenta sinu atque -is foveras. SIL. 1, 104. STAT. silv. 5, 5, 83 reptantem ... ad -a ... erexi. QVINT. inst. 1, 2, 7. *al., v. etiam p. 1113, 20 sqq.*). fast. 2, 719 *Brutus* matri dedit -a Terrae (*de eadem re*: LIV. 1, 56, 12 terram -o contigit. VAL. MAX. 7, 3, 2 Telluri impressum -um. *v. etiam p. 1107, 46; ceterum cf. usum sub e nec non sub aβ descriptum*). Pont. 4, 9, 13 gratatus ... darem ... -a *tibi consulatum ineunti*. MANIL. 5, 393 *serpentium domitores* -a ... iungent inpune venenis (*item dantur animalibus*: PLIN. nat. 28, 57 si quis mulae nares ... -o attingat, sternumenta *emendat*). PETRON. 99, 4 -o iram finio (*cf.* 109, 4 praeterita aboleri -is placet). VAL. FL. 4, 702 Alcides Theseusque *ab inferis redeuntes* ... pallentia iungunt -a. STAT. Theb. 10, 63 *Iuno* desponsa ... pueri Iovis -a libat (*item de primo -o sponsorum*: TERT. orat. 22 p. 196, 15 qua *die* ad primum viri corpus -o et dextera expaverint. p. 196, 17 -i experimentum. virg. vel. 11, 6 -i congressionem. 11, 9. COD. Theod. 3, 5, 6 pr. interveniente -o ante nuptias [3, 5, 6, 1. *ad rem v. Kaser, Röm. Privatrecht II 195 et cf. supra p. 1109, 3*]. *cf.* QVINT. decl. 279 p. 138, 13 maritum tantum -o. AMBR. epist. 41, 18 -um ... quasi pignus est nuptiarum). *al.*

2 *-a dant animalia* (*-is ea carere dicit* FRONTO p. 129, 7 v. d. H.): a *inter se*: CATVLL. 68, 127 *columbam* improbius -a ... decerpere ... quam quae praecipue multivola est mulier (*respicitur ardor amoris ut*: OV. am. 2, 6, 56 -a dat cupido blanda columba mari. ISID. orig. 12, 7, 61. *aliter*: MART. 1, 109, 2 purior -o columbae. CYPR. unit. eccl. 9 [*significatur concordia pacis ut*: AVG. in euang. Ioh. 6, 4, *ubi opp.* -a corvorum]. AVG. serm. 64, 3, 4 -is filios generant). AVIAN. fab. 35, 13 *simia*. b *hominibus*: OV. met. 1, 646 patriis ... dat -a palmis *Io* (*cf.* 2, 863 *Iuppiter conversus* manibus *Europae*. 11, 738 *Alcyone mutata* frigida nequiquam duro dedit -a rostro. MART. CAP. 9, 918 vers.). PAVL. NOL. carm. 18, 419 *Felicis* habitum ... spumosa per -a foedant *boves*. 20, 350 *sus* olfaciens motando dat -a rostro *domino*.

C *iuncturae verbales potiores*: 1 *acc.* (*fusius illustravimus usum dactylicorum his iuncturis pro verbo* osculari *utentium; cf. p. 1106, 4*): a dare *sim.* (*v. etiam vol. V 1, 1669, 24 sqq.*): α *sing.* (*accedit dat. personae excepto* FRONTONE): PLAVT. Epid. 571 *matri* ⟨ad⟩venienti ... salutem atque -um (LIV. 1, 56, 11 VAL. MAX. 7, 3, 2). 574 huic. CATO inc. libr. frg. 14 feminis. SEN. contr. 1, 2, 16 impuris. VAL. MAX. 3, 8, 6. 6, 1, 4 filiae (SERV. auct. Aen. 1, 256 summum). PETRON. 115, 9 *patri*. FRONTO p. 128, 30 v. d. H. *al.* β *plur.*: *cum dat. personae*: TIB. 1, 8, 38 anhelanti ... umida. PRIAP. 43, 2 medio ... mihi. PROP. 3, 13, 34 viris (OV. epist. 13, 7). 4, 11, 77. OV. am. 2, 4, 26 cantanti rapta (*sim.* EPIST. Sapph. 44). epist. 15 (16), 255 natae (ars 2, 69. *al.* STAT. Theb. 12, 640 raptim). met. 10, 525 matri (fast. 2, 714. 719). *al.* PETRON. 20, 8 puero innumerabilia. CALP. ecl. 3, 57 CIL IV 10241 STAT. Theb. 2, 641 Ach. 1, 589 MART. 11, 23, 13. *al.* *cum dat. rei*: TIB. 1, 2, 84 liminibus. PRIAP. 25, 5 *Priapi membro*. PROP. 1, 16, 42 gradibus. OV. epist. 18 (19), 31 vestibus (met. 4, 117). met. 1, 556 ligno (9, 365). 1, 646 palmis (VAL. FL. 8, 44. *cf.* OV. met. 2, 863 manibus. CORIPP. Ioh. 1, 120 pedibus [4, 311]. 1, 155 plantis [Iust. 1, 158]). 7, 631 terrae roboribusque (13, 420. *cf.* VAL. FL. 4, 373 patriae ... ripae). *al.* VAL. FL. 8, 6 ultima virgineis ... vittis. STAT. silv. 3, 5, 31 sertis. *al.* *sine dat.*: TIB. 1, 1, 62 lacrimis ... mixta. 1, 4, 54 apta (EPIST. Sapph. 129). *ibid.* rapta. 1, 8, 26 longa. OV. am. 1, 4, 38 nulla (epist. 3, 14). 1, 4, 39 (*sine attributo ut* epist. 16 [17], 161 ars 1, 424 rem. 794 met. 10, 256. *al.* PETRON. 114, 9 PS. QVINT. decl. 10, 5. *al.*). 2, 5, 50 optima. epist. 18 (19), 168 obvia. *al.* MART. 13, 18, 2 clusa. γ *composita*: reddere: OV. met. 10, 256 -a dat redditque putat *Pygmalion*. SEN. Tro. 809 sume quae reddas tuo -a parenti (SIL. 9, 143 ultima). PLIN. paneg. 24, 2 -um manu. tradere: *v. p. 1111, 26*.

b ferre *sim.* (*aliter p. 1113, 75*): α *sing.* (*non nisi cum dat. personae*): PLAVT. Amph. 716 -um tetuli tibi. 800 Epid. 573. Stich. 89 advorsum homini. CIC. rep. 4, 6. LIV. 1, 56, 10 matri.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Val. Max. 2, 6, 17. Plin. paneg. 86, 3 exeunti. Fronto p. 80, 21 v. d. H. filiae. p. 80, 23 matronae. Gell. 10, 23, 1 cognatis. Apvl. apol. 7, 3. β *plur.* (*notione transferendi* Tib. 1, 9, 78 aliis ... -a ferre mea): Prop. 1, 20, 28 -a ... ferre supina (*item cum solo obi.*: Ov. am. 3, 7, 48 epist. 3, 128 ars 2, 325 met. 7, 729). 2, 6, 11 tibi (*item cum dat.*: 2, 18, 18 comae [Ov. Pont. 1, 4, 50]. Ov. am. 2, 5, 23 fratri ..., viro *eqs.* ars 3, 310 umero. fast. 2, 715 matri properata. Sen. Phoen. 486 nato. Val. Fl. 7, 216 divae). Ov. ars 2, 534 ad ... pedes. CE 950, 2 (*Pompeis*) teneris ... labelis. γ *composita*: Tib. 1, 4, 54 afferet ... roganti. Val. Fl. 7, 123 patriae circumfert -a dextrae. Svet. Dom. 12, 3 -um ... offerenti (Apvl. met. 2, 2, 6. Tert. apol. 6, 5 -a propinquis [*item plur.* Ambr. exc. Sat. 1, 37 nulla]. Ivst. 34, 3, 2 ei *legato*. Canon. Hippol. 73, 32. Bened. reg. 53, 5 pacis. *al.*).

c libare: *inde a* Verg. Aen. 1, 256, *fere notione carpendi, v. vol. VII 2, 1341, 3 sqq. et cf.* delibare: Verg. Aen. 12, 434 summa ... per galeam delibans -a *Ascanii* (*i. 'decerpens ultima savia'* [*ita intellexit* Ps. Qvint. decl. 9, 9 suprema per g. dederam -a *eqs.*] *an 'decerpendo attingens summa labra'? v. etiam p. 1115, 5*). Phaedr. 4, 25, 8 (*loq. musca*) matronarum casta delibo -a. Svet. Aug. 94, 8 quasi Iuppiter ... eius *pueri* ... -um delibatum digitis ad os suum retulisset (*ad rem v.* Serv. auct. Aen. 1, 256 solemus cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere liberorum ac deinde ad os nostrum dextram referre). Clavd. 8, 370 dulcia nati. Cypr. Gall. gen. 887 -a ... pressis delibat dulcia labris (*Itala gen. 27, 27* [*Lugd.*] osculatus est eum *patrem*). Anth. 712, 6 purpurea.

d iungere (-a *pro obiecto efficiendo accipitur vol. VII 2, 660, 65 sq., sed nobis notio oris saepius, maxime usu reciproco, sublucere videtur*): Ov. am. 2, 5, 23 iungentes -a (*item reciproce, sc. verbo pluraliter posito*: 2, 5, 59 met. 9, 560 Petron. 67, 11. Val. Fl. 4, 702 pallentia. Drac. laud. dei 1, 444). 3, 9, 54 (*ad Tibullum mortuum*) cum ... tuis (*sc. -is; 'propinquis' intellegunt alii*) sua iunxerunt Nemesisque priorque -a. epist. 2, 94 ausus es ... -a ... iungere (*item de actione singulorum*: 17 [18], 101 -a iungis. met. 2, 357. 6, 626. 10, 362 Cinyras ... -a iungit; Myrrha datis nimium gaudet. *al.* Epiced. Drusi 35. Manil. 5, 393 [*accedit dat. ut*: Octavia 110 hosti. Stat. Theb. 12, 707 coniugibus]).

e premere *sim.*: Ov. epist. 2, 94 -a per longas iungere pressa moras (*item p. p. p.*: CIL IV 10241 vellem essem gemma ..., ut tibi signanti -a p. darem [missa *edd., quorum lectionem corr. Solin in Andreae-Kyrieleis, Neue Forsch. in Pompeji, 1975, 253, qui intellegit 'ut -a antea gemmae impressa tibi darem'*]. *vergit in vim adi.*: Serv. auct. Aen. 1, 256 *v. p. 1115, 7*. Coripp. Ioh. 1, 155 -a plantis p. dedit [4, 311]). Min. Fel. 2, 4 -um labiis pressit *manui*. Ambr. obit. Valent. 41 fraterna -a premat. *cf.* imprimere: Val. Max. 7, 3, 2 Telluri impressum -um. Apvl. met. 5, 6, 9 suasoria. Prvd. perist. 10, 832 unum. *al.*

f variae: α *figere, porrigere sim.* (*cf. supra sub a et b et e*): Lvcr. 4, 1081 dentes inlidunt saepe labellis -aque adfligunt (*O*; adfigunt *Q*, *fort. recte*). 4, 1179 foribus ... -a figit (*saepius, v. vol. VI 1, 710, 77 sqq. 711, 15 sqq. 712, 12. cf.* Sen. Med. 289 natis ... infigo -a [*al., fere cum dat., v. vol. VII 1, 1421, 2 sqq.*]. Ambr. in Luc. 9, 32 litoribus affigunt [Clavd. 26, 619 dextris. *v. etiam l. 49*]). Hor. carm. 1, 36, 6 dividit. Prop. 2, 13, 29 in gelidis pones ... labellis (Stat. Theb. 2, 354 maestis ... genis). Ov. met. 3, 451 porreximus -a lymphis (Hier. epist. 52, 11, 3 -um. Rvfin. Orig. in cant. 1 p. 91, 1 *Christus* ecclesiae. *al.*). 6, 278 dispensat natos ... per omnes. fast. 4, 851 adplicuit posito ... feretro. Val. Fl. 2, 168 toris atque ... postibus ipsis ingeminant (Stat. Theb. 5, 594). Tac. hist. 1, 36, 3 iacere (*cf.* iactare basia *vol. VII 1, 50, 84 sqq.*). *al.* β *miscere sim.* (*cf. supra sub d*): Laber. mim. 2 conlabella -um. Ov. am. 2, 5, 23 linguā nexa fuisse. epist. 17 (18), 113 congerimus ... raptim. Epist. Sapph. 129 committere linguā. Stat. silv. 1, 1, 96 miscebit (Avson. 295, 6 p. 150 P.). Tert. nat. 1, 20, 2 compingite. Avg. c. Petil. 2, 23, 53 p. 51, 29 cui pacis -um ... copulabatis. γ *carpere, rapere sim.* (*cf. supra sub c*): Catvll. 68, 127 -a mordenti semper decerpere rostro *dicitur columba* (*cf. Copa 33* decerpens ora *et* Prop. 1, 20, 27 carpere [*al. in versibus, v. vol. III 494, 41 sqq.*]). Lvcr. 3, 895 praeripere (*cf.* rapere: Hor. carm. 2, 12, 25. Tib. 1, 4, 54 rapias. *ibid.* rapta dabit [*item* Ov. am. 2, 4, 26 Epist. Sapph. 44. *ceterum p. p. p.*: Tib. 1, 8, 58. Ov. ars 1, 663 male rapta]. Ov. epist. 13, 118 rapies [*opp.* dabis]. Val. Fl. 1, 264 Clavd. carm. min. 30, 216. Mart. Cap. 9, 918 [vers.] roseum. eripere: Hor. *l. c.* Tib. 2, 5, 92). Prop. 1, 3, 16 sumere (Ov. am. 1, 4, 63. epist. 19 [20], 147 turpiter. ars 1, 663 non data sume tamen. *al.* Sen. Tro. 809). Ov. epist. 15 (16), 255 Hermiones ... ab ore tuli (Epist. Sapph. 101 tecum. Clavd. 14, 13 quod flenti tuleris plus sapit -um. *cf.* Ov. epist. 16 [17], 29 luctanti ... abstulit. *aliter sub b*). Sen. dial. 6, 3, 2 ultima filii -a ... haurire. Petron. 138, 7 -um capere. Stat. silv. 2, 1, 173 *mortui* frigida lambis -a (*v. vol. VII 2, 899, 27*). δ *petere sim.*: Cvlex 293 -a cara petens (Ov. epist. 17 [18], 102 Lvcan. 3, 739. 5, 736 Sil. 13, 652. Homer. 567. Tac. hist. 4, 46, 3 suprema. *al.*). Hor. carm. 2, 12, 25 poscente (Ov. met. 4, 335). Eleg. in Maecen. 2, 10 moriens quaerebat ... coniugis ... -a. Manil. 5, 624 cupiant extrema suorum -a. Petron. 11, 1 -is ... exactis (Ambr. epist. 41, 18). Pavl. Nol. epist. 23, 38 postulare. Drac. Romul. 2, 6 rogans. ε *negare sim.*: Hor. carm. 2, 12, 25 facili saevitia negat (Leo M. serm. 54, 3 pacis -um. *cf.* Optat. 4, 5 p. 108, 5 -a denegatis solita). 3, 5, 41 coniugis -um ... ab se removisse *Regulum* (Porph.: aversatum). Fest. p. 297 aversata est eius *fratris* -um (Porph. *supra. cf.* Tert. castit. 13 l. 21 aversantes ... contactum masculorum usque ad -a filiorum). Tert. orat. 18 p. 191, 12 subtrahunt -um pacis. Cypr. patient. 6 -um non recusare.

2 *abl.* (*selecta*): Liv. 1, 56, 12 terram -o contigit (45, 44, 20 -o limen. *cf.* Plin. nat. 28, 57 si quis mulae nares ... -o attingat). Sen. epist. 118, 3 manus -is conterat (*cf.* Tac. ann. 15, 71, 1 dextram -is fatigare [Ivst. 23, 2, 9 maritum. 24, 3, 6 *filios* ultra modum verae adfectionis]). Mart. 12, 59, 5 te ... premit -o. Qvint. inst. 1, 2, 7 *infantium licentiam* -o excipimus (*item sing.*: Tac. Agr. 40, 3 exceptus ... -o. Plin. paneg. 23, 1 [*opp.* dimissus -o]. Svet. Otho 6, 2. *al.*; *plur.*: Svet. Galba 22 artissimis -is palam. *cf.* Amm. 22, 9, 13 -o susceptum [Rvfin. Orig. in Rom. 10, 33. *al.*]). Plin. paneg. 71, 1 -o occurreres. Svet. Nero 37, 3 *neminem* -o impertiit. Apvl. met. 4, 31, 4 -is hiantibus filium ... saviata. Ambr. epist. 41, 15 religioso -o ... domini lambit vestigia (Mirac. Steph. 2, 2, 9 *Megetiam*. Mart. Cap. 1, 85 *Venerem*). *ibid.* osculamur ... Christum communionis -o (paenit. 1, 16, 90 -is. Vvlg. cant. 1, 1 -o oris sui [*alias vers. v. infra l. 60*]. Max. Tavr. serm. 98, 2 l. 49 M. tali. *al.*). Aster. ad Renat. l. 543 *mulier monachi* manum iungit -is suis. *al.*

3 *cum praepos.*: a *vi locali magis minusve servata*: α ad: *sing.*: Cic. Att. 12, 1, 1 ad -um Atticae ... currere (Sen. Thy. 145 patrium). Petron. 114, 10 exeruit ... caput. Plin. nat. 28, 25 dextram ... referimus. Tert. uxor. 2, 4 l. 15 convenire (*cf.* Cypr. epist. 37, 3 venerunt [Lampr. Heliog. 4, 4]). Avg. civ. 22, 8 p. 580, 20 D. erigitur. Evgipp. Sev. 43, 8 accedere. *plur.*: Hor. carm. 2, 12, 25 detorquet ad -a cervicem. Ov. met. 9, 386 venite. Val. Fl. 3, 561 *surgere* (*cf.* Ivv. 6, 507 consurgit [Cypr. Gall. iud. 445]). Stat. Theb. 7, 194 *supplicantem* tollit (*cf.* silv. 5, 5, 83 erexi). 7, 534 matris ad -a versus. 9, 330 ad -a matris ... remeat. silv. 2, 1, 64 revocabit. 3, 1, 179 concurrat ad -a Pollae. Ach. 2, 128 me ... admisit. *al.* β in (*paulo aliter sub b*): Petron. 24, 6 in -um applicuit *Gitona* (*item* in -um: Avg. quaest. hept. 1, 87 inruisse. serm. 156, 14, 15 recipit. Mart. Cap. 2, 130 deferuntur. 2, 172 pervenire. *plur.* in -a: Optat. 5, 8 p. 137, 17 ruit [Vvlg. gen. 29, 13]). Paneg. 2, 29, 4 in oculis eius atque etiam in -is erant (Ambr. obit. Valent. 41 in oculis, ... in -is. Avg. in psalm. 99, 12 l. 30 in laude et in -is. *sing.*: Hist. Apoll. rec. B 51 in -o Apollonii et filiae integro anno perdurat *rex*). γ *variae*: Verg. georg. 2, 523 pendent circum -a *patris*. Petron. 127, 4 ex cuius -o pendes (Apvl. met. 5, 23, 6 ex o⟨s⟩culis et manibus ... coniugis ... avolavit). Stat. Theb. 12, 802 iacens super -a *mortui* (silv. 3, 3, 177 fusum).

b *mera vi modali vel temporali* (*saepe de condicionibus mortis*): per -a: Ov. fast. 3, 509 lacrimas ... siccat. Stat. Theb. 12, 319 animum ... quaerit absentem. Ach. 1, 576 laudat. inter -a: Val. Max. 7, 1, 1 extinctum. Tac. hist. 1, 72, 3 sectis ... faucibus. Tert. virg. vel. 14, 10 concalescit. Ivst. 24, 3, 7 trucidantur. Avson. 95, 3 p. 348 P. moriturus. 182, 13 p. 44 occidit. in -is (-o Itala, Avg., Hist. Apoll.): Sen. dial. 11 (12), 2, 5 in -is tuis mortuum. 12 (11), 15, 5 amisit. Svet. Aug. 99, 1 defecit. Gell. 3, 15, 3 animam efflavit. Itala Rom. 16, 16 (cod. d *al.* = Vvlg.) salutate invicem in -o sancto (II Cor. 13, 12 [*ibid.*]. *al.*). Avg. serm. 227 p. 1101 osculantur se ... in -o sancto. Hist. Apoll. rec. C 51 suscipit eos (rec. A *sine praepos.*, rec. B in -o ... filiae ... perdurat). cum -is (-o Amm.): Tac. ann. 1, 22, 2 dolorem meum implevero. Amm. 29, 5, 16 susceptus. ab -is: Itala cant. 1, 1 (cod. 169 *al.*) osculetur me ab -is oris sui (Vvlg. *v. l. 22*).

D *epitheta notabiliora*: 1 *varia selecta*: Verg. Aen. 1, 687 dulcia (*al. v. vol. V 1, 2192, 38 sq.*). Cvlex 293 cara (Tib. 1, 4, 54 Ov. Pont. 1, 4, 50). Hor. carm. 2, 12, 25 flagrantia (Porph.: amatoria [maiora *trad.*] ... hoc est ex desiderio ... ardentia). Tib. 1, 4, 54 apta (Epist. Sapph. 129). 1, 8, 26 longa (*cf.* Tac. Agr. 40, 3 brevi [ann. 13, 18, 3]). 1, 8, 38 umida. Ov. am. 2, 5, 50 optima (3, 7, 56). 3, 7, 9 luctantia linguis (met. 4, 358). epist. 4, 144 aperta (*cf.* Petron. 26, 5 furtivis [Clavd. 11, 24]). 11, 119 frigida (*mortui ut*: Stat. silv. 2, 1, 173 Coripp. Iust. 3, 29. *Alcyones mutatae*: Ov. met. 11, 738. *cf.* Sil. 13, 652 vana *umbrarum*). 15 (16), 225 dura (ars 1, 668. *cf.* Ivv. 6, 367 mollia [Hier. adv. Iovin. 1, 3 p. 213 B]). 17 (18), 101 felicia. 113 properata (*cf.* Clavd. carm. min. 30, 216 festina). met. 2, 430 moderata. 4, 335 sororia (9, 539. *cf.* Sen. Thy. 145 patrium. Calp. ecl. 6, 85 virilia [*sc. quae vir dat puero*]. Ambr. obit. Valent. 41 fraterna). Val. Max. 6, 1, 4 sincera (*cf.* Phaedr. 4, 25, 8 casta [Rvfin. Orig. in Rom. 10, 33 Pavl. Nol. epist. 23, 38]. Hil. Arel. vita Honorat. 23 l. 22 piis [Drac. Romul. 2, 38]. Drac. Orest. 61 pura [Romul. 2, 6]). Lvcan. 2, 114 trementia (*cf.* Sil. 11, 331 pavida). 5, 736 grata. Val. Fl. 4, 702 pallentia (*item respicitur color*: Mart. Cap. 9, 918 roseum. Sidon. carm. 2, 137 livida. Anth. 712, 6 purpurea). 7, 255 furialia. Stat. silv. 3, 2, 57 fida. 3, 5, 31 anhela. Ach. 1, 589 insidiosa (*cf.* Vvlg. prov. 27, 6 fraudulenta. Qvodv. [?] acced. grat. 2, 6, 4 falsum [*al.*]). Mart. 7, 95, 2 nivali. 12, 59, 5 hircoso.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13, 18, 2 clusa (*cf.* Apvl. met. 3, 19, 5 hiantibus [4, 31, 4]). Tac. ann. 14, 2, 1 lasciva. Svet. Galba 22 artissimis. Apvl. met. 4, 1, 2 mutua. 5, 6, 9 suasoria. Tert. orat. 18 p. 191, 16 sancti (Cypr. laps. 2 p. 237, 15 Rvfin. Orig. in cant. 1 p. 92, 3. *al., adde p. 1111, 70 sqq.*). *al.* 2 *ultima sim.*: Verg. Aen. 12, 434 summa (*si 'ultima' significantur ut* Ov. trist. 1, 3, 58: *aliter* Serv. auct. Aen. 1, 256 ['-a libavit'] multi nolunt ita intellegi, ut s. -um filiae dederit, id est non pressum, sed summa labella contingens. *v. etiam p. 1113, 15*). Prop. 2, 13, 29 suprema (Ov. met. 6, 278 fast. 4, 851 Epiced. Drusi 95. Sen. Phoen. 486 vel prima vel s. Stat. Theb. 12, 707 Ps. Qvint. decl. 9, 9 Tac. hist. 4, 46, 3). Ov. met. 8, 211 non iterum repetenda. Manil. 5, 624 extrema (Sen. Med. 289 Lvcan. 3, 745). Val. Max. 7, 8, 9 ultimo (*plur.*: Sen. dial. 6, 3, 2 Val. Fl. 4, 373. 8, 6 Sil. 9, 143 Stat. Theb. 12, 418). 3 *indicantia numerum*: Hor. carm. 1, 36, 6 multa (Prop. 2, 6, 11 Ov. am. 2, 11, 46. *al.*). Prop. 2, 15, 50 pauca (Ov. epist. 16 [17], 29 met. 14, 658). Ov. am. 2, 18, 10 mille (Stat. Ach. 1, 576 Clavd. carm. min. 25, 131). epist. 3, 14 nulla. 20 (21), 197 rara. Petron. 20, 8 innumerabilia. Svet. Tib. 34, 2 cotidiana. Tert. virg. vel. 14, 10 assidua. Pass. Mar. Iac. 13 frequens. Prvd. perist. 10, 832 unum. Rvt. Nam. 1, 43 crebra.

II *deest respectus osculandi* (*dubitaveris de* Petron. *et* Mart. *sub A, v. etiam l. 37*): A *i. q. (parvum) os vel labra, labella* (*cf.* Serv. auct. Aen. 1, 256 ut -a dixerit quasi minora et teneriora filiae ora. *plur. de ore singulorum* Mart., Paneg., Avson., Prvd.): Petron. 126, 16 crines . . ., frons . . ., supercilia . . ., oculi . . ., nares . . . et -um quale Praxiteles habere Dianam credidit (*cf. p. 1109, 35 sqq.*). Mart. 11, 91, 7 *puellae* sedit in ore lues ipsaque crudeles ederunt -a morbi. Fronto p. 67, 25 v. d. H. *ut aspectus imaginis tuae* ex ore meo excusserit rictum -i (oscitandi *Friedländer; alii alia*) et somnum. Apvl. Plat. 1, 14 p. 211 (*agitur de sensibus*) lingua et dentium vallum et ipsius -i venustas. Paneg. 6, 22, 1 quorum *fontium* scaturigines . . . adridere . . . oculis tuis et -is sese inserere velle videantur. Avson. 418, 27 p. 286P. velut . . . tua Sigalion (*i. Harpocrates*) . . . -a signet, . . . taces. Prvd. ham. 588 (*de coitu viperarum*) caput inserit . . . coniugis in fauces atque -a fervidus intrat (*cf. 589* oris coitu [*ceterum e. g. Plin. nat. 10, 169* in os]. *inde per comparationem*: 610 sic -a *coniugis Beliadis* devorat haustu *mens nostra. an ad I, sc. per hyperbolen?*).

B *metaphorice i. q. orificium*: 1 *rerum arte factarum*: Manil. 5, 117 cui *pastori* fistula collo haereat et voces alterna per -a ducat. Cael. Avr. acut. 3, 17, 149 cucurbitas . . ., quae sint -o latiores (latiore *ed. Rovillii*) atque labiis flexis (3, 21, 202 c. latioris -i. *cf. Cels. 2, 11, 1* os). 2 *partium corporis variarum, vulnerum*: Plin. nat. 28, 4 *morbo comitiali affectos sanguinem* ex homine ipso sorbere . . . calidum . . . et vivam ipsam animam ex -o vulnerum (os vulnerum *v. p. 1092, 3 sqq.*). Vindic. med. 31 ⟨in⟩ inferiore -o *coli* (*ibid. iterum*) . . ., in superiore -o (*antea*: ore coli). Cael. Avr. chron. 2, 10, 124 sanguinem . . . tenera ferri per -a (*sc. venarum, cf. p. 1091, 83 sqq.*). 5, 8, 87 in -o vesicae. gyn. 1, 56 matricis -um (*saepe ibid.; eadem fere frequentia* os m., *sed bis tantum* orificium, *quod praefert Mustio* [*cf. e. g.* gyn. frg. p. 146, 31 *et gyn. 2, 36*]).

deriv.: osculentia, osculo(r). *Plepelits.*

osimī *v.* osma.

osios *i.* hosios, ὅσιος. *addas ad vol. VI 3, 3019, 20* (hosia) Gloss.[L] I Ansil. os 39 Gloss. III 170, 36 (*cf. litt. graecis* 238, 39 *et saepius*).

osīreōstaphē *f.*, Ὀσίρεως τάφη (*cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 39 p. 52, 17 sq.* γόνος Ὀσίρεως). *nomen herbae*: Ps. Apvl. herb. 87 l. 6 a Graecis dicitur cinocefalos, alii antirrinon, profetae -e (Osireos t. *ed.*, tafe *om. pars codd.*), Itali canis cerebrum. Gloss. III 570, 61 o[r]sireostapo i. cap(ut) canis.

? **osīriaca,** -ae *f.* *nomen malvae erraticae* Ps. Apvl. herb. 40 l. 20, *si recte restituit André per litteras, qui confert Aet. 1, 309* Ὀσιριὰς (*πόα*). *lectiones codd.* oysiriaca, ost(i)riaca *ex* mios ura *corruptas esse minus probabiliter putant Howald-Sigerist coll. Ps. Diosc. Vind. 2, 118 p. 191, 13* οὐρὰ μυός (*item supra vol. VIII 1742, 76*); osyriaca *exhibet editio Ackermanniana, quam formam cum* Gloss. III 571, 47 onsinaca (*vel* os-) i. eviscus *coniungit Goetz in indice s. v.* hibiscum.

osīris *f.* (-syr- *v. infra*), ὄσιρις (ὄσυρις). *nomen herbae* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v., Strömberg, Griech. Pflanzennamen 130*): Plin. nat. 1, 27, 88 -is iiii (*FE*, -syr- *ceteri*). 27, 111 -is (*ed. vett.*, ospris *trad.*) ramulos fert nigros; tenues, lentos et in his folia nigra ceu lini semenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens (*sequuntur ad usum pertinentia*). Diosc. 4, 135 p. 62, 8 de -is; -is, virga est illi nigra et tenuis . . ., quae circa se folia habet sicut linu et nigra in initio, et cum maturaverint, rufa fiunt (*gr. 4, 140* ὄσιρις [-ειρις, -υρις *var. ll.*]).

osīrītis *f.*, ὀσιρῖτις (*quod alibi non legitur,* ὀσιρίτης *m. Liddell-Scott*). *nomen herbae, q. e. antirrhinum, cynocephalium* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): Plin. nat. 30, 18 cum . . . Apion . . . prodiderit cynocephalian herbam, quae in Aegypto vocaretur -is (*edd. rec.*, -es *duo codd.*, osiripitis *cett.*), divinam et contra omnia veneficia *eqs.*

osmē (*?* -ē) *f. et* **osmus,** -ī *m.* (*vel* -um *n.*), ὀσμή. *formae primae decl.*: Gloss. III 571, 18 osimi (*i.* ὀσμή) i. audor vel o (odor *Goetz*). Gloss.[L] Corp. o 276 -a: suice (*anglosax., cf.* Gloss. V 375, 33; *v. quae contulit Hessels in indice Gloss. Leid. p. 160*). *formae secundae decl.*: Diosc. 4, 71 p. 42, 5 vocem homini tollit vim (*i.* vis) -i sui (*sc. mandragorae; cf. gr. 4, 75, 6* ὀσφραινόμενα). Gloss. V 304, 40 infulfuit (infoetuit *Svennung vol. VII 1, 1501, 26*): -um dedit. 316, 12 -um: saporem (376, 57; *scrib.* osmion). Gloss.[L] V Aa o 364 olfectum: -um vel saporem.

osmen *v.* omen *p. 573, 40.*

osmītis *f.*, ὀσμῖτις (*?* ὀσμίτης *v. l. 14*). *nomen herbae, q. e. mentastrum*: Ps. Apvl. herb. 91 l. 9 a Graecis dicitur calaminte . . ., alii -is (-es *Ca*), Aegyptii bremu, . . . Itali mentastrum (*gr. Ps. Diosc. Vind. 3, 35 p. 47, 12* ὀσμῖτις, *cf. 3, 37 p. 49, 13*). Gloss. III 570, 62 os[si]mite breumon i. mentastrum.

osmus (-um) *v.* osme.

osnāmentum *pro* ornamentum *legit olim Scioppius* Varro ling. 6, 76 (*sed v. adnot. p. 268 Goetz-Schoell*).

ōsor, -ōris *m.* *ab* odisse. *de origine* (*cf. infra l. 32*): Isid. orig. 10, 197 (*sim.* Gloss.[L] III Abol. os 2a) -r, inimicus ab odio dictus sicut amator ab amore (*add. cod. C*: -r qui odit et ab aliis oditur). *scribitur* -ss- Argvm. Plaut. Poen. 2 *CD.* Pavl. Nol. carm. 22, 74 *pars codd.* Theod. Mops. in psalm. 6, 8 p. 34, 11. *de genere*: Isid. *l. c.* est generis communis (Gloss.[L] IV Plac. o 9 nomen g. c., hic et haec -r, 'osrix' [ostr- *var. l.* Gloss. V 90, 18] enim dici non potest nisi ab stultis. *de fem. eiusmodi v. Niedermann, Mélanges Saussure, 1908, 76, 2. Wackernagel, Synt. II 25*). *de notione*: Pavl. Fest. p. 196 -em dixerunt, qui aliquem odisset. Gloss. -r: μισητὴς ἀρχαίως. qui alium odio habet. inimicus odio factus. -es: odiosi. odibiles. odio semper habentes. *legitur apud* Plavt. *et apud recentiores inde ab* Apvl.

i. qui odit: 1 *cum gen. obi.*: a *hominum*: Plavt. Asin. 859 -em uxoris suae (*quem locum affert Prisc. gramm. II 560, 19* verbale . . . nomen ex eo [*sc.* osus] protulit). Poen. 74 cupienti liberorum, -i mulierum (Argvm. Plaut. Poen. 2 Firm. math. 5, 2, 11). Apvl. Socr. 12 p. 145 ex . . . daemonum numero poetae solent . . . -es et amatores quorundam hominum deos fingere (*inde* Avg. civ. 8, 17 p. 347, 15D. 9, 7 p. 377, 7). Vvlg. I Ioh. capit. 9 (cod. F) de ignorantibus deum sanctorumque -bus (risoribus, inrisoribus *alii codd.*). 11 *ibid.* de -bus (rosoribus, sororibus, inrisoribus *alii*) fratrum homicidis. b *rerum*: Apvl. Plat. 2, 22 -r . . . nec amicus virtutum. Porph. Hor. epist. 1, 18, 42 lyrae. Paneg. 2, 20, 5 Romanae libertatis adsertor, regii nominis Brutus -r. Avson. 393, 24 p. 246P. tu mitis et -r sanguinis humani. Ps. Rvfin. in Am. 5, 12 ('hostes iusti') iustitiae non vos neglegentes arguo, sed -es (*antea*: inimici). Pavl. Nol. carm. 22, 74 vitiis invictus et -r iniqui. Victric. 24 amator veritatis est, quisquis reverentiam detulerit, -r est, quisquis moverit quaestionem. Sidon. epist. 3, 13, 3 -r ieiuniorum, sectator epularum *parasitus.*

2 *cum pron. poss.*: Avg. civ. 5, 19 p. 229, 18D. *ut inimicos* ita diligat, ut suos -es (rosores, susurrones *var. ll.*) vel detractores velit correctos habere consortes. Qvodv. (?) prom. 2, 25, 54 hoc . . . agit . . . Christus . . . circa -es persecutoresque suos. Theod. Mops. in psalm. 2, 3 p. 10, 6 cum dicit de -bus suis *David.* 6, 8 p. 34, 11 indicat . . ., quod . . . -bus suis dispectui fuerit atque contemtui.

3 *absolute*: Qvodv. (?) prom. 3, 38, 41 -i (inlusori *var. l.*) et superbo vitam contulit *ecclesia.* Mart. Cap. 5, 566 (vers.) Tulliana . . . in castra abibis (*sc. Rhetorica*), quo nec -r (negosor, negasor, altercator *var. ll.*) invidens nec livor ater te sequatur praecluem.

f. **ōsrix** *dici posse negatur* Gloss. Plac. *supra l. 24.*

osphrēsis *f.*, ὄσφρησις. *i. q. odoratus*: Ps. Soran. quaest. med. 72 quos *sensus* Graeci orasis, . . . -is . . . appellant, nos vero visum, odoratum *eqs.* 75 quid est -is? odoratus effectus per nares.

ospicor *v.* aus-.

? **ospreātūra,** (-ae) *f.* (-priat- *?, trad.* -prat-). *si recte legitur, ab* ὄσπρεον, *cf.* ospreon. *de quodam patrimonii munere*: Char. dig. 50, 4, 18, 19 elemporia et -a apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur (-prat- F^2, pratura F^1, practoria *temptat Mommsen,* ospiratura, hospitatura *sim. var. ll.; cf. Zellmer, Lat. Wörter auf -ura, 1976, 242; sed fortasse legendum* osprei cura *coll. ibid. 5* cura . . . emendi frumenti olei).

ospreon (osprion), -ī *n.*, ὄσπρεον (ὄσπριον). *? gen. plur. graec.* Oribas. *i. q. legumen* (Gloss. III 193, 35 -ea: legumina, *cf.* III 571, 34 ospyrinon i. ligamen): Apic. 5 tit. -eon (*ed. princ. et edd. recc.*, ospreo, ostreo, osteo *trad.*). exc. 11 (brevis pimentorum = p. 87, 15 M.) de siccis hoc: . . . alium, -ea (ospera *trad.*), samsucum. Oribas. syn. 1, 6, 7 p. 41, 14 Mø. *adsumenda sunt* legumina: -ion (prinu, aprinon, primum *trad.*) et faba et cicer (*gr.* ὀσπρίων . . . κύαμοί τε καὶ ἐρέβινθοι).

ōsrix *v. sub* osor. *Teßmer.*

ossa, -ae *f. v.* 2. os. *?* **ossaculum** *v.* ossiculum. **ossafragor** *v.* ossifragor.

? **ossāris,** -e (*acc. plur.* -is) *et* **ossārium** *v. sub* ossuarius.

[ossatum *falso cod. A* Grom. p. 329, 22 L. = p. 10 Josephson, *qui exhibet* pratum *cum cod. C.*]

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? **ossea** (*pro* ossa) *v. p. 1094, 69.*

ossefacio, -factum, -facere. *ab* 2. os *et* facere, *cf.* ignefacio. *i. q. firmum reddere*: ITALA psalm. 68, 5 (cod. 136 Cas.) -ti sunt expellentes me inimici mei mendacio (*gr.* ἐκραταιώθησαν, *Vulg.* confortati sunt; *cf. similes imagines in eodem psalt. Cas. p. 1100, 26. l. 48. p. 1120, 1*).

osseus, -a, -um. *ab* 2. os. *i. q. ad os pertinens*: **1** *sc. ex ossibus constans, confectus sim.* (*de spiculo trygonis l. 34, distinguitur qualitas eburnea l. 16. 27. 29. 32*): **a** *de structura animantium*: *α spectat ad maciem et ossa carne carentia*: PLAVT. Cist. 406 (*de scortis*) febricu⟨losae mi⟩serae amicae, -ae. Ov. Ib. 144 tum quoque, cum fuero vacuas dilapsus in auras, ... veniam memor umbra ... insequar et vultus -a forma tuos. MART. 3, 93, 13 cum ... senem ... Cynicum vincat -us cunnus. IVV. 5, 53 pocula ... dabit ... manus -a Mauri. *β vario usu*: PLIN. nat. 8, 7 in his *dentibus elephantorum* ..., qua corpus intexit, vilitas -a (*antea opp.* ebur). 11, 178 -a, sed tereti structura *spina* (*cf.* ARNOB. nat. 3, 13 caput .. -a substructione fulciri). 11, 261 genitalia ... -a sunt lupis.

b *de instrumentis ex ossibus factis vel ossibus ornatis*: ATTA com. 13 vertamus vomerem in cera mucroneque (mucronique *Haupt, alii alia*) aremus -o (*sim. de graphio*: PLIN. nat. 34, 139 stilo ⌊-o⌋ scribere [⌊ ⌋ *add. Mayhoff ex Isid. orig. 6, 9, 2, v. p. 1096, 6*]). COLVM. 5, 11, 4 cuneum ... ferreum vel -um ... demittito (*inde* arb. 26, 3 PLIN. nat. 17, 109. PALLAD. 3, 17, 2 ferreum vel -um, maxime leoninum). 12, 14 mala et pira ... harundine vel -o cultello divisa (SCRIB. LARG. 83 [= MARCELL. med. 17, 21] c. eburneo vel -o. PLIN. nat. 12, 115 vitro, lapide -isve c. [*inde* SOL. 35, 6 cultellulis]. 25, 117. ORIBAS. eup. 2, 1 A 21 add. La eburneo aut -o. *cf.* COLVM. 12, 47, 4 cultro). PLIN. nat. 19, 27 *spartum* vellitur ... -is (oseis *duo codd.*) ilign⟨e⟩isve conamentis. IVV. 11, 134 manubria cultellorum -a. LAMPR. Heliog. 4, 4 sella ... pellicia ⟨a⟩n -⟨a⟩ an eborata an argentata. CHIRON 662 spatulam -am ... subicies. MARCELL. med. 15, 61 acu -a, id est spiculo trygonis ..., strumam ... punge (*simile praeceptum p. 1118, 22*). CASS. FEL. 19 p. 28, 16 per auliscum fysarium sive aeneum sive -um (46 p. 118, 24. 51 p. 135, 7).

2 *sc. ossibus similis* (*respicitur maxime duritia*): **a** *de rebus corporeis*: PLIN. nat. 13, 40 fructiferarum *palmarum* aliis brevius lignum in pomo, aliis longius, his mollius, illis durius, quibusdam -um. 13, 106 qui *nucleus* in altero genere *loti arboris* -us videtur. 16, 186 totum e carne corpus fico, tota -a (-a est *codd.*) ilex, cornus ..., quae sine medulla esse diximus. 36, 134 inveniri ... lapides -os (*cf.* 1, 36, 29). PALLAD. 11, 12, 3 velut -i longi ... testiculi *in pistaciis maribus.* CASSIOD. var. 10, 30, 7 cutis huius *elephanti* ..., quae in tantam duritiam solidatur, ut putes esse -am cutem. **b** *de animantibus fortibus eorumque firmitate* (*per hebraismum, cf.* HIER. nom. hebr. p. 59, 15 Asom: silens vel -us): ITALA psalm. 34, 18 (cod. 136 Cas.) in populo -o laudabo te (*gr.* ἐν λαῷ βαρεῖ, *Vulg.* in p. gravi). HIER. quaest. hebr. in gen. p. 68, 31 (*vertit gen. 49, 14*) in hebraeo scriptum est: Issachar asinus -us (*Aquila* ὀστώδης, *Vulg.* fortis; *explicat* HIER. *ibid.* p. 69, 6). PROSP. in psalm. 138, 15 est quaedam in sanctis hominibus ... fortitudo et ... patientia, quam in eis occulte finxit deus ... habentem -am firmitatem (*cf. Aug. in psalm. 138, 20 l. 17* in ossibus firmitas).

ossicaesōrium (-cīs-), -ī *n.* *ab* 2. os *et* caedere, *cf.* circumcisorium, excisorius, excussorium. *de scriptura vocis ab Heraeo restitutae v. Hoppe, Abh. aus der Gesch. der Veterinärmed. 3, 1925, 64 sq. et Grevander, Unters. zur Spr. der Mulom. Chir., 1926, 61, 5; Lommatzsch et Oder legerant* succisorio. *i. q. instrumentum ad ossa caedenda aptum*: CHIRON 58 astulas aspras ... cedito -o (cecidit os siccis orio *trad.; resp. Veg. mulom. 2, 13, 3* ferramentis competentibus caedito). 85 -o (os siccasorio [-cis- *?*] *trad.*) ... ⟨cae⟩dito (*hinc* VEG. mulom. 2, 22, 1, *ubi trad.* ossis cerosio).

ossiclum *v.* ossiculum.

ossiculāris (ossuc- *?*), -e. *ab* ossiculum. *i. q. ad ossiculum pertinens*: VEG. mulom. 3, 28, 6 -e (ossoclare *A, ed. pr.*) medicamentum, quod facit ad omnia ossucula.

ossiculātim *adv.* *ab* ossiculum, *cf.* assulatim, frustillatim *sim.* *i. q. per singula ossicula*: CAECIL. com. 50 -m (ho- *pars codd. Non.*) Parmenonem de via liceat legant (*explicant*: NON. p. 147, 24 minutatim. GLOSS. V 645, 10 per ossa).

ossiculum, -ī *n.* *ab* 2. os *demin., cf.* pediculus. *scribitur* ossucul- (*quam formam ab* ossu, ossua *derivatam esse coniecit Heraeus, Kl. Schr. 141, 1*): CE 1299, 2 (= CIL VI 24800, 9; *addas fortasse* 16651, 2) *et in codd. apud* PETRON. 65, 11. PLIN. nat. 11, 134 *D et F.* VEG. mulom. 3, 28, 6 PLAC. med. 1, 13 *et* 14, 12 rec. *β.* ossucl- APIC. 2, 2, 9. ossacul- PLAC. med. 1, 16 rec. *α* (*quod per errorem pro* ossucul- *scriptum esse contendit Ernout, Rev. Phil. 2, 1928, 179, 1*). *legitur inde a* PETRON., PLIN. nat.

i. q. os parvum, minutum, tenue (*quae adi. accedunt p. 1118, 6. 15; cum colore contemnendi miserandi* PETRON., CE; *fortasse variandi causa* GREG. TVR. Franc.; *vix distinctum a voce q. e.* os APVL. Plat.): **1** *strictius de ossibus variorum animantium*: **a** *hominum*: *α de reliquiis mortuorum*: PETRON. 65, 11 coacti sumus dimidias potiones supra -a eius (*mortui*) effundere. PAVL. NOL. carm. 21, 608 quem *pulverem* manus e tumulo ... hauserat et ... ferebat cum -is simul. CE 1299, 2 qui -a mea hic sita esse gemis. *de reliquiis sancti martyris*: GREG. TVR. Franc. 7, 31 p. 351, 12 divisum in tribus partibus -um diversas in partes dilabitur (*antea*: os de sancti digito). *β alia*: GELL. 7, 1, 10 ut tenuissimis minutisque -is caput compingeret *natura.* APVL. Plat. 1, 17 *secundam substantiam corporis esse* ex consimilibus partibus viscerum, -orum, cruoris et ceterorum. GREG. TVR. Mart. 4, 15 p. 654, 1 sonuit -um renum eius *pueri* et statim omnis dolor ablatus est (*spectare videtur ad ossa lumborum; vix osciculum cum uno cod., quod exhibet Bonnet, Le Latin de Grég. de Tours 460, 5*).

b *bestiarum* (*de lamellis eburneis* AVSON.): *α exempla varia* (*fere adhibetur in re medica vel magica, cf. sub 2*): PLIN. nat. 11, 134 omnium *bestiarum* cerebro medio insunt -a parva. 28, 49 inpositis capiti ... -is. 28, 247 inveniuntur et -a (orsic- *E*) in corde *cervarum* ... perquam utilia gravidis parturientibusque (*cf.* PLAC. med. 1, 13 rec. *β* 1, 16 rec. *α* [*bis*]). 30, 26 -i (-is *var. l.*) gallinarum in pariete servati (servatis *var. l.*) fistulā salvā tacto dente vel gingiva scarifata proiectoque -o statim dolorem abire tradunt. 32, 51 -o, quod sit in dextro latere *ranae*, in aquam ... deiecto (*cuius de usu ibid. fusius*). 32, 88 strumas pungi ... -o e cauda *ranae marinae* (*cf. p. 1117, 34*). VEG. mulom. 3, 28, 6 (*v. supra sub* ossicularis). MARCELL. med. 2, 7 -a in capite porci ... inveniuntur; ..., sed ... -a tertius non contingat. 32, 50 ex gallinacea ala -um extremum. PLAC. med. 14, 12 rec. *β* asinae in vulva -a. *β in ludo q. d. ostomachium*: AVSON. 350, 7 p. 208, 43 P. (*disseruit de structura carminis q. d. cento*) simile ut dicas ludicro, quod Graeci ostomachium (*Gudianus,* stomat- *vel* stomach- *alii*) vocavere; -a ea sunt: ad summam quattuordecim figuras geometricas habent, *eqs.* (*de isdem Bass. gramm. VI 271, 26* eboreas lamellas. *Mar. Victorin. ibid. 100, 24* crustis eburneis). *γ in re coquinaria*: APIC. 2, 2, 9 -a de pullis exbromas.

2 *laxius de partibus duris* (*ossis similibus*) *limacis, sepiae*: PLIN. nat. 29, 113 limacis ... -um *medetur capitis doloribus* ([*cf. 112* duritia lapidea *coclearum, Marcell. med. 1, 41* calculum]. 30, 139 l. lapillum sive -um). 32, 72 -o eius *sepiae* genas ... sanari.

deriv.: ossicularis, ossiculatim.

ossifraga *v.* ossifragus.

? **ossifragius** GLOSS. III 435, 40 (*vix add.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 325, 7 *cod. b* -i[a]). *cf.* ossifragus *et* crurifragius.

? **ossifragor** GLOSS.[L] II Philox. os 4 (ossafr-) *et* GLOSS. II 388, 24; *corruptum potius ex* ossifragus *quam cum* fragor (-oris) *coniungendum.*

ossifragus, -ī *m. et* (*prius, sed rarius*) ossifraga, -ae *f.* (*nisi potius adi., cf.* avis -a MARCELL. med. 26, 70). *ab* 2. os *et* frangere, *cf.* ISID. orig. 12, 7, 59 -us (-frang *var. l.*) vulgo appellatur avis, quae ossa ab alto dimittit et frangit, unde a frangendo ossa nomen accepit. *scrib.* -frang- *hic illic in codd.*; orsi- POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 15 (*fortasse cum formis romanicis coniungendum, v. l. 56*). *litt. graecis* DIOSC. 2, 53 p. 137, 16 W. *formas in -a habent* LVCR. 5, 1079. FEST. p. 317 (*et* PAVL. FEST. p. 112). PLIN. nat. 10, 11 MARCELL. med. 26, 70; -us *inde a* SEN. contr., PLIN. nat. *passim*; -is POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 15. GLOSS. ὀστοκόπος. ὀστοκλάστης. ὀστοκατεάκτης ὄρνεον. ὀστοκόραξ. λευκόγρυψ. ἅρπη. *legitur inde a* LVCR., FEST., SEN. contr., PLIN. nat. [*subest* -a: *francog.* orfraie; *subest* -us: *francog. med.* orfres, orfraiz; *ad syllabam initialem* orf- *assimilatione potissimum ortam cf.* orsifr- *l. 47. cf. M.-L. 6113. Wartburg VII 434 sq. St.*]

is, qui ossa frangit: **1** *de ave quadam generis aquilae vel vulturis* (*'Gypaëtus barbatus C.', cf. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 115; Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 31 sq.*): **a** *de genere, nomine, natura sim.* (*cf.* ISID. *supra*): LVCR. 5, 1079 genus alituum variaeque volucres, accipitres atque -ae (-ng- *O'A L*) mergique ... in salso victum ... petentes ... alias alio iaciunt in tempore voces. FEST. p. 317 sanqualis avis ap⟨pellatur in com⟩mentaris augura⟨libus, quae ossifra⟩ga dicitur, quia in ⟨Sancus dei⟩ tutela est ([*suppl. Detlefsen e* PAVLO]. PLIN. nat. 10, 20 *distinguit* inmusulum [*sed non distinguit* PAVL. FEST. p. 112]). PLIN. nat. 10, 11 id ..., quod ex his *haliaëtis* natum est, in -i⟨s⟩ genus habet (*Ps. Aristot. mir. ausc. 60* φήνη). *ibid.* quidam adiciunt genus aquilae quam barbatam vocant, Tusci vero -am. 10, 13 eiectos *pullos* ab his *aquilis* cognatum genus -i excipiunt et educant cum suis (*cf. Aristot. hist. anim. p. 619b 23* φήνη. *inde* EVSTATH. Basil. hex. 8, 6, 3 nec ... eum *pullum aquilae* sinit interire -us [*gr.* φήνη, *Ambr. hex. 5, 18, 61 perperam* fulica]). **b** *adhibetur pro medicamento*: PLIN. nat. 1, 30, 8–53 p. 102, 12 (*inter medicinas ex volucribus*). 30, 60 -i venter arefactus et potus *eqs.* ([*sim.* PLIN. med. 2, 4, 9 MARCELL. med. 20, 85]. 30, 68 [*contra calculos ut*: DIOSC. 2, 32 p. 193, 13 cauculos ... frangit; *gr.* 2, 53 p. 137, 16 W. φήνης τοῦ ὀρνέου, ὃ Ῥωμαϊστὶ καλοῦσιν ὀσσίφραγον]. MARCELL. med. 20, 55 [-ng- *P*]. PS. THEOD. PRISC. add. p. 325, 7. *cf.* MARCELL. med. 26, 70 avis -ae ventriculus [ANTIDOT. Brux. 104 -i avis]). 30, 63 unum est -o intestinum mirabili natura omnia devorata conficienti, *eqs.* (MARCELL. med. 28, 51 [-ng- *P*]). **c** *enumeratur inter aves lege Iudaeorum edi vetitas*: ITALA lev. 11, 13 sq. (Wirc.) aquilam et gryfum et ⌊-um et vulturem⌋ et milvum

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(‸) v. et -um *Monac., pro quibus gr.* τὸν ἁλιαίετον καὶ τὸν γῦπα, *Vulg.* alietum, milvum). deut. 14, 17 (Lugd.; *gr.* καταράκτην, *Vulg.* mergulum).

2 *per comparationem conviciosam de homine, qui debilitat liberos expositos*: SEN. contr. 10, 4, 2 -us iste alterius brachia amputat, alterius enervat, alium distorquet, alium delumbat, *eqs.* (*antea*: scelestus iste).

cf. ? ossifragius, ? ossifragor.

ossigenus, -a, -um. *ab* 2. os *et* gignere, *formatum ut* caprigenus *ad redd. gr.* ὀστεογενής. *i. q. in (vel ex) ossibus genitus*: BOETH. top. Arist. lat. 140a 5 si non positis nominibus utitur, ut Plato ... medulla -a (*olim cum versione sec. gr. retractata* ossigenium).

ossilāgo, -inis *f.* *ab* 2. os, *cf.* cartilago *sim.* (*v. Ernout, Philologica, 1946, 172*). *scribitur* -ul- VEG. mulom. 3, 14, 3 *A*; -ill- CHIRON 35. 578. 595 (obsillago *trad.*). *fere i. q. durities ossium*: 1 *in bonam partem: nomen deae indigetis, quae durat ossa infantium* (*lectionem trad. tuetur Axelson,* Ossipago *Canter [?* Ossipaga *Ernout loc. cit.] coll. Arnob. nat. 3, 30* Ossipagina, *ubi vero* Opigena *Grotius, v. Ehlers, RE XVIII 2, 1958, 55 sqq.*): ARNOB. nat. 4, 7 nam quae durat et solidat infantibus parvis ossa, -o ipsa memoratur. 4, 8 -o solidatrix ossuum. 2 *in malam partem de quodam callo, tumore sim.*: PELAGON. 252 ad -es vel nervos crassos ... aut si forte ab axe fuerit percussus ... aut duritiolam fecerit *eqs.* (*Hippiatr. gr. II p. 39, 16* πρὸς τὰ λεπτὰ τῶν ὀστέων). 491 (Veg. mulom. 3, 14, 3) quo *caustico* uteris adversum ... suffusiones, quae nascuntur in genibus aut tibiis aut internodiis aut articulis, usque eo ut etiam -es (-em *A*) curare credatur (*unde addidit* 3, 14, 2 *cod. P, v. app. crit.*). CHIRON 35 quae sunt ..., quae ... laxari debeant duritiam? marmora, aquatilia, ⟨e⟩lomata, -is; haec sunt vitia, quae supra commissuras extra naturales formationes corporis nata excrescunt. 37 -em urendo auferet. 85 quodcumque iumentum sub oculo ipso centro ossi percussum ... tumorem fecerit durum, callosum, -is similem (*inde* VEG. mulom. 2, 22, 1). 595 (*cf. indicem cap.* 576 de -e *ut* 578 *ter*) -o si fuerit sic curabis, *eqs. ibid.* medio tuberi puncta imponebis, prout -o permiserit. 641. 642 *bis.* 643 *ter.* 644 *quater.* 670 si callositas nimia -is fuerit, *eqs.* 887. 891. 892 ad duritias et ad -es (*sim.* 893 *bis*).

ossilegium, -ī *n.* *ab* 2. os *et* legere, *cf.* spicilegium; *gr.* ὀστολόγιον. *de actione ossa mortuorum legendi* (*de re agit Rohde, RE XVIII 2, 1599, 3 sqq.*): GLOSS.ᴸ II Philox. os 16 -um: ὀστολόγιον (GLOSS. II 388, 25).

ossipāga *v.* ossilago *l. 19.*

? **ossipāgina** (*?* -gīn-), -ae *f.* *ab* 2. os *et* pangere. *cognomen Iunonis*: ARNOB. nat. 3, 30 si aer illa *Iuno* est ..., nulla Fluvionia, nulla Pomana, nulla -a (Opigena *Grotius, v. l. 20*), *eqs.*

ossipāgo *v.* ossilago *p. l. 18* *?* **ossīva** *v.* 2. os *p. 1094, 50.*

ossolum *v.* ossulum.

ossor *v.* osor.

ossōsus *v.* ossuosus. **ossu** (ossua) *v.* 2. os.

oss(u)ārius, -a, -um. *ab* 2. os (ossu, ossua). *scribitur* u *inserta* CIL VI 5531, 3 (*a. 1*) *et passim in tit., item apud* VLP. dig. 47, 12, 2 (*adde* ὀσσυ- *schol. Basil.*); u *omissa* CIL VI 8738, 10 (*a. 1*). 4709, 4. 6114, 2. 6824. 22003a, 1. 25519, 7. 35035, 1 (*v. add. p. 3920*). XI 3495. 3694, 4; *adde* hossa- CIL VI 38408a *et fortasse* osa- CIL VIII 11605b 6 (*v. Söderström, Epigraphica Lat. Afr., 1924, 92*). *litt. graecis v. l. 73.* *abl. plur.* -ris CIL VI 9189, 1 *et* 8. 29985 (*contextu manco*). *acc. plur.* -is, *fort. per errorem scriptoris* CIL VI 6824 ollas -is. *notatur in titulis* oss(u)ar CIL VI 2198. 8738, 10. 12671. 18049, 5. 22754, 8. 28126, 4 X 6368, 1; ossu VI 7508. *legitur in tit. inde a saec. I et apud* VLP. (*semel, unde schol. Basil.*).

i. q. ad ossa mortuorum pertinens: 1 *pro adi.*: CIL VI 7508 ollam -am Q. Pompei Nedimi (8726, 5. 9189, 1 *et* 8. 10249, 3. 12312 o. ossua⟨rias⟩. 12671. 18049, 5. 22754, 8. 28126, 4. 33263. 35035, 1. *v. et l. 58*). 16624, 4 aedicula -a T. Manli L. Truponis *eqs.* 28646, 2 ara -a Vetilia⟨e M⟩nasidi ... concessa a Ve⟨t⟩ilio Ingenuo.

2 *pro subst. de urna vel loculo ad servanda ossa mortuorum apto*: a *neutr.*: CIL VI 5531, 3 (*a. 1*) pavimentum in -o *dedit* ([*item* 8738, 10 *a. 1*]. VI 4709, 4 *titulum marmoreum.* 4710, 3 munera). VLP. dig. 47, 12, 2 (*de statua, an pars monumenti sit*) Celsus scribit sic esse monumenti ut -a (*Mommsen e schol. Basil.* τὰ καλούμενα ὀσσουάρια, -am *F*). CIL V 7827, 3 (*bis*) -um fecit (7829, 4. VI 6114, 2. 33704, 2 marmoreum. 37966, 4. 38408a. XII 70, 2). VI 2198 -ar(ium) Cn. Accei (*cum gen. nom. propr.*: 22003a 1. 23400, 5. 33174. 36334, 4 VIII 9432 X 6368, 1 XI 3495 XIV 1473, 9). 5305, 8 huic -o dolus malus abesto. 9258, 7 solium ... super -a. 23171, 2 -um sibi. 24077, 3 -um de su⟨o⟩ dat. 25519, 7. 29977. XI 3694, 4 dedit ... ollas -a XIIII (*sim. iuxta pos.* XIV 1636B 11 in quo pari⟨e⟩te sunt ollae -a numero XIIII). XI 6747, 7. XIV 2535, 3 ne -a velis violare. **b** *fem.* (*v. et supra* VLP. *cod. F*): CIL VI 35547, 2 in -a magna oll⟨ae sunt⟩ III. 38952, 6 -as duas dederunt.

ossuātus, -a, -um. *ab* 2. os (ossu, ossua), *cf.* ictuatus. *i. q. confiarmuts, confortatus* (*cf. p. 1100, 24 sqq. et p. 1117, 3*): ITALA psalm. 141, 7 (cod. 136 Cas.) libera me a persequentibus me, quoniam -i sunt ultra me (*gr.* ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ, *Vulg.* confortati sunt super me).

ossuc(u)l- *v.* ossicul-.

[**ossulae** *pro* ossurae ORIBAS. syn. 7, 51 add. Aa p. 198 *proposuit Svennung, Wortstud. Oribas. 103, sed sumptum est ex Celso 3, 25, 1* os, surae.]

ossulāgo *v.* ossilago.

ossulum, -ī *n.* *ab* 2. os *demin.* *scribitur* -sol-. *i. q. ossiculum*: GREG. TVR. Mart. 2, 43 *lacte deficiente infantibus* coepit ... ita minui, ut nihil in eo amplius quam pellis tenuis, qui eius -a contegeret, remaneret.

ossum *v.* 2. os.

oss(u)ōsus, -a, -um. *ab* 2. os (ossu, ossua), *cf.* affectiosus, affectuosus (*v. Ernout, Les adj. lat. en -osus, 1949, 84*). -uos- VEG. (*sed* -os- *cod. P*). *i. q. osseus*: CHIRON 59 solet fistula fieri maxime -is et commissuralibus locis (*inde item* VEG. mulom. 2, 13,4). HIPPOCR. cib. 2 l. 776 membris -is (opp. carnosis; *gr.* τὰ ἄσαρκα τῶν σωμάτων). CAEL. AVR. salut. praec. 36 sicci vel -i *fricatores* (*antea opp.* carnosi).

[**ossūrae** *v.* ossulae.] **ossus** *et* **ossuum** *v.* 2. os.

ost- *v. etiam* host-.

ostā antrōpū, ὀστᾶ ἀνθρώπου. *nomen herbae artemisiae*: PS. APVL. herb. 10 l. 16 a Graecis dicitur toxotis ..., alii -a a. (ostrant(r)opu *pars codd.*) ..., Itali serpullum maius ..., Romani artemisia.

ōsteārius *v.* ostiarius. *Baer.*

? **ostelus**: finem GLOSS. IV 418, 18 (ὡς τέλος *? Goetz*).

***ostendo,** -tendī, -tentum (-tēnsum), -ere. [*ab* *ops *et* tendere; *de part. perf. pass. usu augurali et de eius forma originaria* -tum *cf.* portendere. *formam posteriorem* obtendere *v. p. 273, 59 sqq. Sch.*]

de orig.: CASSIOD. gramm. VII 202, 16 (*ex Eutyche*) os, oris, ex quo -o ostentum. *scribitur* host- *saepius in codd.* NOT. Tir. 12, 20 -it (47, 3). 12, 21 -at. 12, 19 -sum. *de formis: praes.* -et: SCHOL. Cic. Gron. D p. 288, 12. 27. 29. 289, 1 CHIRON 72 DIOSC. 3, 53 p. 402, 1. 3, 54 p. 402, 16. 3, 132 p. 431, 16. *fut.* -e *pro* -am FEST. p. 201 (CATO inc. libr. frg. 57) ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est; -bit: ITALA IV Esdr. 6, 28 cod. SA (-etur rec. ψ, *cod. A man. sec.*). *perf.* -ēre TER. Eun. 1033 LIV. 22, 6, 9. *al.*; -diderint CHIRON 276, *inde fortasse* PAP. Tjäder 2, 16 ostidimus. *part. perf. et fut.* -tus, -turus *occurrit rarius, fere apud veteres* (*testantur* FEST. p. 194. 201 DIOM. gramm. I 376, 2 sqq. SERV. georg. 1, 248. *al.*): CATO agr. 6, 2. 4. or. frg. 52, 2 -turum (RVT. RVF. or. frg. Diom. gramm. I 376, 5 [DIOM. *ad l.*: non -surum]. FRONTIN. strat. 3, 12, 1 [-surus *dett., cf.* 1, 11, 14 -sum]). TER. Phorm. 826 Eun. 605 PACVV. trag. 238 ACC. trag. 253 praetext. 34. VARRO frg. Prisc. gramm. II 520, 22 (*vix probanda var. l.* -sa). DIOM. gramm. I 376, 8 (*ex Libio*). *formae* -sus *inde a* LVCANO 2, 192 (*cf. l. 46*), -surus *inde a* QVINT. inst. 6, 3, 38. *syllaba* ost- *brevis per correptionem iambicam* TER. Phorm. 793 Ad. 142. *de notione et differentia* (*explicatur* ostinet *supra p. 289, 82 sq.*): SYNON. Cic. p 422, 27 probat. indicat. declarat aperit. -it. palam facit. patefacit (439, 22). 443, 30 spem attulit; ... fecit; -it. 447, 32 ut apparet. ut -itur. OP. imperf. in Matth. 5 p. 667 non solum -sum dicitur, quod -itur ad videndum, sed etiam quod exponitur ad intelligendum. DIFF. ed. Beck p. 74, 12 *distinguitur ab* ostentare (*cf. et p. 1127, 15 sqq.*). GLOSS. -o: δεικνύω. ἐνδεικνύω. ἐπιδεικνύω. GLOSS.ᴸ I Ansil. os 50 -ere: demonstrare. 52 -at: pr⟨a⟩eferat. 53 monstret et fulge⟨a⟩t. 54 -it: elevavit. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE, TER. *per totam latinitatem; parcius adhibetur a poetis. de frequentia et rationibus cum verbo q. e.* monstrare (m.) *intercedentibus v. vol. VIII 1440, 4 sqq.; apud recentiores frequentiam vocis q. e.* -ere *non decrescere docent e. g.* APVL. (*33ⁱᵉˢ*, m. *15ⁱᵉˢ*, *nonnisi in* met.), TERT. (*ca. 380ⁱᵉˢ*, m. *11ⁱᵉˢ*), PEREGR. (*55ⁱᵉˢ*, m. *quater*), VVLG. (*ca. 240ⁱᵉˢ*, m. *16ⁱᵉˢ*), AVG. in euang. Ioh. (*ca. 220ⁱᵉˢ*, m. *24ⁱᵉˢ*). [*confunditur cum* ostentare *e. g. p. 1121, 63. 1122, 21. 1125, 15, cf. et p. 1144, 14* (*restituitur* ostentata TAC. hist. 1, 78, 1). *dub. trad.*: CATVLL. 25, 5 (*v. Herzog, Hermes 71, 1936, 342. Colin, Rev. Et. Lat. 32, 1954, 108*). SEN. nat. 3 pr. 4 (attendit *H. Barbarus*). COLVM 4, 24, 11. *e coni. dub.* CHIRON 179 farcimenos tendere *trad.*, farcimen ostendere *Niedermann sec. Ahlquist, Stud. zur ... Mulomed. Chironis, 1909, 121 coll.* 368. 439. 529.]

exempla sic disponenda censuimus:

PARS PRIOR: *praevalente notione originaria monstrandi:*

caput prius: monstrando afficitur perceptio: **I** *afficitur magis obtutus oculorum:* **A** *pertinet ad animantium actionem monstrandi aliquid (aliquem) per quendam gestum, habitum sim.*: *p. 1121, 9.* **B** *pertinet ad statum, motum, qualitatem sim. rerum*: *p. 1123, 57.* **II** *afficitur magis obtutus mentis*: **A** *vi sollemni*: *p. 1124, 50.* **B** *adhibetur ut verbum dicendi*: *p. 1127, 73.* **C** *vergit in notionem praebendi*: *p. 1130, 17.* **D** *grammatica et stilistica notabiliora ad A—C*: *p. 1130, 48.*

caput alterum: monstrando efficitur simul aliquid: **I** *accedit praedicativum*: *p. 1133, 13.* **II** *per obi. simpl.*: **A** *vi creandi, parandi*: *p. 1133, 33.* **B** *vi praestandi*: *p. 1133,*

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

48. **III** *omisso obi.*: **A** *obi. suppl.*: *p. 1133, 72.* **B** *per attractionem pron. relativi*: *p. 1133, 76.*
PARS ALTERA: *praevalentibus notionibus secundariis*: *p. 1133, 81.*

PARS PRIOR: *praevalente* **notione originaria** *monstrandi* (*sc. offerendo obtutibus sive oculorum sive mentis*):
CAPVT PRIVS: *monstrando afficitur perceptio*: **I** *afficitur magis obtutus* **oculorum:** **A** *pertinet ad animantium actionem monstrandi aliquid (aliquem) per quendam gestum, habitum sim.* (*subi. est res pro persona l. 71*): **1** *per certum gestum*: **a** *porrigendi* (*exempla certiora, dubia v. sub 2*): *α cum obi.*: manum: PLAVT. Aul. 640 sq. -e huc manus: ::em tibi -i: eccas. :: . . . -e etiam tertiam (649 sq. -e huc m. dexteram; . . . nunc laevam -e). Epid. 683 vincire vis? em, -o manus. CIC. ac. 2, 145 extensis digitis adversam m. -erat. SEN. contr. 1, 2, 21 -e istam aeruginosam m. 10, 2, 5 tu Mucio diceres: 'non est, quod -as istam m.'? digitum *sim.*: PRIAP. 56, 2 inpudicum -is digitum (*sc. medium*) mihi minanti? (MART. 6, 70, 5 [*cf. 2, 28, 2* digitum porrigito medium]. *cf.* IVV. 10, 53 medium . . . unguem). *alia*: ITALA I Macc. 6, 34 (rec. L, *cf.* B *et* VVLG.) elefantis -erunt sanguinem uvae et mori ad sistendos eos in proelium (*gr.* ἔδειξαν). HIER. epist. 49, 13, 1 panem, ut dicitur, -ere, lapidem tenere (*cf. 81, 1, 4* offerre *et Plaut. Aul. 195* ostentat). *β obi. suppl.*: PLAVT. Cas. 416 teneo sortem . . . :: -e. Epid. 723 cedo tu, ut exsolvam manus. :: ne attigas. :: -e vero. Poen. 1049 eccam attuli *tesseram* :: . . . huc (huic *A*) -e. 1075 signum esse oportet in manu laeva tibi; . . . -e, inspiciam.
b *detegendi, revelandi*: *α partes corporis, vulnera sim.*: (I) *varias*: CIC. de orat. 2, 124 eius diloricare tunicam et iudicibus cicatrices adversas senis imperatoris -ere (2, 195 LIV. perioch. 70 p. 80, 23 VAL. MAX. 7, 7, 1 QVINT. inst. 2, 15, 7. 6, 3, 100. *in imag.*: SEN. dial. 6, 1, 5). OV. met. 6, 405 dicitur . . . Pelops umero . . . postquam deduxit vestes, ebur -isse. LIV. 3, 58, 8 scissa veste tergum. 45, 39, 19 corpus . . . militibus (SEN. epist. 80, 9). CVRT. 7, 6, 5 solutis . . . fasciis . . . crus. SIL. 2, 669 pectora nudatis -ens saeva *mulier* lacertis. HIER. epist. 14, 2, 3 scissis vestibus ubera. (II) *obscenas*: HOR. sat. 1, 2, 84 aperte, quod venale habet, -it *meretrix.* PRIAP. 29, 4 coleos patentes. CELS. 6, 18, 1 quae invitissimus quisque alteri -it. SEN. benef. 7, 9, 5 plus sui. IVV. 6, 124 ventrem. IVST. 1, 6, 14 sublata veste obscena corporis. *contextu dubio*: INSCR. Notiz. Scavi 1922 p. 494 penem. *β alias res*: SEN. dial. 5, 14, 2 resciso . . . pectore haerens in ipso corde spiculum -it. CVRT. 8, 3, 12 *servus, qui* caput Spitamenis veste tectum habebat, . . . scrutantibus, quid occuleret, -it. PLIN. nat. 35, 65 remoto linteo -i picturam.
c *demonstrandi digito, manu, nutu sim.*: *α vario usu*: CIC. rep. 6, 11 -bat . . . Karthaginem de excelso . . . loco. fin. 5, 94 '*podagrae* nihil illinc huc pervenit' *dicens* -it pedes et pectus. CAES. Gall. 7, 38, 8 'hos latrones interficiamus'; -it cives Romanos, qui *eqs.* (*sim. iungitur cum pron. demonstr.*: OV. met. 13, 381 '*arma* huic date' et -it signum . . . Minervae *Vlixes. al.* LIV. 9, 24, 7. PLIN. nat. 35, 25 'talem' inquit -ens in tabula . . . Gallum [*de eadem re p. 1128, 11*]. SIL. 13, 762 PLIN. epist. 6, 24, 2. *al.*). GERM. 170 *aurigae* manus haedos -it. PHAEDR. 3, 15, 3 oves . . . segregatas -it procul *canis* (CVRT. 8, 4, 9 fumum). TAC. ann. 6, 34, 3. *al.* *β accedit abl.* (*cf.* VITR. 2, 1, 1 nutu monstrantes -bant): OV. ars 2, 629 digitis (met. 8, 575 FRONTIN. strat. 2, 7, 12. PAVL. dig. 12, 1, 6 [*disting.* appelletur; *quae antecedunt, v. p. 1129, 54*]. *aliter p. 1123, 5*). CVRT. 4, 9, 18 vadum militibus manu. *γ absolute*: SEN. nat. 7, 1, 4 si quid . . . praeter consuetudinem emicuit, spectamus, interrogamus, -imus.
d *elevandi* (*cf. p. 1120, 57*): VERG. Aen. 5, 443 -it dextram insurgens Entellus et alte extulit. VAL. FL. 1, 256 patri procul -bat (ostentarat *S*) Achillen *Chiron* (*cf.* CAPITOL. Max. Balb. 15, 6 collo saepe vectum *Gordianum parvulum*, ut militibus -retur). AMM. 27, 1, 6 quod *vexillum* . . . barbari crebro sublatum altius -bant.
2 *variis modis*: **a** *generatim*: *α -untur animantia* (*exempla selecta*): PLAVT. Epid. 313 Apoecidi quam -am fidicinam aliquam conducticiam. Poen. 340 hodie est mercatus meretricius; . . . ibi ego me -i volo. ENN. frg. var. 79 filiam . . . Saturno. CIC. inv. 2, 2 *in palaestra* ei pueros. VERG. Aen. 6, 716 has *animas* . . . tibi . . . -ere coram. 6, 869 -ent terris hunc *Marcellum* tantum fata neque ultra esse sinent (*item cum respectu brevitatis*: CIL XIII 1910 quem -sum, non datum iniquitas fati . . . rapuit. *cf. p. 1144, 62*). HOR. epist. 1, 17, 33 captos -ere civibus hostis (*triumpho ut*: LIV. 45, 39, 6 rex captus . . . victori populo. STAT. Theb. 8, 239 TAC. ann. 12, 38, 1. *in aliis spectaculis*: TAC. ann. 1, 44, 2 reus in suggestu per tribunum -batur. SVET. Aug. 43, 3 *al. cf. infra l. 83*). LIV. 29, 22, 2 exercitum, non instructos modo, sed hos decurrentis, classem . . . simulacrum . . . edentem navalis pugnae -it (*item cum part. praes.*: TAC. ann. 6, 24, 3 ut . . . -ret nepotem . . . alimenta . . . orantem). SEN. nat. 1, 5, 5 quibus *speculis compositis* si unum -eris hominem, populus adparet. PLIN. nat. 8, 55 primus . . . hominum leonem . . . ausus . . . -ere . . . Hanno (8, 65 tigrim. 8, 96). STAT. Theb. 9, 618 -i prolem posuique . . . ante tuos . . . pedes (*opp.* occultare). APVL. apol. 44, 3 Thallum . . . medicis . . . -sum (*sc. ad sanandum*). MIN. FEL. 10, 5 quem *deum* nec -ere possunt nec videre *Christiani*. *al.*
β -untur res variae: (I) *cum obi.* (*exempla selecta*): PLAVT. Asin. 746 agedum istum -e . . . syngraphum (*item postulanti*: TER. Eun. 767 signa -e. :: adsunt. VARRO rust. 3, 2, 4 arma *in dilectu.* ALF. dig. 19, 5, 23 rogatus anulum -it. CELS. dig. 22, 3, 12 probationes . . . exiguntur; . . . duas scripturas -it. *al.*). ENN. frg. var. 112 si quis quid novi invenerat, . . . Iovi -bant (*cf.* PHAEDR. 5, 5, 6 novitatem). PACVV. trag. 64 suspensum in . . . bracchio -o ungulum. LVCIL. 1009 tibi . . . haec *opera* (*cf. alia scripta*: CIC. div. in Caec. 24 tabellas [Catil. 3, 10. leg. 3, 39 civi -atur ultroque offeratur. LIV. 45, 1, 7]. Verr. II 1, 97 volumen [Att. 11, 10, 1]. Att. 9, 11, 2 epistulam [ad Q. fr. 3, 1, 23. *al.*]. HOR. epist. 1, 20, 4 paucis -i gemis [*sc. liber*]. *v. et* PLAVT. *supra*). CIC. S. Rosc. 19 cruorem inimici . . . telumque (STAT. Theb. 9, 188 infecta . . . sanguine t. coniugibus. TAC. ann. 15, 55, 1 in necem . . . paratum). Phil. 8, 20 munitionem . . . legatis (*sc. illuc ducendo ut*: Cato 59 agrum. nat. deor. 3, 53 sepulcrum [3, 57 LIV. 45, 38, 7 MELA 2, 112. *al.*]. OV. met. 8, 719 -it adhuc . . . illic incola . . . truncos. LIV. 38, 56, 3 monumenta *Scipionis. al.*). nat. deor. 3, 89 alias *naves* laborantis. SALL. Iug. 101, 6 gladium sanguine oblitum -ere (*sic codd.*, ostentans *Prisc. gramm. II 530, 14, cf. Zimmermann, Sallusttext, 1929, 81; v. et infra p. 1146, 14. al. v. vol. VI 2, 2021, 60*). VERG. Aen. 5, 376 -it . . . umeros latos alternaque iactat bracchia (*Serv. ad l.* melius dixisset 'ostentat'. *item iactando*: OV. ars 1, 627 *pavo* pinnas [ostentat *var. l.*]. SEN. dial. 9, 15, 6 lacrimas. epist. 110, 17 -untur istae res, non possidentur. PETRON. 32, 4 divitias. QVINT. inst. 6, 3, 75 vulnus. IVV. 6, 589 aurum). 7, 143 *Iuppiter* -it ab aethere nubem (*cf.* OV. met. 1, 329 caelo terras -it et aethera terris). HOR. sat. 1, 2, 105 mavis . . . pretium . . . avellier ante quam mercem -i? LIV. 8, 9, 1 caput iocineris . . . caesum (*item in haruspicio*: FRONTIN. strat. 1, 11, 14). *al.*
(II) *absolute vel obi. suppl.*: PLAVT. Rud. 1095 -ere his iube (*sc. vidulum*). :: ain? -ere? 1097 si -ero *eqs.* TER. Haut. 616 *anulum.* CIC. Verr. II 4, 32 ubi sunt . . . scyphi? -o tristis. VARRO frg. Non. p. 494, 24 ut adhibeant praecantrices nec medico -ant. SEN. epist. 94, 71 ne concupiscamus, efficies, si, ne -amus, effeceris.
b *specialia quaedam*: *α de apparitione (abitu l. 71) animantium* (*multitudinis l. 52. 53. 54*): (I) *reflexive*: (A) *vario usu* (*adiungitur praedicativum sim. l. 44. 48. 51*): TER. Hec. 627 opportune te mihi . . . in ipso tempore -is. 757 ut . . . nuptae mulieri se -ret *meretrix.* Phorm. 892 hisce -am me. TITIN. com. 116 cum mulleis te -isti. ACC. trag. 232 quoi (quo *trad.*) me -am? CIC. Cael. 65 tempore . . . ipso se -erunt. Phil. 2, 77 nec opinato cum te -isses. rep. 6, 10 Africanus se -it ea forma quae *eqs.* Tim. 40 qui *dei* . . . palam . . . se -unt (*sim. de apparitione deorum vel dei*: CATVLL. 64, 385. MIN. FEL. 7, 3 [*se add. Ursinus improbante Axelson, Textkrit. zu . . . Min. Fel., 1944, 23, def. Abel, Rhein. Mus. 110, 1967, 258*]. TERT. ieiun. 6 p. 281, 8 in carne. ITALA exod. 33, 13 [Lugd. *al.*] -e mihi te ipsum [*gr.* ἐμφάνισον . . . σεαυτόν, VVLG. viam tuam]. *al.*). div. 2, 73 (*avis in augurio ut*: LIV. 1, 7, 1 SVET. Aug. 95). VERG. Aen. 5, 550 sese -at in armis. *al.* (B) *in re militari*: CAES. Gall. 5, 17, 1 rari . . . se -ere *hostes.* 5, 32, 2 subito se (*om. β*) -erunt. 7, 67, 1 acies (LIV. 22, 29, 3). 7, 83, 8 copiae pro castris. civ. 1, 63, 3 equites (FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 26. *cf.* BELL. Afr. 50, 2 equitatus). HIRT. Gall. 8, 18, 3 cum paucis se -it (SALL. Iug. 74, 2 c. exercitu. 105, 3 cum . . . equitibus. CVRT. 5, 3, 10 c. suo agmine). SALL. Iug. 55, 8. 101, 1. LIV. 5, 26, 6 superioribus locis. 10, 14, 14 ab tergo (21, 46, 7. 34, 14, 7 CVRT. 5, 4, 27). 10, 40, 8 (se *om. codd.*). 27, 42, 10. 27, 48, 14 CVRT. 9, 1, 27 SIL. 8, 577 FRONTIN. strat. 2, 4, 3. *al.*
(II) *mediopass.*: PACVV. trag. 238 eccum in ipso tempore -tum senem. ACC. trag. 253 nobis stupe⟨factis sese⟩ ultro -tum obtulit. ITALA Marc. 16, 12 (cod. l = VVLG.; *gr.* ἐφανερώθη). IREN. 3, 21, 3 (3, 24, 2 H.) antequam Christiani -rentur. CAPITOL. Opil. 10, 2 Antoninus *legionibus.* HIER. epist. 18 A, 13, 2 deus. SVLP. SEV. epist. 3, 17 sic videbatur, quasi in . . . resurrectionis gloria . . . -sus esset *Martinus moriens.* CASSIOD. compl. in apoc. 5, 11 rufus equus -sus est (*antea*: visus est). IOS. antiq. 1, 293 inopinabiliter (*gr.* ἐπιφανείς). *nota hebraismum* (*cf. Kautzsch, Apokr. und Pseudepigr., 1900, II 385 ad loc. infra cit.*): ITALA (= VVLG.) IV Esdr. 9, 29 Weber domine, in nobis -ens -sus es patribus nostris in deserto.
(III) *-it tergum vel os suum*: *qui abit*: VARRO Men. 459 occipitium . . . deo -o, ex oraculo elimino me. LVCAN. 2, 572 *Caesar* territa quaesitis -it terga Britannis (ITALA Ier. 32, 33 [Ps. Cypr. adv. Iud. 2] Israel . . . -ens ei *domino* t. et non faciem [*gr. et Vulg. aliter; sim.* VVLG. Ier. 18, 17]). *qui apparet*: CIC. S. Rosc. 87 qui . . . os tuum non modo -res, sed etiam offerres (*cum colore audaciae ut*: Verr. II 1, 1 Phil. 2, 68. *aliter* SIL. 16, 466. *al.*). OV. met. 11, 644 suos -ere vultus. ITALA psalm. 79, 8 (Veron. *al.* = VVLG.) -e faciem tuam (*gr.* ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου). *al.*
β de imitatione, quae fit: (I) *gesticulando, mimice gerendo*: TER. Ad. 24 senes . . . partem *argumenti* aperient *verbis*, in agendo partem -ent (*sim. in scaenis*: HOR. ars 188 quodcumque -is mihi sic). QVINT. inst. 11, 3, 88 qui res imitatione significant, ut si . . . citharoedum formatis ad modum percutientis nervos manibus

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-as (*cf. ibid.* 89 quidquid dicet, -ere). LAMPR. Comm. 1, 8 scurram . . . et gladiatorem perfectum -ret (se perfectum *P corr.*). CAPITOL. Maximin. 10, 4 in exercitio . . . milites detinebat . . . manu exercitui et corpore multa . . . -ens (*sc. docendo artes pugnandi*). SPART. Did. 4, 6 pollicitationibus aureorum, quos digitis -bat ipse Iulianus *populo* (*sc. exprimens digitis numerum; an manu tenens?*). ⓘⓘ *pingendo, sculpendo sim.* (*cf.* PROP. 2, 3, 43; *vix huc trahas p. 1133, 45*): PLIN. nat. 35, 58 *Polygnotus* instituit os adaperire, dentes -ere. 35, 69 pinxit demon Atheniensium . . .; -bat . . . varium: iracundum, iniustum *eqs.* 35, 73 *vultum* (*opp.* velavit). 35, 90 tantum . . . eam partem e facie -it, quam totam poterat -ere (*cf.* QVINT. inst. 2, 13, 12 imaginem Antigoni latere tantum altero). 35, 126 longitudinem bovis. HYG. astr. 2, 29 p. 70, 10 *aquarius* -itur ut aquam . . . infundens (*cf. Catast. XXVI* ἐσχηματίσθαι). AMM. 23, 4, 12 qualia nobis pictores -unt fulmina vel fictores. *accedit part. perf. praedicative*: TREB. trig. tyr. 32, 6 in qua *lance* maiorum . . . expressa -retur historia.

γ de demonstratione militaris apparatus ante hostium oculos acta (*cf. et p. 1121, 79. 1122, 51*): CAES. Gall. 3, 20, 4 copias (FRONTIN. strat. 1, 5, 3. *cf.* CAES. Gall. 7, 62, 6 legionem [BELL. Afr. 66, 3]. GALBA Cic. fam. 10, 30, 2 tantum equitatum et levem armaturam -bat. LIV. 4, 43, 2 aciem [29, 2, 4. 29, 7, 5. 34, 29, 11 TAC. ann. 13, 40, 1]. 7, 30, 18 auxilia. 26, 42, 5 exercitum [TAC. ann. 4, 49, 1]. *sim. al.*). LIV. 4, 59, 4 Fabius oppugnationem -it (*simulando ut*: 27, 44, 2 in Lucanos . . . iter. CVRT. 8, 11, 19 speciem -it in obsidione perseverantis. FRONTIN. strat. 1, 4, 4 irrupturum se). CVRT. 8, 10, 20 pluribus simul locis *arma* (TAC. ann. 13, 56, 2). 8, 13, 20 apparatum regiae magnificentiae . . . de industria. 9, 4, 24 late . . . ignes. FLOR. epit. 3, 11, 8 undique . . . signa auro . . . vibrantia.

δ de animo (anima) per materiam manifestato: SEN. dial. 4, 36, 2 *irati* animus si -i et si in ulla materia perlucere posset. TERT. carn. 12 l. 1 sq. -sa sit . . . anima per carnem, si constiterit illam -endam . . . fuisse. 13 l. 1 caro facta est anima, ut anima -retur. *sim. al. apud eundem.*

ε de revelatione divina (*cf. p. 1122, 67. 1126, 14 sqq.; de apparitione deorum v. p. 1122, 45 sqq.*): ⓘ *per visiones*: TERT. adv. Iud. 8, 9 Danieli visio -itur (ITALA [= VVLG.] IV Esdr. 10, 59 Weber -et . . . eas visiones somniorum. DAMAS. Hier. epist. 35, 2, 3 VVLG act. 16, 9). ITALA Ier. 24, 1 (Ps. Orig. tract. 11, 22 B., *cf.* VVLG.) -it mihi dominus duos cophinos ficus (*gr.* ἔδειξε). apoc. 21, 10 (Primas. = VVLG.) -it mihi civitatem sanctam (*gr. ut supra*). *et saepius.* CYPR. epist. 11, 4 illud -sum est, quod sederet paterfamilias *eqs. al.* PASS. Mar. Iac. 6, 6 -sum est . . . mihi . . . tribunalis . . . fastigium. PASS. Perp. 4, 2 -sum est mihi hoc: video *eqs.* (*gr.* ἐδείχθη *ut* 8, 1). 7, 3 (*gr.* ἐδηλώθη). VVLG. Am. 7, 1 haec -it mihi dominus deus: et ecce *eqs. al.* AVG. gen. ad litt. 12, 4 p. 385, 6 (*ad II Cor. 12, 2*) an imaginaliter -retur *caelum*? *al.* *absolute*: CYPR. epist. 11, 3 sicut dominus -ere et revelare dignatur, . . . in visione. PASS. Montan. 7, 1. 8, 1. ⓘⓘ *alio modo*: ITALA gen. 48, 11 (Lugd. = VVLG.) ecce -it mihi deus semen tuum (*gr.* ἔδειξεν). PEREGR. Aeth. 16, 4 nobis . . . singula. VVLG. Ios. 5, 6 terram lacte . . . manantem. *al.* *per abundantiam accedit inf. fin.* videre: VVLG. Hab. 1, 3 quare -isti mihi iniquitatem et laborem, videre praedam et iniustitiam contra me (*alii distinguunt post* videre).

ζ de oblatione Christi in templo: ITALA Luc. 2, 22 (cod. e) inposuerunt illum Hierusalem -ere illum ante dominum (*gr.* παραστῆσαι, *Vulg.* ut sisterent, *cf. cod. a* ut offerrent).

B *pertinet ad statum, motum, qualitatem sim. rerum*: **1** *-unt res se ipsas, i. apparent*: **a** *sidera aliaque caelestia* (*dub.* Acc. trag. 584): *α refl.* (*cf. p. 1124, 2*) *et mediopass.*: CIC. Arat. 66 sese . . . aurora. 77 sese -ens emergit scorpios alte (*gr. 304* ἀντέλλων *tantum*). EPIST. Sapph. 135 cum se Titan -it. *al.* *mediopass.*: PLIN. nat. 18, 237 (*nisi de ave, cf. vol. VIII 986, 74*) Italiae milvum -i (-it *var. l.*; *antea*: apparere). STAT. Theb. 10, 375 astra patent subitusque oculis -itur orbis (SCHOL.: mundus apparet). APVL. mund. 3 (*de cometis*) flammae. HYG. astr. 2, 43 p. 80, 11 -itur circulus . . . in sideribus (*i. lacteus*). *al.* TYCON. reg. 5 p. 59, 3 solem obscuratum et rursum -sum. MART. CAP. 8, 882 Venus. *β per circumscriptionem quandam pro obi. sunt partes, lumen sim.*: CIC. Arat. 90 *aquila* grave . . . -it nautis . . . signum (*gr. 314* ἐξ ἁλὸς ἐλθών). 388 pedes canis -it iam posteriores (*gr. 603* πόδας αἴνυται ἄλλους). 392 *navis* medium -it . . . malum (*gr. 605* θέει γαίης ἱστὸν διχόωσα). CATVLL. 62, 7 -it noctifer (*i. Hesperus*) ignes (HOR. carm. 3, 29, 18 [SCHOL. hoc est: denuntiat aestatem]. GERM. 258). VERG. georg. 4, 232 os terris (*cf.* AVIEN. Arat. 130 vultus). 4, 544 ubi nona suos aurora -erit ortus. SEN. suas. 3, 1 sordidiorem -it orbem suum *luna.* SEN. nat. 1 praef. 12 stella primum . . . lumen (MART. CAP. 8, 862 nullum). *al.* *in imag.*: LVCR. 1, 64 caput a caeli regionibus -bat *religio.* CIC. Lael. 100 cum se extulit et -it suum lumen *virtus.*

b *res variae*: *α reflexive*: CIC. Cato 53 a qua *gemma* oriens uva se (*om. b*) -it. VERG. Aen. 6, 188 aureus . . . ramus. CELS. 2, 6, 8 bilis atra. 5, 28, 12G sanguis (*al.* PS. SORAN. dol. matric. p. 130, 16). *et saepius apud eundem.* MELA 1, 74 amnis (*opp.* absconditur. *cf.* 3, 97 *Nilus*). PRISC. perihеg. 512 insula (*cf. Avien. orb. terr. 648* se . . . promit). SORAN. p. 13, 3 *rubor.* *praedicative*: VERG. georg. 2, 253 se praevalidam *terra.* Aen. 4, 470 *Pentheus* videt . . . et solem geminum et duplicis se -ere Thebas. PLIN. nat. 16, 95 *vere* se novas . . . -unt *arbores.* *β mediopass.*: CELS. 8, 2, 2 donec . . . aliquid cruoris -atur. SEN. dial. 8, 5, 6 id quod -itur, scire. epist. 79, 2 longius navigantibus *Aetna.* MELA 2, 83 suffusum mare. 3, 79 *frons* inter ostia. 3, 95 ignes. PLIN. nat. 11, 157 rubor. ITALA (= VVLG.) IV Esdr. 7, 36 Weber apparebit lacus tormenti . . ., et clibanus gehennae -etur. *al.* DRAC. Romul. 10, 178 ara Dianae *volantibus.* GREG. TVR. Franc. 9, 17 fructus.

2 *-unt res alia* (*hic illic vi monstrandi debilitata vergit in notionem praebendi, exhibendi, habendi sim.*): **a** *vario modo* (*inde ab* Ov. *selecta*): CIC. leg. agr. 2, 51 ut . . . locus . . . vestigia calamitatis -ret (*sim. de locis*: VERG. georg. 2, 166 *terra* argenti rivos aerisque metalla. PROP. 3, 16, 3 culmina turres. Ov. met. 1, 347 cacumina silvae. 15, 425 Troia ruinas. LIV. 9, 35, 2 multitudinem . . . planities. 21, 27, 4 *amnis* transitum. *al.*). HOR. carm. 4, 3, 9 illum . . . neque res bellica . . . ducem . . . -et Capitolio (*sed cf.* VELL. 2, 121, 3 hostium duces . . . vinctos triumphus -it). epist. 1, 5, 24 ne non . . . lanx -at tibi te (PORPH.: quasi speculo. *cf.* SEN. nat. 1, 4, 2 non . . . facit quicquam *speculum*, sed -it. *sim. al.*). Ov. met. 3, 112 *aulaearum* signa solent primum . . . -ere vultus, cetera paulatim (*cf. tabulas pictas, signa*: PETRON. 89, 1 *tabula* Troiae halosin. FRONTIN. aq. 10, 4 IVV. 11, 97. *al.*). trist. 1, 1, 109 cetera turba *librorum* palam titulos -et (-it *var. l.*) apertos et sua detecta nomina fronte geret. MANIL. 1, 465 natura . . . contenta . . . stellis -ere sidera certis (SEN. dial. 8, 5, 3 nat. 1, 17, 2. 7, 27, 6 cometas). 1, 660 aliud caelum -ens aliudque relinquens (*sc. horizon ut*: LVCAN. 9, 496 *opp.* celat). CELS. 2, 8, 24 urina quaedam . . . subsidentia -it. COLVM. 3, 17, 3 pampinus . . . -it racemos (*item de herbis*: 4, 28, 1 florem [DIOSC. 3, 54 p. 402, 16. *al.*]. arb. 8, 5 fructum [PLIN. nat. 18, 244 PORPH. Hor. carm. 3, 1, 29/30]. PLIN. nat. 12, 26 phasioli . . . candidum piper. *al.*). PLIN. nat. 37, 159 nigrum cor -it *gemma* (37, 171 turis similitudinem. 37, 190 capillaturam. PRISC. perihеg. 504 simulacra [*cf. Plin. nat. 37, 140* reddunt . . . species. *Sol. 5, 25* praeferat rerum imagines]). *al.*

b *dando facultatem videndi*: *α -it lux, dies sim.* (*per negationem nox l. 37, de qua aliter* LVCAN. 9, 1005): CIC. Mil. 50 neque muta solitudo indicasset neque caeca nox -isset Milonem. LIV. 7, 12, 3 prima lux mediocrem multitudinem ante moenia (10, 12, 5. 27, 47, 10 viam. *ibid.* transitum. 41, 2, 5 aciem [CVRT. 4, 12, 23]. VAL. FL. 2, 566. 5, 178). SEN. Ag. 578 damna noctis . . . -it dies (Oed. 5 stragem . . . quam nox fecit. SIL. 8, 274 hostem. PLIN. epist. 7, 27, 13). LVCAN. 8, 202 terras Titan. TAC. hist. 3, 23, 3 luna . . . acies. *in imag.*: CIC. ac. 2, 69 qui *dies* illi -erit eam . . . veri et falsi notam. *β -unt loca edita*: MELA 1, 61 ut ex summo vertice . . . ortum solis -at *Arabia.* 2, 17 ut Euxinum et Hadrian ex summo vertice -at *Haemus.* PLIN. nat. 5, 80 *montis* altitudo . . . diem noctemque pariter -ens.

c *detegendo*: CELS. 8, 3, 6 nigrities, quam terebra detexit, sive caries, quam specillum -it. VAL. FL. 1, 434 collectas solvit . . . fibula vestes -itque umeros fortes.

II *afficitur magis obtutus* **mentis**: **A** *vi sollemni*: **1** *in universum*: **a** *-untur propria*: *α exempla varia selecta*: ⓘ *-unt animantia*: PLAVT. Asin. 113 tua oratione omnem animum -isti tuom (CIC. fam. 3, 10, 8 inimicum. 6, 12, 4 magnum. *al.*; *cf.* SALL. [?] rep. 1, 5, 8 magnitudinem animi). Stich. 56 (*inter versus om. in A*) suam sententiam (TER. Haut. 219). TER. Haut. 634 tot peccata in hac re -is. Ad. 142 me aegre pati. CIC. inv. 2, 97 suae voluntatis -endae causa (fam. 3, 10, 6 apertas inimicitias aut . . . voluntatem nocendi. *al.*). p. red. in sen. 30 qui suam erga me benevolentiam et fidem . . . animi dolore, . . . corporis vulneribus -it (Att. 7, 2, 5). fam. 7, 17, 2 mihi saepe litteris significavit et tibi et verbis et re -it . . . sese valde esse commotum. VARRO rust. 2, 9, 11 *canes* dicuntur catulire, id est -ere velle se maritari (*item pro subi. sunt animalia*: LVCR. 1, 590. PHAEDR. 1, 13, 9 vult vocem -ere *corvus.* COLVM. 9, 9, 2 egressu . . . desiderium. *cf.* IVV. 12, 13 -ens Clitumni pascua sanguis *tauri*). SALL. Iug. 58, 3 virtutem (LIV. 25, 18, 7. 34, 13, 5 SEN. dial. 11 [12], 6, 2. *al.*). LIV. 4, 54, 2 dolorem (33, 1, 8. *al.*). SEN. contr. 1, 6, 4 humilitatem suam cum obscurare possint, -unt. VAL. MAX. 3, 3, 1 tormenta quantopere contemneret. QVINT. inst. 11, 3, 79 ira . . . contractis *superciliis* . . . -itur (*sim. in significandis affectibus*: 11, 3, 80. 86). *al.* *pro obi. sunt res significantes*: CIC. de orat. 2, 190 signa doloris tui verbis . . . voce vultu . . . -eris (SVET. Aug. 99, 2 alienatae mentis. *al.*). CYPR. laps. 30 facie inculta . . . ore deiecto indicia maeroris -res (MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 413/4 libertatis vel honestatis [*v. Wilhelmsson, Stud. zu Mut., 1944, 20*]). ⓘⓘ *-unt res*: LVCR. 1, 576 omnia *primordia* . . . possunt validas . . . -ere viris (MANIL. 3, 513 praecipuas -unt singula *v. signa. al.*). 1, 776 suam quidque . . . naturam. VARRO rust. 1, 8, 6 vitis, quae -it se adferre uvam. LIV. 45, 30, 8 divisa . . . Macedonia . . ., quanta universa ⟨esset⟩, -it. VITR. 2, 8, 19 *testa* se -it esse vitiosam. SEN. dial. 1, 2, 4 quid possit patientia, -it *virtus* (8, 6, 2 id, quod didicit). COLVM. 1, 4, 1 prima inspectione neque vitia neque virtutes abditas -it *ager.* 3, 10, 4 *sarmentum* benignitatem suam. *al.*

β reflexive (*v. et sub D*): ⓘ *se -unt homines*: PLAVT. Truc. 439 -it sese iam mihi medullitus. TER. Hec. 544 ut olim te -isti,

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *per obi. simpl.*: **A** *vi creandi, parandi* (*gerendi* EVTR.): ITALA Is. 41, 20 (Cypr. testim. 2, 4) manus domini f e c i t ista et sanctus Israel -it (*gr. κατέδειξεν, Vulg.* fecit hoc ... creavit illud). TERT. adv. Prax. 10 p. 242, 12 quod ... voluit *deus*, et potuit et -it. IREN. 1, 5, 3 (1, 1, 9 H.) *demiurgum dicunt* terram ... -isse (*antea*: fecisse ... plasmasse, *gr. δεδειχέναι. de sensu agit Lundström, Übersetzungstechn. Unters., 1955, 144*). 4, 34, 4 (4, 56, 4 H.) dominus ... aratrum -it (*antea*: fecit). CENS. 14, 7 post septimum quemque annum articulos quosdam et in his aliquid novi natura -it. CYPR. epist. 73, 7 super quem aedificavit ecclesiam et unde unitatis originem instituit et -it *dominus*. EVTR. 9, 16 nihil ... clarum potuit -ere ... morte praeventus (*Vopisc. Tac. 13, 4* gessit). PASS. coron. 5 uoluerunt ... Asclepii -ere imaginem *artifices*. *subi. res*: EVSEB. EMES. serm. 24, 37 si transierit horam, -it noxam *cibus* (*nisi subi.* cithara). CHRYSOST. hom. III 819B *cupiditas* alienationem mentis -it (*Migne gr. 49, 376 ἐργάζεται*). **B** *accedente vi praestandi* (*sc. mala vel bona alicui* [circa *aliquem* VVLG. Tob.]; *aliter interpretatur* VEREC. in cant. 4, 29 D. aliud est ... mala facere servis dei, aliud mala -ere: faciunt mala persecutores ..., -unt mala haeretici, qui ... mala itinera vel mala dogmata ... demonstrant [*sed cf. antea*: ingesserint]): ITALA gen. 50, 15 (Lugd. *al.*) ne ... reddat nobis omnia mala, quae -imus ei ([*gr. ἐνδειξάμεθα, Vulg.* fecimus; *explicat* AVG. loc. hept. 1, 211 '-imus' ... vel '-it' pro eo, quod est 'fecimus' vel 'fecit']. II Tim. 4, 14 [cod. d *al., cf.* VVLG.; *gr. ut supra, v. etiam* AVG. *l. c.*]. VVLG. Dan. 3, 44 [*cf.* VEREC. *supra*]. SERM. de conf. diab. 108). 50, 17 (Lugd.) maligna tibi -erunt (*gr. ut supra, Vulg.* exercuerunt in te). psalm. 4, 6 (Veron. *al.* = VVLG.) quis -it nobis bona? ([*gr. δείξει*]. PSALT. Rom. 58, 12 -e mihi b. VVLG. Tob. 11, 20 quae *bona* circa illum -erat deus. COMM. instr. 1, 30, 1 disce ... bonum -ere cunctis). 59, 5 (Veron. *al., cf.* VVLG.) -isti plebi tuae dura (*gr. ἔδειξας*). 70, 20 (Veron. *al.* = VVLG., *gr. ut supra*) quantas -isti mihi tribulationes multas et malas (*cf. infra l. 79*). II Macc. 13, 9 (rec. L) rex ... veniebat deteriora ... Iudaeis -surus (*gr. τὰ χείριστα ... ἐνδειξόμενος*, VVLG. nequiorem se Iudaeis -surus. *cf. rec. X* deteriora ... facturus). PS. PHILO antiq. 32, 12 liberationem suam -it nobis *deus*. PS. ORIG. in Iob 2 p. 455B super omnia, quae ei fecisti, super omnia, quae ei -isti. VITAE patr. 5, 11, 2 -ite charitatem et nolite mecum loqui ([*gr. Cot. p. 381 ποιήσατε ἀγάπην ut passim*]. 5, 15, 11. 5, 15, 43). *al.*

III *omisso obi.*: **A** *obi. suppl.*: ITALA psalm. 58, 12 (Sangerm., *cf.* VVLG.) deus -it mihi inter (VVLG. super) inimicos meos (*gr. δείξει, structura sec. hebr., cf. Symm. ἐπιδεῖν ποιήσει με κτλ., sed interpretes Latini obi. supplendum potius intellexisse videntur, e. g. Hil. vel Aug. ad l., cf.* PSALT. Rom. *supra l. 60*). **B** *per attractionem pron. relativi*: VITA Abr. 7 Rev. Bénéd. 50, 1938 p. 228, 9 in tantis tribulationibus malis ..., quibus ei -imus (*item* p. 236, 11; *cf. supra l. 64 et alium vers. Migne 73, 287B* quas ... intulimus).

PARS ALTERA: *praevalentibus* **notionibus secundariis:** *sc. exponendi* (*ad notionem monstrandi potius trahas*: VERG. Aen. 8, 264 abstractaeque boves abiurataeque rapinae caelo -untur. SEN. nat. 3, 19, 2 quos *pisces* ignoto ... caelo ... amnis -it. PLIN. nat. 11, 150 caelo *oculos mortuorum* [*antea*: ab homine spectari]. PAVL. sent. 1, 21, 4 corpus *mortui* ... solis radiis [*cf. Novell. Valent. 23 pr.* monstrare caelo]): CATO agr. 6, 2 ager ... soli -tus (6, 4 locus ... -tus s. NEMES. cyn. 201 catulos. *cf.* SEN. Herc. O. 720 solibus ... flammisque ... sanguinem *Nessi*. STAT. Theb. 6, 89 lucos ... -ere [ext- *Q*] Phoebo arboribus caesis). VERG. georg. 2, 261 supinatas aquiloni -ere glaebas. SEN. dial. 7, 2, 3 (*loq. animus; in imag.*) quid aliud quam telis me opposui et malevolentiae, quod morderet, -i (*item adversario*: STAT. Theb. 6, 613 *crinis* solutus ... infesto ... volans -itur [obt- *B*] Idae). *sc. praetendendi* (*non nisi translate*): Q. CIC. pet. 45 belle negandum est, ut -as necessitudinem. CVRT. 10, 2, 19 quam *causam* -itis. TERT. monog. 16, 4 si solitudinem domus -at (obtendat *C*; *antea*: si inopiam quis causetur). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 92 si tu malam valetudinem -as ad excusationem non bibendi. *sc. intentandi*: VAL. FL. 2, 450 citum strictis alius de cautibus ignem -it foliis (obtendit *Madvig, alii alia*). ITALA Ioh. 20, 27 (cod. a) -e hoc digitum tuum ... et mitte manus tuas in latus meum (*gr. φέρε, Vulg.* infer ... huc. *cf. cod. q* porrige). *? sc. extendendi*: HIL. myst. 2, 13, 2 (*agitur de trinitate*) nam nec sibi quis iuberet, ut faceret, nec communionem suam ad alterum solus -ret (ext- *ed. princ.*). EVSEB. EMES. serm. 20, 36 cum ... ad deum mentem -erimus nostram (ext- *Sirmond*).

p. p. p. pro subst. ***ostentum** (-sum), -ī *n.* *de orig.* (*cf. et infra l. 52 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 7 ostendi, monstrari, portendi, praedici, ex quo illa -a, monstra, portenta, prodigia dicuntur (*item ab ostendere derivatur*: div. 1, 93 FEST. p. 138 AVG. civ. 21, 8 p. 507, 14 D. PRISC. gramm. II 521, 1 -um ..., quando monstrum significat, nomen est participiale, quomodo 'factum' ..., ab ostendendo futura dictum. GLOSS.L I Ansil. os 82). *scribitur* ho- CIL VI 31169 *et hic illic in codd.* NOT. Tir. 58, 77. *forma* -sum *v. p. 1135, 27. 1136, 60; in var. l.* HIER. psalt. sec. Hebr. 78, 43 CLAVD. 26, 249 PASS. Petr. 1 p. 23, 6 S. *de notione et differentiis* (*cf. et sub IA1a*): SYNON. Cic. p. 421, 17 monstrum. portentum. prodigium. -um. ISID. diff. 1, 459 quinque sunt ... genera prodigiorum, ut Varro dicit ...: portentum, -um, prodigium, miraculum et monstrum. GLOSS. -um: *φάντασμα, Διὸς σημεῖα. τέρας*. monstrum. monstrum, quod ostenditur novum. signum quod ostenditur. GLOSS.L I Ansil. os 75 -a: prodigia. 78 -um: omen, augurium, prodigium. *legitur inde a* CIC., VARRONE. *vox rara apud poetas (semel tantum apud* OV., RHAEDR., PETRON. *in vers.); in prosa oratione frequentius adhibent* CIC. (*38ies, praecipue* div.), PLIN. nat. (*29ies*), SVET. (*18ies*), *rarius occurrit apud* LIV. (*semel*), VAL. MAX. (*bis*), SEN. phil. (*bis*), TAC. (*quater*), APVL. met. (*quater*), TERT. (*semel*), AMM. (*semel*), VVLG. (*ter*). *ceterum v. de frequentia vocis et de rationibus cum vocibus q. s.* miraculum, monstrum, portentum, prodigium *intercedentibus Moussy, Rev. Et. Lat. 55, 1977, 345 sqq.* [*variat cum* portentum IVST. 33, 1, 7 (*v. app. crit.*). *cf. p. 1135, 11 et sub IA 2.*]

i. quod ostenditur (se ostendit). **I** *praeter consuetudinem, naturam, sc. de portentis, monstris, miraculis sim.* (*de differentia parum constat; ad rem v. Riess, RE XVIII 2, 1642 sqq.*): **A** *de signis divinis sive faustis sive infaustis* (*cf. p. 1136, 26 sqq.*): **1** *in religione vel superstitione pagana*: **a** *definitiones, descriptiones, distinctiones*: CIC. div. 2, 49 hoc contra omnia -a valeat, numquam, quod fieri non potuerit, esse factum. *ibid.* quod ante non vidit, id si evenit, -um esse censet. 2, 62 declaravit nihil habendum esse, quod fieri posset, -um. VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 366 -um, quod aliquid hominibus o s t e n d i t, portentum, quod aliquid futurum portendit, prodigium, quod porro dirigit, miraculum, quod mirum est, monstrum quod monet (FEST. p. 245 PAVL. FEST. p. 140). FEST. p. 194 -um ... pro portento. 201 -um, quo nunc utimur interdum prodigii vice. 245 portenta existimarunt quidam gravia esse, -a bona; alii portenta quaedam bona, -a quaedam tristia appellari. VLP. dig. 50, 16, 38 -um Labeo definit omne c o n t r a n a t u r a m cuiusque rei genitum factumque; duo genera autem sunt -orum: unum, quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte ..., alterum, cum quid prodigiosum videtur, quae Graeci *φαντάσματα* vocant (AVG. civ. 21, 8 p. 507, 25 D.). PROB. app. gramm. IV 200, 7 -um et monstrum praesentia ostentant (ostendunt *var. l.*), prodigium autem et portentum futura significant (*econtra inter indicantia res futuras enumeratur* NON. p. 429, 27. 436, 7 ISID. orig. 11, 3, 2. 3. *cf. supra l. 28*). CHAR. gramm. p. 389, 1 B. -um quod p r a e t e r c o n s u e t u d i n e m offertur, ut puta si videatur terra ardere vel caelum vel mare ([*distinguitur a* portentum, monstrum, prodigium]. DIFF. ed. Beck p. 74, 13 ostentatio quaedam p. c. obiciens se oculis et auribus, ut si ... se ostendat nocte lux vel interdiu tenebrae [*sim.* GLOSS. IV 373, 1. V 471, 72]). 389, 7 in -o raritas admirationem facit. DIFF. Suet. p. 284, 1 -um sine corpore solido nobis se ostendit ([*differt a* prodigium, monstrum]. GLOSS.L III Abol. os 3). ISID. diff. 1, 459 portentum nascitur et in sua permanet qualitate; -um vero subito offertur oculis et subducitur.

b *synon. et iuxta pos.* (*v. etiam l. 24 sqq. 52 sqq. p. 1135, 33. 50. 66*): CIC. inv. 1, 101 ex sortibus, ex oraculis, vatibus, -is, p r o d i g i i s, responsis (*respondet in contextu et ponitur in alia vers.*: CIC. har. resp. 10 VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 [*sub tit.* 'de p.']. PLIN. nat.

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 55. 16, 132. 17, 242 sqq. HIER. psalt. sec. Hebr. 78, 43 [*Vulg. 77, 43*]. VVLG. exod. 4, 21 [*Itala Lugd.*]. CLAVD. 26, 249 [*253* p. miramque notam]. SIDON. epist. 7, 1, 6 [*cf. 7, 1, 3*]). div. 1, 118 *signa* alia in extis, alia in avibus, alia in fulgoribus, alia in -is, alia in stellis, alia in somniantium visis, alia in furentium vocibus (1, 127 extorum, fulgorum, -orum. 2, 16 e. aut avibus aut -is aut oraclis aut somniis. 2, 49. 2, 53 e. et -is. nat. deor. 2, 166 multa ... -is, multa in e.). 2, 26 ex fulgoribus -isque (2, 42 [*bis*]. VAL. MAX. 1, 1, 1 -orum ac f. *v. et l. 4. 6*). 2, 62 (*respondet 61* portentum; *item*: PLIN. nat. 2, 199. CENS. 17, 6 [*17, 5*]. IVST. 17, 1, 4 [*cf. 17, 1, 3*]. *cf. p. 1134, 47. 1136, 47. 50*). PLIN. nat. 2, 150 extra miraculum ... et extra -um (*respondet* PRVD. perist. 10, 964 [*cf. 960*]. *cf. p. 1134, 35. 1136, 58*). 7, 203 -orum et somniorum (*v. et l. 5. 7*). 11, 55 (*respondet 1, 11, 18* omen; *item*: SVET. Aug. 94, 11. AMM. 23, 3, 6 [*cf. 23, 3, 7*]. *cf. l. 36. 46*). TAC. hist. 1, 10, 3 -is ac responsis (*v. et p. 1134, 83*). SVET. Tib. 14, 1 -is et praedictionibus (*cf.* SPART. Hadr. 23, 3 praesagiis et -is). TERT. anim. 51, 8 signis ... et -is (*al. v. p. 1136, 46*).

c *digeruntur exempla sec. genera -orum*: α *generalia, mixta, incerta* (*selecta*): CIC. div. 1, 94 in -is animadvertendis diligentes fuerunt. 1, 99 *Sisenna* contra -a nihil disputat (*enumerantur varia ut*: SVET. Vit. 9 Vesp. 5, 1 APVL. met. 9, 34, 1). 2, 149 -i simile natum factumve quippiam. OV. met. 4, 565 serie ... malorum victus et -is, quae plurima viderat. SEN. nat. 2, 34, 1 quicquid ab hoc (*sc. fulmine*) portenditur, fixum est nec alterius -i significatione mutatur. PLIN. nat. 28, 17 ut appareat -orum vires et in nostra potestate esse ac, prout quaeque accepta sint, ita valere. CIL VI 31169 tabula posui ex -sum deorum. *al.*

β *certa (quae fere constant in eventu, casu, statu, sim.); signum praebent*: (i) *homines* (*de homine ipso l. 44*): CIC. div. 1, 121 Croesi filium, cum esset infans, locutum, quo -o regnum patris ... concidisse (*cf. de eo, qui amputata lingua loquitur*: PRVD. perist. 10, 964). PLIN. nat. 7, 33 tergeminos nasci certum est ...; super inter -a ducitur (*sim. de partu*: 7, 34 *enixa* Alcippe elephantum [*ibid. resp.* monstra]. SOL. 1, 67 infausta nativitas, si concretum virginal fuerit ...; -um hoc piavit sinistro exitu liberorum *Cornelia* [*cf. Plin. nat. 7, 69* infausto omine]). 8, 55 iugo subdidit eos *leones* ..., non sine -o quodam temporum (*postea*: prodigio). 37, 16 probrum erat, ni ... saevum irae deorum -um id credi oporteret, ... caput *Pompei ex margaritis fictum* ... sine reliquo corpore ostentatum (*cf.* FRONTIN. strat. 2, 9, 5 ad cuius *capitis abscisi* conspectum velut -o consternati). TAC. ann. 12, 64, 1 numerabatur inter -a deminutus omnium magistratuum numerus (*sc. permultis intra paucos menses defunctis*). SVET. Iul. 32 *quidam tuba canens monere videtur, ut Caesar Rubiconem transeat.* *de homine ipso*: TAC. hist. 3, 56, 2 praecipuum ipse Vitellius -um erat, ignarus militiae *eqs.* (*antea*: prodigiosum dictu; dirum omen). (ii) *bestiae* (*cf. supra l. 36; fusius agit* CIC. div. 2, 66 sqq.; *de ipsa bestia l. 64*): CIC. div. 1, 73 *equi in iuba examen apium* (*item* 2, 67 PLIN. nat. 8, 158. *cf. de apibus*: 11, 55 -a faciunt ... uva dependente in domibus [*ibid.* dirum -um]. FRONTO p. 129, 17 v. d. H. de ... formicarum et apicularum -is res maximae portenduntur). 2, 49 *mulae partus* (SVET. Galb. 4, 2). 2, 62 *anguis vectem circumiectus.* 2, 69 *simia urnam evertens.* PHAEDR. 3, 3, 16 *de partu monstruoso* ([*cf. 5* monstro]. GELL. 16, 6, 10). PLIN. nat. 8, 221 haud spernendum in -is ... animal (*sc. mus ut*: 8, 223 *candidi mures* laetum faciunt -um). 10, 28 *milvus escam ex ara rapiens.* 10, 35 *bubo* in luce visus dirum -um est. 10, 49 praeposteri ... vespertinique cantus *gallorum.* 37, 4 *piscis Polycrati anulum reddens.* SVET. Aug. 97, 1 *aquila Augustum circumvolans* ([*97, 2 de fulmine*]. *cf. et* IVST. 23, 4, 11 aquila in clipeo, noctua in hasta consedit). Tib. 72, 1 *serpens consumptus a formicis.* Dom. 23, 2 cornix in Capitolio elocuta est. APVL. met. 9, 33, 4 *gallina, quae perfectum edidit pullum.* AMM. 23, 3, 6 *equus humi proiectus.* *in extispiciis*: PLIN. nat. 11, 190 caput extorum tristis -i caesum quoque est. SVET. Iul. 77 nec pro -o ducendum, si pecudi cor defuisset. *de ipsa bestia monstruosa*: APVL. met. 10, 17, 5 verebar, ne ... rati scaevum praesagium portendere velut monstrum -umque me obtruncatum vulturiis ... pabulum redderent. (iii) *res naturales*: CIC. har. resp. 10 (*de fremitu quodam ut*: 18. 31. 61). PLIN. nat. 2, 46 defectus *lunae* ... et solis, rem ... miram et -o similem (FRONTIN. strat. 1, 12, 8 ne pro -o exciperent milites). 2, 144 cum a prima caeli parte venerint *fulmina* ..., felicitas portendetur, quale Sullae ... -um datum accepimus (*cf.* SVET. Aug. 94, 2 *tacta fulmine* parte muri ...; -um illud Augusti potentiam portendisse *apparuit. v. etiam l. 58*). 2, 199 (*de terrae motu sim. ut*: 200 [*postea*: futuri eventus ... praenuntium]. IVST. 17, 1, 4. *cf.* PLIN. nat. 15, 78 in medio foro ... sidentia ... fundamenta -o fatali. APVL. met. 9, 34, 1 *terra dehiscens edidit sanguinis fontem*). 16, 132 (*item de arboribus*: 17, 242. 243. 18, 166 SVET. Aug. 92, 1 sq. *de palma enata inter lapides et de ilice convalescente adventu Augusti.* 94, 11 Vesp. 5, 1). SVET. Nero 36, 1 stella crinita, quae ... exitium portendere ... putatur (*cf.* IVST. 37, 2, 1 *luxit stella cometes LXX dies.* HYD. chron. II p. 24, 126 cometae sidus ... subsequentis in pestilentia plagae ... praemisit -um). AVR. VICT. Caes. 41, 14 igni continuo caeli facies conflagravit. SERV. auct. Aen. 9, 20 inter -a etiam caelum discessisse dicitur (*inter alia ex Sisenna refert iam* CIC. div. 1, 99 *p. 1135, 20*). (iv) *alia*: SVET. Aug. 94, 5 infuso super altaria mero *flamma emicuit.* Tib. 19 quotiens lucubrante se subito ac nullo propellente decideret lumen. SYMM. epist. 6, 40, 1 *consulis* currus ... evolvit per ferociam bigarum, quae triumphum vehebant.

d *stilistica et grammatica notabiliora*: α *iuncturae verbales selectae* (*cum verbo* ostendere *v. p. 1134, 26 sqq. 57 sqq.; cf. infra l. 16*): (i) *nom.*: SVET. Aug. 94, 2 portendisse. APVL. met. 9, 33, 4 evenit. 9, 38, 8 praesagaverant. IVST. 37, 2, 1 praedixerant. (ii) *acc.*: *sancire, depellere sim.*: LIV. 26, 6, 14 procurantem (PHAEDR. 3, 3, 16. GELL. 16, 6, 10 piaculis. *cf.* VAL. MAX. 1, 1, 1 -orum ... denuntiationes procurantur). PLIN. nat. 1, 28, 4/5 -a et sanciri et depelli. 28, 14 verbis permutari. SVET. Nero 36, 1 caede ... expiare (*cf.* SOL. 1, 67 piavit). *facere sim.*: PLIN. nat. 2, 144 -um datum. 8, 223 *mures* faciunt -um (11, 55. 16, 132. 37, 4 SVET. Iul. 32. *v. etiam infra l. 53. 64. 67*). BOETH. cons. 2 carm. 1, 8 monstrat *fortuna.* (iii) *abl.*: SVET. Cal. 57, 2 -o periculum ... portendi (FRONTO p. 129, 17 v. d. H.). (iv) *cum praepos.*: CIC. Verr. II 4, 108 ex -is portenderetur (SVET. Claud. 29, 3 per ... -a). div. 2, 26 qui ex ... -is ... praedicerent.

β *iuncturae nominales*: (i) *cum adi.* (*nomen propr. l. 30*): *significationis gravis*: CIC. har. resp. 10 gravissimum (PLIN. nat. 17, 242. 243 SYMM. epist. 6, 40, 1). div. 2, 56 magnum (APVL. met. 9, 34, 1 maius. BOETH. cons. 2 carm. 1, 8. *cf. infra l. 64*). PLIN. nat. 2, 199 mirum (*cf.* APVL. met. 9, 33, 4 mirabile). 15, 78 fatali. APVL. met. 9, 38, 8 prodigiosa. *significationis bonae vel malae*: FEST. p. 245 bona. *ibid.* tristia (PLIN. nat. 11, 190). PLIN. nat. 8, 223 laetum (SVET. Galba 4, 2). 10, 28 lugubri. 10, 35 dirum (11, 55). PLIN. nat. 37, 16 saevum. SVET. Galba 4, 2 obscenum. VITAE patr. Iurens. 93 M. terribilia. *varia*: CIC. div. 2, 67 Flaminiana. LIV. 26, 6, 14 familiare. PLIN. nat. 8, 221 publicis (11, 55 privata ac p.). *al.* (ii) *gen.* -i (-orum) *pendet e subst.*: CIC. har. resp. 18 magnitudine. div. 1, 93 interpretes (2, 55. 2, 109. *cf.* PLIN. nat. 7, 203 interpretationem). 1, 127 divinatio. 2, 67 vim (PLIN. nat. 28, 17). SEN. nat. 2, 34, 1 significatione. AVR. VICT. Caes. 41, 14 (*pleonastice*) -orum mira.

γ *gen. pendens (cf. sub 2 et B) indicat*: *auctorem sim.*: PLIN. nat. 37, 16 irae deorum (*cf.* SVET. Iul. 32 deorum [NON. p. 435, 28 CIL VI 31169]). *rem significatam*: PLIN. nat. 8, 55 temporum. 28, 14 magnarum rerum. HYD. chron. II p. 24, 126 subsequentis ... plagae. *animadvertentem*: PLIN. nat. 10, 28 municipiorum inmolantium. *ipsum signum* (*cf. p. 1135, 50*): CLAVD. 26, 249 caesorum ... luporum. VITAE patr. Iurens. 93 M. (*pleonastice*) -a praesagii.

2 *in script. sacra et apud ecclesiasticos de signis et miraculis dei eiusque sanctorum* (*antichristi l. 48*): ITALA deut. 13, 1 (Tert. scorp. 2 p. 148, 22) si ipse prophetes ... dederit tibi signum vel -um ([*gr.* τέρας, *Vulg.* portentum]. II Thess. 2, 9 [Tert. adv. Marc. 5, 16 p. 631, 8] *antichristus* cur veniat in omni virtute et s. et -is mendacii [*gr.* τέρασιν ψεύδους, *Vulg.* prodigiis mendacibus, *cf. Tert. resurr. 24 p. 61, 2* portentis mendacii]. VVLG. exod. 7, 3. AVG. civ. 18, 50 p. 335, 7 D. [portentis *var. l.*]. *v. et l. 54*). HIL. in psalm. 67, 23 (*ad Col. 2, 15*) inimicas virtutes ... ostentui reddidit, id est vel nostrae spei vel suae damnationis fecit -a (HIER. psalt. sec. Hebr. 78, 43 in Aegypto signa sua et -a [-sa *var. l.*] sua [*Vulg.* prodigia]. VVLG. exod. 4, 21 vide ut omnia -a, quae posui in manu tua, facias coram Pharaone. 11, 10 [portenta *var. l.*]). AVG. civ. 22, 7 p. 565, 28 D. praeconia ... prophetarum, ... -a virtutum. PASS. Petr. 1 p. 23, 6 S. eximia atque celeberrima miraculorum (miracula *E*) -a (-sa *EH*). PASS. Polycarp. 15, 1 miraculi novitas ... processit, illis videntibus quos videre iusserat caeleste mandatum, ut possent ceteris -sa narrare (*gr.* τὰ γενόμενα).

B *transfertur ad quaelibet alia notabilia* (*sc. extra interpretationem religiosam*): 1 *res*: a *ad hominem pertinentes*: CIC. facet. dict. 31 magnum -um anno Vatini factum est, quod illo consulatu nec bruma nec ver nec aestas nec autumnus fuit (*sc. quia tam paucos dies consulatum obtinuit; sim. ironice*: CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 scis Appium censorem hic -a facere, de signis et tabulis ... acerrime agere?). IVST. 10, 1, 6 -i prorsus genus, ubi in tanto populo non solum sociari, verum etiam sileri parricidium potuit. b *caelestes*: SEN. nat. 7, 21, 1 cometas sicut faces, sicut tubas trabesque et alia -a caeli (PLIN. nat. 1, 2, 35 -um c. semel notatum [*spectat ad 2, 100* scintillam visam *eqs.*]).

2 *homines quasi monstra*: TAC. ann. 15, 34, 2 Vatinius inter foedissima eius aulae -a fuit. CONSVLT. Zacch. 1, 3 p. 10, 4 Epicureos ac Platonicos, caeteraque similium sectarum -a perquire. ENNOD. dict. 6, 3 p. 441, 9 Nestorius et Eutyches, gemina diabolicae informationis -a. 20, 2 p. 481, 9 expostulo a te, humani generis -um, *eqs.*

II *quolibet respectu*: A *de ostentatione, iactatione*: ENNOD. dict. 21, 26 p. 490, 15 pietas, quae non etiam muta rebus tenetur, -um est. B *de parva quadam parte horae vel zodiaci* (*fortasse quae tam breve est, ut ostendi tantum, non capi possit, cf. p. 1121, 72 et* ISID. *p. 1134, 79*): METROL. p. 139, 25 hora constat ex v punctis, x minutis, xv partibus, xl momentis, lx -is. EVSTATH. Basil. hex. 6, 5, 9 (*in partitione zodiaci*) in quoto momento sexagesi-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

morum . . ., in quoto eorum sexagesimorum -o, quae a primis sunt sexagesimis reparata (*gr.* ἐξηκοστῷ *tantum*).

deriv.: ostensio, ostensivus, ostensor, ostentaneus, ostentarius, ostento, ostentus (-ūs).

compos.: inostentus, praeostendo, subostendo.

ostēnsio, -ōnis *f.* *ab* ostendere. -tentio *traditur* TERT. orat. 22 p. 195, 25 ITALA exod. 25, 9 (Ottob.). Rom. 3, 25 (cod. g). THEOD. MOPS. in psalm. 7, 15 p. 41, 4, *in var. l. e. g.* ITALA I Cor. 2, 4 (Pelag.). TYCON. reg. 3 p. 28, 21. *scribitur* ho- ITALA II Macc. 3, 24 recc. XL. 5, 4 recc. XB. VVLG. *in cod. C* Is. 6, 13. *al.* *de notione* (*v. etiam distinctionem p. 1139, 11*): HIER. nom. hebr. p. 28, 13 Iafie adapertio vel -o sive superficies. GLOSS. δεῖγμα. ἀπόδειξις. GLOSS. V 558, 37 sintagma: explanatio -o interpretatio . . . proprietatis expositio. *legitur inde ab* APVL., TERT. (*inscr. vix antiqua* CIL VI 1*q). [*variat cum* ostentatio *e. g. p. 1138, 3. 9. 15, cum* offensio ITALA Sirach 31, 7 (Ps. Aug. spec. 22 p. 392, 5) -is *falso cod. S.*]

i. q. actus vel effectus ostendendi (*saepe accedit gen. obi., rarius subi. e. g. l. 28. 67 et p. 1138, 43. 1139, 20. 21. abundanter accedit adi.* manifesta *infra l. 53. p. 1138, 72,* aperta *l. 55. p. 1138, 10, gen. subst.* evidentiae *infra l. 76,* praesentiae *infra l. 48; accedit praepos. l. 27. p. 1138, 75; occurrit fere sing., plur. p. 1138, 55, ceterum nonnisi sub IA2 et B4a. de fig. etym. q. d. v. p. 1130, 45 sqq.*):

I *usu communi*: **A** *afficitur magis obtutus oculorum* (*cf. p. 1138, 45*): **1** *de actu*: **a** *vario*: APVL. met. 3, 9, 6 praecedens facinus instaurare nova -e (*sc. detegendo cadavera*). CET. FAV. 1 p. 288, 8 scenographia est frontis *et* totius operis per picturam -o. HIER. in Zach. 1, 18/21 l. 499 necdum . . . absque -e dei per se eos *fabros* videre poterat, sed ostenduntur ei a domino. GREG. M. epist. 5, 15 (*de usu pallii extra ecclesiam*) honor episcopatus totus foras in -e est, non in mente (*sim. cum colore iactandi*: ORIG. in Matth. ser. 10 p. 19, 3 ex phylacteriis et fimbriis ad -em eorum, qui vanas glorias concupiscunt). FERRAND. epist. 7, 5 p. 932[D] (*in imagine speculi*) *vita* speculo comparata bene inspicitur, si luceat in ea non simulato colore, sed verissima prorsus -e fides.

b *de actu apparendi, se manifestandi* (*explicatur gr.* ἐπιφάνεια HIER. serm. Corp. Christ. 78 p. 530 l. 2 quod . . . nos adparitionem aut -em dicimus, hoc Graeci ἐπιφάνειαν vocant. PS. AVG. serm. ed. Mai 60, 1 EVCHER. instr. 2 p. 154, 19 ISID. eccl. off. 1, 27, 2. *cf. et l. 51*): **α** *quorumlibet animantium*: ITALA Luc. 1, 80 (cod. d *al.* = VVLG.) erat in desertis *Iohannes* usque in diem -is eius ad Istrahel (*gr.* ἀναδείξεως, *aliae vers.* progressionis). FIRM. math. 3, 4, 27 *qui* sola sui -e liberent *laborantes a daemonibus*. GREG. M. epist. 9, 161 venientem ad nos . . . ex corporalis visus -e didicimus, bonum vero . . . nunc operis attestatione cognoscimus. **β** *dei, Christi*: PS. CYPR. Iud. incred. 4 p. 124, 2 (*ad psalm. 18, 3 sqq.* in sole posuit tabernaculum suum) id est in manifesto in luce palam se ipsum venisse monstravit et praedicationem per prophetas sui -e quodammodo omnibus suae praesentiae conprobavit. AMBROSIAST. in Eph. 4, 9 descendit in cor terrae, ut -o eius praedicatio esset mortuorum. PETR. CHRYS. serm. 157 p. 616[C] de trina -e Christi Epiphaniae una et sacrata solemnitas (*nisi ad B3*). APON. 4 p. 78 in cuius -e tempus putationis advenit. GREG. M. moral. 6, 36 in manifesta -e veritas venit (THEOD. MOPS. in psalm. 16, 2 p. 101, 19 vultum posuit pro praesentia sive -e m.). 28, 41 deus hominibus non tunc aperta -e se intulit. *al.* **γ** *rerum*: HIL. in Matth. 26, 1 (*ad 24, 30* parebit signum) gloriam adventus sui . . . indicat . . . -e signi salutaris (HYD. chron. II p. 26, 149 [signa in caelo plurima ostenduntur] signi . . . -o. ISID. Goth. 26 chron. II p. 278 ut . . . multa signorum demonstraretur -o). GREG. TVR. glor. conf. 51 p. 778, 21 (*de sepulcris scissa terra apparentibus*) iuxta initium -is suae gradatim elevantur super terram.

c *de actu monstrandi, indicandi* (*sc. digitis, manibus porrectis sim.; cf. p. 1139, 17 sqq.*): SCHOL. Pers. 5, 119 ('digitum exere') *gladiatores* victi -e digiti veniam a populo postulant. AMBR. in Luc. capit. Migne suppl. 1, 575 *discipulos* paventes . . . -e transfixarum manuum pedumque confirmat (*cf.* AVG. cons. euang. 3, 25, 74 hanc -em domini post resurrectionem. PETR. CHRYS. serm. 76 p. 415[B] -e lateris). HIER. in Matth. 22, 34 sqq. l. 1878 in -e denarii fuerant confutati *Pharisaei* (*spectat ad Matth. 22, 19* ostendite mihi numisma). BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 5 p. 185, 12 huic nivi, quae oculis -ique subiecta est. 3, 10 p. 234, 1 ea . . . maxime sunt individua, quae sub -em (ostentationem *var. l.*) indicationemque digiti cadunt, ut hoc scamnum.

2 *de rebus ostentis, sc. visionibus, miraculis sim.* (*quaedam ambigua inter 1 et 2; gen. inhaer. intelleximus p. 1138, 6. 8*): ITALA II Macc. 3, 24 (rec. X) dei . . . potestas magnam fecit -em evidentie (*gr.* ἐπιφάνειαν, VVLG. *et* rec. L -is evidentiam, *cf. recc. BM* manifestationem, *rec. P* magnalia). 5, 4 (rec. L, *cf.* XBM) omnes rogabant pro bono fieri -em (*antea*: videri per aera equites *eqs.*; *gr.* ἐπιφάνειαν, *Vulg.* monstra; *cf. rec. P* visionem). CYPR. epist. 57, 1 cum . . . crebris adque adsiduis -bus admoneamur. 57, 2 obtemperandum est . . . -bus adque admonitionibus iustis (66, 9). PASS. Mar. Iac. 7, 1 divinae dignationis -o. AVG. gen. ad litt. 12, 3 p. 383, 19 (*de visione Pauli*) illa -o sic ordinata est, ut videretur sibi ascendere. 12, 20 p. 409, 12 (*de visionis natura*) si . . . obiectas intuetur *anima*, -es sunt (*opp.* phantasiae). EVSEB. EMES. serm. 29, 7 p. 222, 21 non erat -is (*P*, ostentationis *ceteri*) tempus (*antea*: non facere autem signa). VEREC. in cant. 1, 12 D. *deus* prodigia operatus est multa in persecutionibus Aegypti, in -bus eremi. CASSIOD. compl. in act. 13, 9 cuius miraculi -e comperta (ACTA Timoth. [BHL 8294] 9, 22 in doctrinis et miraculorum -bus [*gr.* θαυματουργίαις]). GREG. M. dial. 1, 2 p. 23, 5 M. in -e tam admirabilis signi (1, 12 p. 69, 24 [ostentatione *var. l.*]. moral. 2, 91). 4, 37 p. 286, 12 (*de visione inferni*) poenarum -o (*gr.* ἐπίδειξις). 4, 43 p. 300, 9 apertis revelationibus atque -bus (*gr. tantum* ἀποκαλύψεσι). *al.*

B *afficitur magis obtutus mentis*: **1** *de ostentatione, demonstratione sim.* (*saepe cum despectu; ambigua inter A et B l. 14. 23*): TERT. cult. fem. 1, 7 l. 10 *apud Parthos* nec ad -em (ostentationem *A*) fere habentur *gemmae*, latent in cingulis smaragdi *eqs.* orat. 22 p. 195, 25 quid alias -e (ostentatione *Muratorius*) tui iudicas? AQVILA rhet. 42 p. 35 quas *figuras* diximus ad -em magis quam ad certamen facere. HEGES. 5, 27 in . . . acies . . . Iudaeus excurrit . . . non ad spem victoriae, sed ad indicium fortitudinis et -em gloriae (*gr. 6, 42* ἐπίδειξιν ἀνδρείας *tantum, Ps. Rufin.* ostentationis gratia). CONC.[S] I 5 p. 259, 36 bonae artis, quae inest ei, faciens -em (*gr. I 1, 6 p. 118, 8* ἐπίδειξιν, *cf. I 5 p. 148, 19* cupiens ostentare). CASSIOD. in psalm. 51, 9 l. 168 miraculorum . . . -e gaudebit, honoris . . . pravi se elatione iactabit *homo nefandus*. GREG. M. moral. 15, 16 *hypocrita* doctrinae verbo ad -em studet. *cum vi simulationis, speciei*: HIER. epist. 82, 8, 1 ficta pacis -e. ORIG. in Matth. 16, 27 p. 568, 24 qui fornicatur siccatur, quamvis -em fidei antea baiulabat quasi foliis coopertus (*gr.* ζωτικὴν ἐμφαίνων δύναμιν).

2 *de manifestata evidentia*: TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 611, 3 accidens . . . est quod adscribitur, accidentia autem antecedit ipsius rei -o, cui accidunt.

3 *de revelatione sim.*: ITALA Rom. 3, 25 (cod. e *al.*, *cf.* VVLG.) quem *Christum* proposuit deus propitiatorem . . . in -em iustitiae suae (3, 26 ad -em i.; *gr. bis* ἔνδειξιν). I Cor. 2, 4 (cod. g *al.*, *cf.* VVLG.) praedicatio mea non in persuasione sapientiae sed in -e (-tio- *cod. A Pelagii, ubi* ostentatione *corr.*) spiritus et virtutis ([*gr.* ἀποδείξει. *cf. ad locum*: AMBR. spir. 2, 12, 130 ubi . . . -o spiritus, ibi dei virtus]. IREN. 5, 5, 2 [5, 5, 3 H.]. AVX. Maximin. c. Ambr. 43 bonitatis et v. GREG. TVR. stell. 9 [-tio- *var. l.*]. GREG. M. in Ezech. 2, 1, 15 moral. 2, 89). II Cor. 8, 24 (cod. e *al.*, *cf.* VVLG.) -em . . . caritatis vestrae et nostrae gloriae . . . ostendentes (*gr.* ἔνδειξιν . . . ἐνδείξασθε, *Ambrosiast.* ostentationem). IREN. 3, 16, 6 (3, 17, 6 H.) ad -em salutis. 4, 20, 7 (4, 34, 7) quae est per conditionem -o dei vitam praestat. HIL. trin. 7, 35 (*ad Ioh. 14, 8 sqq.*) *patrem* ostendi sibi rogavit, neque -em veluti corporalis contemplationis desideravit *Philippus*, sed demonstrationem intellegendi . . . postulavit. *ibid.* ut -o illa intellegendi potius esset demonstratio quam videndi (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 101, 5 l. 31 in qua -e se promisit et filius). CONC.[S] I 5 p. 180, 15 patientiae . . . -o. ARNOB. confl. 2, 16 p. 294[B] lucida veritatis -o. in psalm. 146 p. 563[C] antecessit gratia voluntatem hominis in -e sui et in adapertione veritatis. *al.* *de signo, indicio fere praefigurative vel allegorice vel exempli vice dato*: TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 581, 17 (*ad Gal. 4, 24 ex versione sacr. script. Marcionis, cf. O'Malley, Tert. and the Bible, 1967, 54 sqq.*) 'duo testamenta' —sive 'duae -es', sicut invenimus interpretatum (*cf. gr.* διαθῆκαι, *Vulg.* testamenta. *huc spectat etiam* TYCON. reg. 3 p. 28, 21 -o est duorum populorum). ITALA Phil. 1, 28 (cod. d *al.*) *fides* quae est illis -o perditionis, vestrae autem salutis (*gr.* ἔνδειξις, *Vulg.* causa. *cf. Ambrosiast.*: ostentatio [-o *pars codd.*]). IREN. 5, 8, 3 (5, 8, 2 H.) haec (*sc. duplex ungula*) est . . . omnium . . . haereticorum -o (*gr.* ⟨ἐ⟩πίδειξ⟨ις⟩). VICTORIN. POETOV. in apoc. 10, 3 'accipere' . . . 'libellum et comedere eum' -em significatam memoriae est mandare (*rec. Hier.* -e sibi facta). VVLG. Is. 6, 13 *quod reliquum est* convertetur et erit in -em sicut terebinthus.

4 *de oratione, sermone sim.*: **a** *argumentantis, probantis, explicantis sim.*: IREN. 1, 3, 6 (1, 1, 6 H.) ex evangelicis . . . tentant -es facere ([*gr.* ἀποδείξεις]. 5 praef. ex apostolicis epistulis). 1, 14, 8 (1, 8, 9) -em . . . affert ab iis qui *eqs.* ([*gr.* ἀπόδειξιν *ut* 1, 20, 3 = 1, 13, 2 H. ORIG. in Matth. 17, 22 p. 645, 7]. 2, 30, 5 [2, 46, 4]. *cf.* 3 praef. inferemus). 2 praef. 2 oportet . . ., quoniam neque fuerit . . . neque sit *Bythus*, accipere -em. 2, 14, 8 (2, 18, 7) horum nec -em nec testimonia . . . habentes (3, 21, 3 [3, 25, 1] manifestam . . . ex . . . scripturis [4, 24, 1 = 4, 38, 1]. *cf.* 4, 34, 5 [4, 56, 4] adhibere). 2, 30, 9 (2, 47, 2) quod . . . per plurima ostendimus velut liquidissimis -bus. 3, 11, 7 (3, 11, 10) de illis. *al.* PS. ORIG. in Iob 1 p. 385[A] post quorum omnium disputationem atque -em. FORT. Aug. c. Fort. 1 ex tua doctrina et ex tua expositione et -e poterunt . . . scire nostram conversationem. LIB. gener. a. 334 chron. I p. 89, 9 -o pasche. 90, 20 per -em . . . liquidum secundum veritatem historie inquirere. 90, 23 incipientes a genesi iuxta verbum -em. BOETH. anal. pr. Arist. lat. 34a 4 (rec. Flor.) -o non ex sumptis propositionibus (*gr.* δεῖξις *ut* 45a 35 [rec. Flor. et Carn.]. *al.*). herm. sec. 2, 7 p. 170, 7 difficilior procedit -o, quae per huiusmodi exempla proponitur. ORIG. in Matth. 12, 20 p. 113, 11 proficiens in ipsa -e

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*gr.* τῷ δεικνύναι). 113, 21 ex rationabili -e (*gr.* λογικῆς δείξεως). *al.* b *significantis, designantis, nominantis sim.*: Hil. trin. 8, 30 in his ... divisionum virtutibus non incerta doni huius (*sc. spiritus sancti*) -o est. 12, 10 nonne significatio, qua ex utero genuit *deus*, verae nativitatis -o est? Hier. in Is. 2, 5/6 (*respicitur 2, 2* mons domus domini) post ... -em montis domini ... hortatur eos *propheta*. Avell. p. 210, 13 inspirati sunt ... consubstantialem trisagion appellare, quoniam probatio trinitatis est et divinae ratiocinationis -o. Conc.S I 5 p. 72, 39 quae (*sc. gr.* σχηματισμόν *et* σχῆμα) nos ostentationem et habitum dicere possimus, ut ostentatio deceptoria sit, habitus vero naturae omnis -o. 174, 15 vocabulum ad -em corruptibilis ... naturae. Cassiod. hist. 1, 14, 35 ad -em supernae et antiquae divinitatis eius haec *verba* congruunt. 1, 16, 5 ab initio ingenitum eum dicere -em quandam praebet, quasi ex substantia paterna sit natus (*gr. Theodoret. 1, 6, 6* ὑπόφασίν τινα). in psalm. 133, 2 l. 55 'ecce' *ponitur* ... ut ... articularis praestaretur -o (*sim. cum vi demonstrativa*: Theod. Mops. in psalm. 7, 15 p. 41, 4 'ecce', ut velut digito extento ... indicare videatur, illud etiam tali -e contingens *eqs.*). *al.* c *docentis, praecipientis*: Ps. Ambr. act. Seb. 15, 49 unum deum in coelis didici -e Christianorum. Cassiod. Ios. antiq. 3, 107 Moses eos ... mensuram *tabernaculi* secundum -em dei ... edocebat ([*gr.* ὑποθήκην]. 11, 336 *Alexander* sacrificavit deo s. sacerdotis -em [*gr.* ὑφήγησιν]).

5 *de facultate ostendendi ut munere spiritali*: Vvlg. Dan. 5, 12 interpretatio somniorum et -o secretorum ... inventae sunt in eo.

II *usu peculiari in script. sacr. ad reddendas voces gr. vel hebr.*: **A** *παράδειγμα, ὑπόδειγμα*: Itala exod. 25, 9 (Ottob.) facies mihi, secundum quod ego tibi demonstro in monte hoc, -em omnium vasorum eius (*gr.* παράδειγμα, *Vulg.* similitudinem). Hebr. 8, 5 (Orig. in Matth. ser. 14 p. 28, 32) in -e et umbra futurorum (*gr.* ὑποδείγματι, *Vulg.* exemplari; *in seqq. affert exod. 25, 40. cf. vol. V 2, 1323, 81 sqq.*). Chrysost. hom. I 927A habes omnium -es, in quem volueris portum confugito (*spectat ad 926D* si impius es, cogita publicanum, si immundus es, attende meretricem *eqs.; Migne gr. 55, 578* πάντων τὰ ὑποδείγματα). **B** *δήλωσις, δῆλοι, quibus vocibus LXX vertunt hebr.* 'ûrîm, *rem ad cognitionem oraculorum pertinentem (cf. Kautzsch, Realenc. für prot. Theol. 20, 329 sqq.; Reicke-Rost, Bibl.-hist. Handwörterbuch III 1966, 2066 sq.)*: Itala lev. 8, 8 (Wirc.) et inposuit super eum logium -em et veritatem et inposuit mitram in capud ([*gr.* δήλωσιν, *Vulg.* doctrina, *cf. vol. V 1, 1784, 40 sqq.; Lugd.* manifestationem, *cf. vol. VIII 304, 28 sqq.; cf. exod. 28, 30 apud Aug. quaest. hept. 2, 117* demonstrationem, *v. vol. V 1, 501, 24 sqq.*]. III Esdr. 5, 40 Weber [=Vvlg.] donec exsurgat pontifex indutus in -em et v. [*gr.* ἐνδεδυμένος τὴν δήλωσιν]). I reg. 14, 41 (Sangerm. 3) si in me ... haec iniquitas est, da -em (*gr.* δήλους, *Vulg. om.; antea*: da indicium; *cf. Kautzsch loc. cit. 331, aliter* Greg. M. *ad l.*).

III *appendix locutionum vel structurarum (afferuntur notabiliora, cf. et p. 1137, 18 sqq.)*:

A *locutiones cum praepos. plus minus adverbiales*: in: Itala Rom. 3, 25 (*cum acc., v. p. 1138, 33. cf. p. 1138, 63*). Maximin. c. Ambr. 130 *filius* qui in -e genetricis potentiae posset *eqs.* Vict. Vit. 3, 35 in -e cunctorum extentis *sabanis*. Greg. M. moral. 2, 89 quae in -e virtutis dantur. ad (*cf. l. 12 et p. 1138, 14*): Itala Rom. 3, 26 (*v. p. 1138, 34*). Iren. 3, 11, 7 (3, 11, 10 H.) *euangelio* utentes ad -em coniugationum suarum. 3, 16, 6 (3, 17, 6). 5, 5, 2 (5, 5, 3). Avx. Maximin. c. Ambr. 43. Heges. 5, 27 (*gr. 6, 42* διά). Hesych. in lev. 22, 26/28 p. 1078C. 23, 1/3 p. 1080D. 23, 17 p. 1087D Conc.S I 5 p. 174, 15. Vict. Vit. 2, 9 ad -em totius civitatis (*cf. Blaise, Rev. Ét. Lat. 26, 1948, 65*). Greg. M. moral. 15, 16 (*v. p. 1138, 25*). Theod. Mops. in Eph. 6, 17 (*gr.* εἰς παράστασιν). in Phil. 3, 5 Orig. in Matth. ser. 10 p. 19, 3 Act. Archel. 33, 10. 58, 9. per: Lib. gener. a. 334 chron. I p. 90, 20.

B *pendent structurae*: 1 *enuntiata cum* quoniam Iren. 2 praef. 2, quemadmodum Iren. 2, 17, 9 (2, 22, 3 H.), ut Hesych. in lev. 23, 1/3 p. 1080D, quia Hesych. in lev. 23, 17 p. 1087D, quasi Cassiod. hist. 1, 16, 5 (*v. supra l. 14*), quod Theod. Mops. in Phil. 3, 5. 2 *acc. c. inf.*: Iren. 3, 3, 3 est plenissima haec -o unam ... fidem esse.

deriv.: ostensionalis.

ostēnsiōnālis, -e. *ab* ostensio. *i. q. ad ostensionem pertinens, pompaticus sim., t. t. militaris ut vid.*: Lampr. Alex. 33, 3 milites, quos -es vocant, non pretiosis, sed speciosis claris vestibus ornabat.

***ostēnsīvus,** -a, -um. *ab* ostendere, *cf.* (de)monstrativus. [*falso olim legebatur* Epist. pontif. Thiel Gel. tract. 3, 23 = 670 Schwartz p. 99, 15, *qui exhibet* ostentativa.] *i. q.* δεικτικός (*respondet in gr.*): Boeth. anal. pr. Arist. lat. 41 a 33 (rec. Flor. et Carn.) syllogismus (45 a 24. *al. apud eundem*). 62 b 29 sqq. differt ... quae est ad impossibile demonstratio ab -a ...; -a autem *eqs.* *accedit gen.*: Boeth. elench. soph. Arist. lat. 172 a 12 non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque -us ullius *eqs.*

adv. ***ostēnsīvē.** *i. q.* δεικτικῶς (*resp. in gr.*): Boeth. anal. pr. Arist. lat. 29 a 31 (rec. Flor.) aut ... -e aut per impossibile clauduntur omnes *syllogismi*. 40 b 25 (rec. Flor. et Carn.) aut -e aut ex hypothesi. 45 a 26. *al. apud eundem.*

ostēnsor, -ōris *m.* *ab* ostendere, *cf.* extensor *sim.* Gloss. δείκτης. *i. qui ostendit (accedit gen. obi. praeter l. 13. 14)*: **1** *de variis hominibus et Christo*: Tert. apol. 11, 8 frugis novae auctor *Lucullus*, quia -r (*antea*: primus cerasia ... promulgavit). Iren. 3, 11, 4 (3, 11, 8 H.) cuius *virtutis* testis et -r invenitur Iohannes (Ps. Avg. serm. 196, 5 gloriosi agni dignus -r. *cf. de apostolis*: Pass. Paul. 12 doctor salutis ac veritatis et aeternae vitae -r. Pass. Thom. p. 150, 24 luminis aeterni -r). Epist. pontif. 251 Turner, Journ. Theol. Stud. 1, 1900, 556 magister quia -r vitae ([*sim.* Isid. orig. 7, 2, 36 magister, quia -r]. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 13, 4 -r v., ... itineris boni -r. *cf. alia de Christo*: Ps. Avg. serm. 217, 5 -r meus, defensor meus. *in imag. medici*: Isid. sent. 1, 14, 8 non ... -r tantum vulneris, sed et sanator). **2** *de rebus*: Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. ed. Froben I 948B sapientia illa, quae est -r omnium artium. *de digito indice*: Oribas. syn. 7, 20, 18 Aa p. 155 expremere cartellagines narium ... duobus digitis maiore et -e (*gr.* τῷ λιχανῷ).

ostēnsus *v.* ostentus.

ostentābilis, -e. *ab* ostentare. Gloss. ἐπιδεικτικόν. *i. q. quo ostentatur (de vi instrumentali v. Leumann, Adj. auf -lis, 110)*: Cassiod. inst. 2, 2, 11 sicut Fortunatianus dicit, quinque generibus *enthymematum* explicatur *rhetorica argumentatio*: convincibili, -i, sententiali, exemplabili, collectivo (*inde* Isid. orig. 2, 9, 9. *cf. Fortun. rhet. 2, 29 p. 118, 33* δεικτικόν). 2, 2, 13 -e (*sc. enthymema*) est, quod certa rei demonstratione constringit (*inde* Isid. orig. 2, 9, 11).

adv. **ostentābiliter.** Gloss.L Plac. E 41 exerte: indissimulanter atque -r; exerti autem dicuntur, qui virtutem suam exerunt et in promptu habent.

ostentāculum, (-ī) *n.* *ab* ostentare, *vox ficta fortasse sec.* sustentaculum (*cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 65*): Not. Tir. 12, 22 (*sequuntur* sustentat, sustentaculum).

ostentāmen, -inis *n.* *ab* ostentare. **1** *i. quod ostentat, indicat sim.*: Itala II Thess. 1, 5 (Tert. scorp. 13 p. 174, 23) *in pressuris* sustinetis -n iusti iudicii dei, ut digni habeamini regno eius, pro quo et patimini (*gr.* ἔνδειγμα, *aliae vers.* exemplum, *Vulg.* in exemplum). **2** *i. q. ostentatio, iactantia sim.*: Prvd. psych. 204 vilibus instructam nullo -e telis *humilem mentem* (Schol.: iactantia).

? **ostentāneus,** -a, -um. *ab* ostentus (ostendere), *cf.* opertaneus, subitaneus (*v. Leumann, Indogerm. Forsch. 40, 1922, 118*). *restituitur ab Schmeisser, Gercke* Sen. nat. 2, 49, 1 -a (dentanea *trad.*) *fulmina*, quae speciem periculi sine periculo afferunt; *cf.* ostentatorius (Serv. auct.).

ostentārius, -a, -um. *ab* ostentum (ostendere). *i. q. ad ostenta pertinens*: **1** *pro subst. de quibusdam Etruscorum libris ostentorum interpretationes continentibus (de re fusius agit Thulin, Die etrusk. Disciplin III 1909, 76 sqq.)*: Macr. Sat. 3, 7, 2 liber Tarquitii transcriptus ex -o Tusco. 3, 20, 3 Tarquitius ... Priscus in -o arborario sic ait: *eqs.* **2** *pro adi. de mirabili manifestatione numinis divini*: Mart. Cap. 2, 151 *numina* plerumque ... quaerentes admonent vel sideris cursu vel fulminis iaculo vel -a novitate.

ostentātīcius, -a, -um. *ab* ostentatus (ostentare), *cf.* obventicius *sim.* *i. q. ostentatus*: Tert. virg. vel. 3, 6 cur non . . qu[a]erantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam -ae virginitatis?

***ostentātio,** -ōnis *f.* *ab* ostentare. *de notione*: Non. p. 189, 12 (*cf.* Gloss. V 649, 14) venditationem veteres pro -em (-e *var. l.*) posuerunt. Gloss. δεῖξις. ἔνδειξις. ἐπίδειξις. *legitur inde a* Rhet. Her., Cic., Caes., *sc. in oratione soluta; occurrit sing. exceptis locis p. 1142, 41. 1143, 3 allatis.* [*confunditur in codd. cum* ostensio (-tio) *e. g.* Petron. 17, 2 Plin. nat. 29, 10. Itala Phil. 1, 28 (Ambrosiast.). Sol. 3, 5, adsentatio Plin. epist. 1, 8, 17, obtestatio Vita Caes. Arel. 1, 15; *cf. per restitutionem* Amm. 16, 12, 68, *ubi trad.* obtestationemque.]

i. q. actus vel effectus ostentandi (indicatur, quid ostentetur per gen. obi. passim, per enunt. p. 1142, 78; quis ostentet, per gen. subi. rarius, v. e. g. p. 1141, 34. 35. 66. 1142, 64, ceterum v. p. 1141, 46 sqq. et p. 1142, 41. 63): **I** *praevalente notione prae se ferendi, cum industria demonstrandi (saepius de actione vel habitu eius, qui se ipsum ostentat, cf. infra l. 81)*: **A** *de gloriatione, iactatione, amplificatione, pompa (syn.* Vlp. dig. 13, 6, 3, 6 Macr. Sat. 1, 11, 1 Cod. Theod. 9, 17, 5, 1) *vel quolibet studio placendi (in sermone, habitu, factis sc. hominum praeter p. 1141, 15)*: **1** *in peiorem partem (sc. opponitur aestimationi veritatis et fidei)*: **a** *vario usu*: Rhet. Her. 4, 1, 1 quod videatur esse -o quaedam non satis habere praecipere de artificio, sed etiam ipsos videri velle artificiose gignere exempla; hoc est ... ostentare se, non ostendere artem. 4, 50, 63 sermo ... huius consumitur omnis in -e. 4, 51, 64 gloria atque -e (*v. vol. VI 2, 2084, 68 sqq., adde* Cic. Verr. II 3, 3 Cluent. 11). Cic. de orat. 2, 31 quod nulla mihi -e videris esse usurus (*seq.* non

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gloriose). 3, 45 sono ipso vocis ita ... simplici est, ut nihil -is aut imitationis afferre videatur *Laelia*. rep. 4, 7 blanditiam, -em, ambitionem. ac. 2, 65 aut -e aliqua adductus aut studio certandi. 2, 72 *sophistae* appellabantur ii, qui -is aut quaestus causa philosophantur. Lael. 86 virtus ipsa contemnitur et venditatio quaedam atque -o esse dicitur (PLIN. nat. 29, 25. *cf.* GELL. 5, 14, 3 fortassean vitio studioque -is sit loquacior, est enim ... in praedicandis doctrinis sui venditator. *v. et p. 1140, 61*). off. 1, 44 quae *beneficia* proficisci ab -e magis quam a voluntate videantur (*antea*: gloria ductos). NEP. Att. 17, 3 ut iis *philosophorum praeceptis* ad vitam agendam, non ad -em uteretur. SEN. contr. 9 praef. 1 numquam -is declamavit causa. SEN. epist. 16, 3 non est philosophia populare artificium nec -i paratum. 40, 8 cum illum *oratorem* ... -o abstulerit. PLIN. nat. 10, 108 columbis inest quidam et gloriae intellectus; ... plaudere in caelo varieque sulcare; qua in -e *eqs.* 14, 4 *reges* in -e has praeferebant opes *artium.* 20, 208 haec *adduntur mixturae* -e, simplex ... salubritas papavere et melle constat. 29, 10 videbamus senes consulares usque in -em (ostentionem *var. l.*) rigentes *aqua frigida.* 37, 7 ut omnes musicae artis hac (*sc. gemmarum*) quoque -e censerentur. *al.* QVINT. inst. 1 prooem. 4 circa res etiamsi necessarias, procul tamen ab -e positas. 1, 4, 5 *ars grammatica*, quae ... plus habeat operis quam -is. 4, 2, 122 quibus *temporibus* omnis ad utilitatem potius quam ad -em componebatur oratio. Ps. QVINT. decl. 16, 2 p. 292, 2 (*syn.* iactationem). TAC. Agr. 18, 5 per -em et officiorum ambitum (*postea*: in vanitatem). PLIN. epist. 1, 22, 5 magnitudo animi, quae nihil ad -em, omnia ad conscientiam refert. 7, 17, 3 *historia* non -i, sed fidei veritatique componitur. GELL. 4, 1, 19 non per -em *allata*, sed indidem nata. 5, 12, 13 Vergilium ... multae antiquitatis hominem sine -is odio peritum. APVL. apol. 19, 6 divitias magnas administrant sine -e, sine superbia. ARNOB. nat. 1, 47 non ut se vana -e iactaret (1, 59 p. 55, 1 sophistica. 7, 43 p. 399, 14. HIER. hom. Orig. in Luc. 29 p. 118, 10 vana. AVG. in psalm. 66, 3 divitiarum. PALLAD. hist. mon. I 13 virtutis). *al.* *de vana doctrina*: PLIN. nat. 18, 321 *Vergilius* Democriti secutus -em (*cf. 7, 189* Democriti vanitas. *28, 118* loquacitates). 23, 52 modum excesserat medicorum in his -o. ARNOB. nat. 3, 11 *dei aegre sustinent* ignominiosa cum -e proponi (*cf.* 3, 36 cum ... per vos ... omnis gens numinum sub -e tollatur ingeniorum atque doctrinae) **b** *accedit adi.* (*nom. propr.* CAES.; *v. etiam l. 30 sqq.*): RHET. Her. 4, 38, 50 adrogans. CIC. part. 60 puerilis (AVG. doctr. christ. 2, 31, 48). rep. 1, 24 insolens (parad. 42). fin. 4, 68 gloriosa (FIRM. err. 4, 2. *cf. infra l. 62*). off. 2, 43 inani (*cf. p. 1142, 8*). CAES. Gall. 7, 53, 3 Gallicam. VAL. MAX. 9, 1 ext. 3 eximia. SEN. epist. 59, 15 vana. PLIN. nat. 36, 75 otiosa ac stulta (NICET. psalm. 13 p. 80, 10 B.). QVINT. inst. 4, 3, 2 declamatoria. APVL. met. 5, 10, 4 inmodicae. PANEG. 4, 5, 3 speciosa. ARNOB. nat. 3, 11 ignominiosa. *al.* **c** *accedit gen.* (*v. etiam supra l. 32 sq.*): *obi. vel explicat.* (*fere rei, hominis l. 51 sq., metonym. l. 55*): CIC. Rab. Post. 40 vectorum. orat. 2, 333 ingenii (FIRM. err. 28, 3. *cf. etiam l. 37. 67*). part. 60 memoriae. Tusc. 2, 11 scientiae (*cf.* SEN. epist. 59, 15 studiorum liberalium. GELL. 15, 30, 1 litterarum). CAES. civ. 1, 4, 3 sui (PANEG. 4, 37, 2 PS. AVR. VICT. epit. 14, 6. *v. etiam infra l. 78. cf.* SEN. epist. 31, 10 tui). LIV. 26, 19, 3 earum *virtutum.* VELL. 2, 98, 3 agendi. VAL. MAX. 9, 1 ext. 3 opum regiarum (PLIN. nat. 35, 62 earum *o. cf.* 36, 75 pyramides ... regum pecuniae ... -o). CVRT. 5, 6, 3 luxus. PLIN. nat. 14, 139 virium. 27, 85 rei. 29, 25 artis. 33, 25 pretiosioris ... suppellectilis. TAC. dial. 19, 3 multarum divisionum. APVL. apol. 66, 6 facundiae (*cf.* MACR. Sat. 1 praef. 1, 4 eloquentiae. 1, 11, 1 loquendi). TERT. patient. 1 p. 2, 10 sapientiae. *al.* *inhaerentiae*: FIRM. math. 3, 5, 33 iactantiae. APON. 3 p. 65 ad -em laudis humanae.

2 *in bonam partem* (*hic illic vergit in notionem q. e. gloria*): CIC. Flacc. 52 ubi illa magnifica et gloriosa -o civitatis? (*sunt qui in malam partem interpretentur*). PLIN. nat. 35, 101 a quibus initiis ad arcem -is opera sua pervenissent. FIRM. math. 1, 7, 40 virtutes eius *Reguli*, quae propria -e lucebant. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 13 p. 800 chiliarchorum ... -o (*gr. 5, 503 φιλοτιμία*). ENNOD. epist. 8, 11, 3 p. 208, 13 pro ingenii tui (*sc. Aratoris*) -e.

B *de simulatione, specie* (*cf.* SYMM. epist. 1, 1, 6 omnis ... -o non caret suspicione mendacii; *distingui videtur a simulatione* CIC. off. 2, 43): CIC. leg. agr. 1, 23 consulem veritate, non -e popularem (fin. 2, 77 ut in fronte -o sit, intus veritas occultetur. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 16, 1 non carnis veritatem, sed -em solam falsae visionis). SEN. dial. 9, 17, 1 multorum vita ... ficta, -i parata. FRONTIN. strat. 1, 8, 12 Cariam se petere simulavit ...; per hanc consilii -em *eqs.* TAC. ann. 2, 82, 3 passim silentia et gemitus, nihil compositum in -em. AVG. c. Fel. 2, 6 (*ex scripturis apocryphis*) speciosa figmenta et -o simulata. MACR. somn. 1, 2, 1 genus hominum veri ignarum sub peritiae -e (-em *var. l.*). CONC.S I 5 p. 72, 29 sq. addit ... ad -em sui massam suscepisse dei verbum, id est, ut habitu ... inveniretur ut homo, -e deus (*cf. ibid.* 34 ad -em deitatis suae). *ibid.* 39 quae (*sc. gr. σχηματισμός et σχῆμα*) nos -em et habitum dicere possimus, ut -o deceptoria sit, habitus vero naturae omnis ostensio (*antea*: σχηματισμός ..., ubi non veritas, sed praestigiae, quo ad fallendos sensus aliqua adsumitur simulatio vel pigmentum). ORIG. in Matth. ser. 24

p. 40, 21 -em virtutum habentes, vere autem sunt inimici earundem virtutum, quas simulant (*antea*: simulatores).

i. q. ad ostium pertinens: **I** *masc. pro subst. i. q. ianitor, custos sim.*: **A** *aedificiorum variorum*: **1** *apud auctores* (*v. et p. 1151, 46*): VARRO rust. 1, 13, 2 si -us est nemo. ALF. dig. 32, 61 (*apud Paulum*) quaesitum est, an et is, quem postea ex his textoribus -um fecisset, legato contineretur (*cf.* VLP. dig. 33, 7, 12, 42 [*ex Papin.*] -i ... continebuntur *legato*). VITR. 6, 10(7), 1 ab ianua ... faciunt ... ex altera *parte* -is cellas (*cf.* PETRON. 29, 1 -i cella [37, 8. 77, 4]). FEST. p. 364 -i impedimenta tintinnire audio (*memoriter ex Afran. com. 392, ubi* ianitoris, *cf. vol. VII 1, 132, 10*). SEN. benef. 3, 28, 5 ad ostium alicuius -i. dial. 2, 14, 1 quidam ... contumeliam vocant -i difficultatem. 2, 14, 2. 2, 15, 5 limen vacuum et ab -is liberum. 5, 37, 2 -o causidici alicuius aut divitis. PETRON. 28, 8 in aditu ... ipso stabat -us prasinatus, cerasino succinctus cingulo. 64, 7 *canis* admonitus ... -i calce. PLIN. nat. 12, 64 custodes satellitesque et -i et ministri *regum sacerdotumque*. SVET. rhet. 27 L. Voltacilius Plotus ... dicitur ... -us vetere more in catena fuisse. VLP. dig. 33, 7, 12, 9 -um mulionemque instrumenti esse constat. ITALA Marc. 13, 34 (codd. a k *al.*) -o praecepit, ut vigilet (*gr.* θυρωρῷ, *Vulg.* ianitori). Ioh. 10, 3 (cod. b *al.* = VVLG.) huic *pastori* -us aperit (*gr.* θυρωρός. *ad Christum referunt* AVG. in euang. Ioh. 46, 3. PASS. Petr. 15 p. 38, 16 S. tu ostium ovile et -us). PORPH. Hor. carm. 3, 14, 23/4 si tardius ... ab -o admittatur. SCHOL. Hor. epist. 1, 5, 31 (atria servantem ... clientem) ut silentio veniat fallens -um. AVG. civ. 4, 8 p. 156, 18 D. unum quisque domui suae ponit -um. in psalm. 103 serm. 4, 10 l. 11. 16. 24. PASS. Theclae 18 A p. 45, 7 venit ad -um ...; dedit ... -o (-ae *Ca*, ianitori *Bc*; *gr.* τῷ πυλωρῷ). PASS. Thom. p. 142, 6 utinam mererer -us in isto *palatio caelesti* fieri. ACT. Petr. 9 (*bis*). *tropice*: AVELL. p. 200, 19 haec ... vox est porta inferi et aeternus -us mortis (*gr.* πυλωρός). **2** *in inscr. et pap.* (*fere titulus officialis cuiusdam; v. etiam supra l. 18 sqq.*): CIL VI 3996 Cerinthus C. Caesaris -us (XIV 201 C. -o). 6227 Menander L., -us ab amphitheatr(o). 8962 decurio -orum. XIII 6405 -u(s) *S*⟨te⟩llatinian⟨us⟩ (*sic Mommsen*, ostia riv(i) *Zangemeister*). INSCR. Dessau 9074 c(enturioni) frumentario, canaliculario, -o praef. praet. INSCR. Année Epigr. 1949 n. 108 (*ex Africa*) laterculensi -o scrinario praeff. pr. *al.* PAP. Corp. 145 IV 3.

B *aedium sacrarum*: **1** *templi Hebraeorum* (ISID. eccl. off. 2, 15 ianitores templi. orig. 7, 12, 32 -i idem et ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi ...; dicti ... -i, quod praesint ostiis templi): ITALA II par. 23, 19 (Complut. *al.*) steterunt -i super portas domini (*gr.* πυλωροί, *Vulg.* ianitores). 31, 14 (*ibid.*) Core ... levita -us (-i *cod.*) secundum orientem (*gr. et Vulg. ut supra*). III Esdr. 1, 16 Weber (= VVLG.) -i per singulas ianuas *templi*. 5, 46 sacerdotes et levitae ... et sacri cantores et -i. *al.* VVLG. I par. 9, 22 electi in -os per portas ducenti duodecim. 9, 24 per quattuor ventos erant -i (-a *cod. unus*). *al.* ISID. eccl. off. 2, 13, 2 nec psalmistis nec -is ... attingere licebat munera altaris.

2 *ecclesiae, monasterii sim. Christianorum* (*ad rem v. Leclercq, Dict. d'Arch. Chrét. et de Lit. s. v. portier, ubi invenies etiam plures*

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inscr.): a *de ecclesiae ordine, gradu eiusque officiis*: Ps. HIER. epist. 12, 2 p. 152^{A} de secundo gradu ecclesiae, qui -orum ordo est: secundus -orum locus est, qui claves regni coelorum tenent (*de gradu cf.* LIB. pontif. p. 39, 11 ab -o per unoquodque grado . . . ad maiora. ISID. quaest. test. 46 sextus gradus -us). *ibid.* quae circa -os dei debet esse diligentia. SACR. Gelas. 745 M. -us quum ordinatur *eqs.* 748 tit. praefatio -i: '*eqs.*'. LVP. EVPHRON. epist. 66^{C} -us in imo officio constitutus, si uxorem aliam acceperit. REGVLA mag. 30, 27. 53, 45 -is ipse maior lavet pedes. BENED. reg. capit. 66 de -is (-o *var. l.*, portarius *cod. unus, cf. 66, 2. 5*) monasterii (VITA Eugen. rec. vet. ed. Mombr. p. 394, 3. *al.*). MART. BRAC. canon. 23, 1 poenitens . . . inter -os . . . deputetur. *iuxta ponuntur alii gradus ut* lector, exorcista, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus: RVFIN. hist. 6, 43, 12 (*gr. 6, 43, 11* πυλωροῖς). COD. Theod. 16, 2, 24 presbyteros . . . adque exorcistas et lectores, -os etiam *eqs.* (LVP. EVPHRON. epist. p. 68^{A}). LIB. pontif. p. 35, 2. 39, 12. CANON. Dionys. Exig. p. 55, 28 a presbitero usque ad diaconos et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas et -os (*gr. Mansi 2, 567^{D}* θυρωρῶν). CANON. Turner II 3 p. 330 rec. F. CONC. Narb. a. 589 l. 98 tam subdiaconus quam -us. LVP. EVPHRON. epist. p. 66^{B} de clericis . . . bigamis usque ad -os (*sim. inter clericos q. d. enumeratur*: IVLIAN. epit. novell. 5, 1 *constitutio* iubet clericos . . . hoc numero definiri, ut LX . . . presbyteros . . . et C -os ecclesia habeat [*sed v.* NOVELL. Iust. 3, 1, 1 *infra*]. ISID. orig. 7, 12, 3. *a clericis distingui videtur* NOVELL. Iust. 3, 1 pr. clericos et mulieres diaconissas et -os. 3, 1, 1 ut sit omnis numerus . . . clericorum . . . in quadringentis viginti quinque et insuper centum existentibus his qui vocantur -i. *cf. l. 37*). NOVELL. Iust. 3 pr. presbyteros . . . et . . . subdiaconos et rursus cantores atque lectores et -os. SACR. Greg. 79, 5 MART. BRAC. canon. 44, 1. b *exempla varia*: AVG. conf. 6, 2, 2 cum ad memorias sanctorum . . . panem et merum adtulisset atque ab -o prohiberetur *eqs.* (GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 165, 11 ab -is prohibita atque occisa est *alauda*). EVGIPP. Sev. capit. 10 (*10, 1* aedituus). 16, 2 -um, Maternum nomine. *in inscr. et pap.* (*v. etiam p. 1150, 18 sqq. 84*): INSCR. christ. Diehl 1288 (CIL XIII 3789) hic quiescit Vrsatius -us, qui vixit an(nos) LXVII. 2349 Martini clerici et -i istius ecclesie corpus. PAP. Marini 119, 131 sqq. signum Costilanis -i . . . Basilicae Gothorum; signum Gudelevi -i . . . Basilicae Gothorum (*sim. ibid. passim*). INSCR. christ. Ferrua 20227.

C *civitatis* (*sc. sanctae Hierusalem*): QVODV. (?) acced. ad grat. 2, 11, 12 suscipiam illic (*i. ante sanctam Hierusalem*) libens etiam officium -i.

II *fem.*: A *subst. i. q. ianitrix*: 1 *domuum variarum*: ITALA II reg. 4, 5 (Greg. M. moral. 1, 49 = VVLG. *pars codd.*) -a domus qurgans triticum obdormivit (*gr. 4, 6* ἡ θυρωρός. *cf.* GREG. M. *ad l.* puem *Isboseth* et scriptura sacra non in domo -um, sed -am habuisse testatur). Ioh. 18, 16 (cod. a *al.* = VVLG.) discipulus alius . . . dixit -ae et introduxit Petrum (*quae sequuntur v. sub B; gr.* τῇ θυρωρῷ. *huc spectant* AMBR. in Luc. 10, 75 quem intromisit -a et interrogavit -a Iudaeorum. Ps. AVG. serm. 79, 3 non solum puella, sed -a, vile . . . abiectumque mancipium. EXC. barb. chron. I p. 281, 118. ORIG. in Matth. 12, 40 p. 159, 7 in conspectu ancillulae et -ae [*gr.* θυρωροῦ]). PASS. Theclae 18 Ca p. 45, 7 (*v. p. 1150, 61*). CIL VI 6326 Optata Pasaes -a. 2 *monasterii*: NOVELL. Iust. 133, 5 pr. haec per reverentissimas -as agentes (*gr.* θυρωρῶν).

B *adi.* (*appos. intellegi potest in* ITALA, *sed vix concedimus apud* GREG. M.): ITALA Ioh. 18, 17 (cod. a *al., cf.* VVLG.) dicit . . . ancilla -a Petro (*gr.* ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρός. *antea subst. v. sub A1; huc spectant* GREG. M. moral. 17, 48 non ab ancilla tantummodo, sed ab -a . . . a. *ibid. iterum.* in euang. 30, 8. TRANSIT. Mar. [rec. B2] 12).

III *neutr. pro subst.*: A *i. q. vectigal ab ostiis sumptum* (*cf. Cic. fam. 3, 8, 5* ostiorum . . . sumptus): CAES. civ. 3, 32, 2 columnaria, -a, frumentum, milites, arma . . . imperabantur. ? B *i. q. ostiarii officium* (*nisi masc. cf. vol. VII 1, 637, 16*): EPIST. pontif. Thiel p. 363 si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis -um (*sic potiores codd.; var. ll.*: ostiarii . . . ministerium, ostiarii . . . officium, ostiarium officium) possit implere.

ōstiātim *adv.* *ab* ostium. *de orig.*: DON. gramm. IV 385, 15 *adverbia veniunt* a vocabulo ut ostium -m (*sim.* AVG. gramm. V 517, 16 CLEDON. gramm. V 62, 23 POMPON. gramm. V 243, 5 PRISC. gramm. III 75, 4. 474, 7). *scribitur* host- *saepius in codd.* (*cf. vol. VI 3, 3049, 53*). *de usu*: CHAR. gramm. p. 270, 28 B. (*ex Romano*) -m vicatim Cicero. GLOSS.^{L} I Ansil. os 91 IV dub. Plac. R 8 ripatim: . . . ita . . . dicimus . . . quasi vicatim, quasi [h]ostiatim, quasi minutatim. *legitur inde a* CIC.

i. q. per singula ostia: 1 *proprie*: CIC. Verr. II 4, 48 hic nolite expectare, dum ego haec crimina agam -m, ab Aeschylo Tyndaritano istum pateram abstulisse, a Thrasone . . . patellam *eqs.* II 4, 53 qui . . . per potestatem uno imperio -m totum oppidum conpilaverit. SEN. dial. 6, 16, 3 quod si tibi vis exempla referri feminarum, . . . non -m quaeram; ex una tibi familia duas Cornelias dabo. APVL. met. 2, 2, 2 dum . . . -m singula pererro. 3, 3, 5 cum . . . cunctae civitatis -m singula considerans circumirem. CYPR. epist. 44, 3 -m (*om.* P^{1}) per multorum domos vel oppidatim per quasdam civitates discurrentes. PANEG. 3, 21, 4 quisquis . . . capere magistratum voles, . . . nullas -m potentum aedes obito. LACT. inst. 2, 14, 12 adhaerent . . . singulis hominibus et omnes -m domos occupant *daemones* EVTR. 10, 1, 2 privatorum . . . argento -m petito. HIER. epist. 60, 16, 1 -m stipes mendicavit. OROS. hist. 5, 1, 6 hostem ultro -m inquietantem . . . repellere. 2 *in comparatione*: QVINT. inst. 5, 10, 122 scrutanda singula et velut -m pulsanda *argumenta*. 3 *translate i. q. singulatim*: VOPISC. Car. 17, 7 quicumque -m cupit noscere, legat etiam Fulvium Asprianum . . . gestorum eius universa dicentem.

? **osticinum.** *originis et notionis incertae.* PELAGON. 310 -um (host- *trad.*) conterito minute et apponito in plagam *venae* (*v. Ihm adnot. p. 179 sq., qui confert* osticium).

ōsticium quia ex usto est ISID. orig. 19, 28, 9 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. os 90); *v.* usticium.

[**ōsticus** (ὠστικός), *in lexicis quibusdam allatum, ex vocabulo q. e.* ossea (MARCELL. med. 15, 61) *in ed. Stephuni (a. 1567) typis depravatis expresso ortum esse videtur.*]

ōstīgo, -inis *f.* [*vix improbaveris eos, qui vocem cum* 1. os *coniungunt et sec.* mentigo *formatam esse putant. Sch.*] *i. q. morbus agnorum q. e. mentigo* (*dub. an huc pertineat* ORIBAS. syn. 5, 10 Ab ustio, *cf. Svennung, Unters. Pallad. 600, 2; v. etiam* oscedo *p. 1100, 71*): COLVM. 7, 5, 21 est . . . mentigo, quam pastores -em (host- *k*) vocant, mortifera (*inde* PALLAD. vet. med. 32, 13).

ostīle *v.* ustile.

ostilinam GLOSS.^{L} I Ansil. os 92 (*sine interpretamento*). *obscurum.*

ōstiolum, -ī *n.* *ab* ostium *deminutive* (*inter deminutiva enumerant* VIRG. gramm. epit. 5 p. 28, 19 GRAMM. suppl. 71, 5). host- *saepe in codd.* PAVL. FEST. p. 84 foreculae, id est -a. GLOSS. II 330, 3 θυρίδιον. [*ex *ust-: val.* uşor '*postis*'; *it.* usciolo; *raet. occ.* išoel '*ianua pensilis*'; *prov. vet.* usol; *cat. vet.* uxols '*laqueus venatoris*'; *hisp. vet.* ucera *et port.* ichó '*instrumentum, quo animalia captantur*'. *cf. M.-L. 6116. Battisti-Alessio V 3963. Wartburg VII 438. Corominas V 659. Machado^{2} II 1248. St.*] *i. q. ostium parvum*: COLVM. 8, 14, 1 *chenoboscii* aditus singulos firmis -is munitos. PETRON. 96, 1 ansa -i rupta. 136, 4 ad casae -um processi. PLIN. nat. 19, 125 -a (urtiola *E*) olitoria ex iis *caulibus lactucae facta* (*cf. Theophr. hist. plant. 7, 4, 5* θύραις). HIER. in Am. 3, 13–15 l. 397 eo quod -a habeat per fenestras *domus*. VVLG. III reg. 6, 31 in ingressu oraculi fecit -a de lignis olivarum postesque angulorum quinque et duo ostia de lignis olivarum (*sim. in Hebraeorum templo*): Ezech. 41, 24 in duobus ostiis ex utraque parte bina erant -a). Dan. 14, 20 *templi Bel* abscondita -a, per quae ingrediebantur. MIRAC. Steph. 2, 2, 6 -a memoriae impulsa patefecit. CASSIOD. var. 5, 42, 9 tribus, ut ita dixerim, dispositis *in circo* -is (osteo-, obstaculis *var. ll.*) paratam in se rabiem provocare praesumunt in patenti area cancellosis se postibus occulentes (*cf. ad l. Mérimée, Rev. Arch. 7, 1850, 618 sqq.*).

? **ōstitor** (host- *trad.*): ianitor, portitor GLOSS. V 601, 34. *ab* ostium, *si fide dignum.*

***ōstium,** -ī *n.* [*coniunctio cum* 1. os *notione firmatur (cf. gr.* στόμα *et alia); litteram -t- affixam et aliae linguae cogn. praebent, cf. ind. vet.* óṣṭha- *m. n.* '*labium*', *lituan.* úostas, uostà '*ostium*'; *formatione et sensu proxime accedit russ.* ust'je. *Sch.*] *de orig.*: SERV. Aen. 6, 43 Vitruvius . . . -um dicit, per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab obstando dictum (CASSIOD. in psalm. 140, 3 ISID. orig. 15, 7, 4 GLOSS.^{L} Corp. o 274). PRISC. gramm. III 474, 7 -um quoque inde (*sc. ab* '*os*') derivatur. *scribitur* aust- CIL I^{2} 2216. oste- (*cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 5 -ium, non -eum): ITALA gen. 19, 6 (Lugd.). exod. 33, 10 (*ibid.*). Ezech. 41, 24 (Wirc.). Matth. 6, 6 (cod. k). 27, 60 (codd. bd). *et saepius in codd.; in tit.*: ACT. Arv. a. 218 I 27. *al.* CIL VIII 14807. 14810. ust- *in var. ll.* HIER. epist. 16, 1, 1 MARCELL. med. 28, 37 GREG. TVR. Franc. 1, 6. 2, 37. 4, 46. 7, 22. host- *in codd. saepissime, e. g. in cod. A* PLAVT. Mil. 352 Most. 768. 795. *al.* VERG. Aen. 1, 14 (*M*). 1, 400 (*R*). 8, 667 (*R*); *in tit.*: CE 1806, 2. *litt. graecis*: GLOSS. Klio 13, 1913, 57 ὀστι[σ]ουμ. *cum apice*: R. GEST. div. Aug. 26 óst- (*bis*). CIL XIV 4506, 6 ó. *notatur in tit.* o CIL XIV 4500. 4502 (*ter*). 4505, 6. 4506, 6; ost CIL VI 10050, 13 (*post a. 124*). XIV 4505, 7. 4506 (*ter*). INSCR. Notiz. Scavi 1919 p. 336 n. 73. NOT. Tir. 55, 39. 100, 40. *de formis: gen.* ostiei LEX par. fac. Put. (CIL I^{2} 698) 1, 10, osti CIL VI 9189, 7; *acc.* -u CIL VI 25359, 7. *formae primae decl.: acc. pl.* -as ITALA I Macc. 12, 38 (rec. L), *abl. sg.* -a IORD. Get. 5, 31. 33, 167; *sed inter formas secundae decl. generis neutri enumerant* EXC. Bob. gramm. I 554, 20 Ps. ASPER gramm. V 585, 11 GRAMM. suppl. 41, 21. *cf. p. 1153, 2.* *de notione et diff.*: *de introitu domus sim.*: PAVL. FEST. p. 184 illi *Graeci* -a θύρας dicunt. SYNON. Cic. p. 424, 33 foris. -um. fores. -a. ianuae. valvae. fenestrae *eqs.* SERV. Aen. 1, 449 (*distinguitur a* fores *et* ianua) cetera intra ianuam -a vocantur generaliter, sive valvae sint, sive fores: quamvis usus ista corruperit (*inde* ISID. orig. 15, 7, 4). AVG. in euang. Ioh. 46, 4 quid est . . . -um? qua intramus. ISID. diff. 1, 32 inter aditum et -um: aditus, quibus admittitur; -um, quo excluditur. 1, 308 inter ianuam et -um: ianua est aditus primus in domum, -um in quemlibet locum domus. 1, 413 -um, quod aperitur.

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gloss. θύρα. introitus, portas. *de exitu fluminis*: Char. gramm. p. 125, 6B. -a exitus fluminum in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur, sed si urbem significare voles, singularem potius numerum observabis; quamvis Sallustius frequenter etiam plurali numero urbem significet (Serv. Aen. 1, 400 proprie -a dicuntur e. f., sed modo abusus est, quia plerumque -a ipsa pro portu sunt [*cf.* 5, 281 'subit -a' portus . . . ideo, quia e. f. frequenter portus efficiunt]. Serv. auct. Aen. 3, 688 -a . . . aut litora sunt, aut e. f. in mare, aut introitus portus. Isid. orig. 14, 8, 43 nat. 44, 5 Gloss. IV 545, 20. *al.*). Exc. Bob. gramm. I p. 554, 20 ἐκβολή (Gloss. II 547, 72 III 246, 36). Gloss. II 438, 22 στόμιον. *legitur inde a* Plavto, Caecil. (*v. p. 1154, 17*), Ter., Lvcil. (*p. 1154, 11. 22*), Afran.; *ceterum v. vol. VII 1, 134, 20 sqq.* [*vocabula romanica fere omnia e forma* ust- *orta sunt: val.* ușă; *it.* uscio; *raet. occ.* eš, iš, üš, *or.* us; *francog. vet. et med.* uis, huis, *var. francog. dial.; prov. vet.* uis, *var. francoprov., prov.; hisp. vet.* uzo. *cf. M.-L. 6117. Battisti-Alessio V 3963. Wartburg VII 437 sqq. Corominas IV 659. St.*] [*loco dubio*: Afran. com. 426 ⟨stip⟩ite hostium (stipite -um impulit *Scaliger*). *per falsam translationem*: Chiron 455 (*v. Oder ad l.*). *confundi videtur cum* ustio (*cf. p. 1152, 62*): Oribas. syn. 7, 30 add. Aa p. 172 post -um (9, 40 [70] add. Aa 343 p. -o [ustim *Ab*]).]

I *de aditu vel exitu aedificiorum aliorumque locorum interiorum, clausorum, circumsaeptorum sim., fere i. q.* fores, ianua, θύρα (*quae vox in graecis fere respondet*). *dicitur et de introitu sim. generaliter et de tabulis, quibus clauditur* (*e. g. l. 60. p. 1154, 8.*; duo -a *p. 1155, 33 sqq.*; *cf. etiam iuncturas* -um reserare *sim.*, pultare *sim.*), *et de lumine, ore sim.* (*e. g. v. infra p. 1155, 10. 40. 48 sqq.*). *accedit abundanter gen.* portae: *v. vol. X 2, 1, 32 sqq.*, ianuae: Itala iud. 19, 26 (Lugd.). act. 12, 13 (cod. g = Vvlg.); *iuxta pos.* ianua: *v. vol. VII 1, 134, 11.* fenestra (*syn. p. 1154, 63*): Lex par. fac. Put. (cil I^2 698) 2, 13 Varro rust. 1, 4, 4. 2, 7, 10. 3, 5, 3. *al.* Plin. nat. 30, 89 Ivlian. dig. 6, 1, 59 Gaivs dig. 19, 2, 25, 2. *plur. pro sing. apud poetas saepe, e. g.* Catvll. 61, 231 Moret. 15 Hor. sat. 1, 1, 10, *in prosa oratione* Apvl. met. 3, 21, 3 Itala iud. 19, 27 (Lugd., *sed* Vvlg. *sing.*). Vvlg. Sirach 28, 28. *p. 1155, 82 sqq.*

A *proprie*: **1** *de aditu rerum arte factarum*: **a** *profanarum*: α *aedium, domuum*: ① *exempla varia selecta* (*fere de prima ianua domus*): Plavt. Bacch. 585 alieno viris tuas extentes -o. Curc. 363 -um ubi conspexi *eqs.* Rud. 762 si attigeris -um *eqs.* Ter. Eun. 603 pessulum -o obdo. Afran. com. 415 inscribat aliquis in -o: *eqs.* Sisenna Miles. frg. 4 quid nunc -um scalpis? Cic. Verr. II 5, 118 carceris (Tusc. 5, 13. Sen. dial. 5, 37, 3 durissimum. *al.*). har. resp. 22 vis . . . servorum . . . ⟨e⟩ fornicibus -isque omnibus in scaenam . . . inmissa inrupit. fam. 3, 8, 5 *exactionem* capitum atque -orum. Varro rust. 1, 4, 4 quo spectent porticibus, -is ac fenestris *villae*. Sen. benef. 3, 28, 5 -um alicuius ostiarii. 6, 34, 1 ut -o suo propius adsideas. epist. 12, 3 iste . . . ad -um admotus. Plin. nat. 28, 49 cardinibus -orum (Marcell. med. 28, 37). 30, 89 in loricis -orum. Ivlian. dig. 6, 1, 59 habitator in aliena aedificia fenestras et -a imposuit (*sim. in praeceptis iuris consultorum*: Gaivs dig. 19, 2, 25, 2 -a fenestrasve . . . corruptas. Vlp. dig. 19, 2, 19, 4. 30, 41, 9). Apvl. met. 4, 10, 3 manum . . . ad -i tabulam offigit. Tert. coron. 13 l. 60 quantos deos . . . -is diabolus adfinxerit (*cf.* idol. 15 p. 48, 6 -orum deos. *ibid.* 48, 14 daemonas -orum praesides. *sim. al.*). Itala gen. 19, 10 (Lugd., *cf.* Vvlg.) -um domus (19, 11 [Lugd., *Vulg.* foris]. iud. 19, 27 [Lugd., *cf.* Vvlg.]. Esth. 5, 1 [cod. 86 = Vvlg.]. *al.* Vvlg. exod. 12, 22. III reg. 14, 27 d. regis. *al.* Rvfin. hist. mon. 16 p. 437^B. *al.*). iud. 9, 52 (Lugd., *cf.* Vvlg.) usque ad -um turris (II Macc. 14, 41 [recc. LX, *Vulg.* ianuam]. 14, 43 [recc. LX = Vvlg., *gr.* θυρωμάτων]). prov. 26, 14 (Aug. spec. 7 p. 68, 6 = Vvlg.) sicut -um vertitur in cardine suo. *al.* *in re amatoria de amatae ianua quasi animata*: Plavt. Curc. 15 proxumum illud -um⟨st⟩ oculissimum (*Paul. Fest. p. 189*, occlusissimum *codd.*). 16 -um occlusissimum. 19 quid . . . rogitas, valeatne -um? :: bellissimum . . . vidi et taciturnissimum; numquam ullum verbum muttit; cum aperitur, tacet.

Ⓘ *conclavis, cellae aliarumque partium interiorum* (*exempla certiora*): Cic. S. Rosc. 65 -o *conclavis* ([*inde* Val. Max. 8, 1 absol. 13]. Edict. praet. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10). Catvll. 61, 231 *thalami*. Moret. 15 clausae (clausa *var. l.*). Vitr. 6, 4(3), 6 latitudines -orum (eorum *vel* earum *trad.*) *atrii*. Sen. benef. 6, 34, 1 intra domum . . ., in qua . . . multa sunt -a. Petron. 94, 7 cellae (98, 2. *cf.* Svlp. Sev. dial. 2, 13, 1 cellulae [Pallad. hist. mon. I 10 p. 284^C]). 134, 3. Mart. 11, 104, 13 post -a servi. Apvl. met. 3, 21, 3 per . . . rimam -orum. Itala iud. 3, 23 (Lugd.) -a superioris ([Vvlg. cenaculi]. *cf.* 3, 24 [Lugd.] -a superiora [*Vulg.* fores cenaculi]). IV reg. 9, 3 (Ps. Aug. spec. 119 p. 657, 18 = Vvlg.) -um *cubiculi* (*cf.* Is. 26, 20 [Hier. epist. 22, 26, 1 = Vvlg.] intra in cubicula tua, claude -um tuum [*sim.* Matth. 6, 6 cod. k *al.*, *cf.* Vvlg.]. Marcell. med. 23, 50 in -o splenitici ante cubiculum). *al.*

Ⓘⓘ *iuncturae potiores*: Ⓐ *verbales*: ① *per nom.*: Plavt. Cas. 813 crepuit (Pseud. 131 Sen. epist. 80, 1 Petron. 99, 5. *cf.* Plavt. Men. 348 concrepuit [523 Ter. Andr. 682 Hec. 521 Phorm. 840]). Q. Cic. pet. 44 patere (Fest. p. 344 Vvlg. Iob 31, 32. *al.*). ② *per acc.*: *aperire sim.*: Plavt. Amph. 1020 aperit (Aul. 350 Bacch. 582 Capt. 108. 830 Cas. 779 Curc. 21 Men. 108 Truc. 663 Ter. Haut. 276 Ad. 634. *al.*). Lvcr. 3, 366 reclusa. Moret. 15 reserat (Petron. 96, 2). Petron. 98, 2 effractum (Gaivs dig. 47, 2, 55, 4 Inst. Iust. 4, 1, 11. *cf.* Salv. gub. 7, 91 effractores . . . -orum). *al.* *claudere sim.*: Plavt. Most. 425 occlude (Hier. vita Pauli 9. *cf.* Catvll. 61, 231 claudite [Petron. 63, 8. *al.*]). Truc. 386 operite (Ter. Haut. 906 Phorm. 816). Ter. Eun. 763 obsera. Petron. 94, 7 adduxit. Ivv. 9, 105 iunge -a. *pultare sim.*: Plavt. Most. 936 pultare (Pseud. 604 Ter. Haut. 410 Ad. 637. *cf.* Hor. sat. 1, 1, 10 pulsat [Petron. 92, 1 Tert. praescr. 8 l. 25 Itala act. 12, 13 cod. g, *cf.* Vvlg.]). Lvcil. 843 caede. Petron. 16, 1 impulsum (99, 5). *alia*: Plavt. Merc. 408 occentent (Persa 569). Mil. 352 observare (399). ③ *per praepos.*: ante (*hic illic verbum omittitur*): Plavt. Asin. 151 loquar. Bacch. 451 astantem (Truc. 175. *cf.* Ter. Andr. 474 stare [Hec. 428 Eun. 843]). Capt. 1005 erus eccum a. -um. Cist. 669 obiecit. Men. 276 ambulant. 674 evocate. Most. 795 opperitur (Ter. Eun. 895). Persa 758 accipere. Pseud. 1202. *al.* Caecil. com. 117 erimus. Ter. Andr. 362 solitudo a. -um. 507 referetur . . . puer. Eun. 267 *eum* video. 975 praestolare. *al.* ab: Plavt. Aul. 46 regredere. Cist. 659 sustuli. Merc. 477 omnia . . . auscultavi. Cic. de orat. 2, 276 quaerenti. ad: Plavt. Bacch. 768 adambulabo. Merc. 132 adire. Most. 768 astat. Lvcil. 842 qui prope ad -um aspiraverint. *al.* extra: Ter. Phorm. 876 intellegere e. -um, intus quae . . . egerint. Cic. Tusc. 5, 13 relinquitur. Petron. 63, 6 procucurrit. in: 'in -is esse' *i. q. prope esse*: Itala Marc. 13, 29 (cod. q *al.* = Vvlg.) scitote, quod in proximo est in -is *filius hominis* (*aliae vers. cum Matth. 24, 33* in ianuis). act. 5, 9 (cod. g, *cf.* Vvlg.) in -o sunt. Ⓑ *nominales* (*sc. per adi.*): Plavt. Curc. 15 oculissimum (*v. p. 1153, 62*). Mil. 329 recto (*cf. Bacch. 711* recta porta. *p. 1155. 63*). Stich. 450 posticum (*cf.* Pavl. Fest. p. 220 p. -um dicitur in posteriore parte aedium. *nisi* p. *subst. ut: Plaut. Most. 931 Hor. epist. 1, 5, 31*). Plin. nat. 34, 13 aerata.

β *urbis* (-um portae *l. 43.*, *distingui videtur* porta *l. 35 et* Vvlg. IV reg. 23, 8): Inscr. Année Epigr. 1973 n. 225 (*Vibone; saec. I a. Chr.*) -a in portas faciend⟨a⟩ (*agitur de muris reficiendis*). Itala gen. 19, 1 (Ps. Cypr. cena 13) Loth iuxta -um (*gr.* πύλην, *Vulg.* in foribus civitatis, *aliae vers.* ad portam Sodomorum; *cf. Hass, Studien zum Heptateuchdichter Cyprian, Diss. Berlin, 1912, 10*). II par. 8, 5 (Complut. *al.*) civitates munitas muris et -is (*gr.* πύλαι, *Vulg.* portas). Tob. 13, 17 (Complut.). Is. 45, 2 (Barnab. 11, 4, *gr. LXX* θύρας, *Barnab.* πύλας, *Vulg.* portas). I Macc. 12, 38 (rec. X) inposuit illi *urbi* -a et serras in -is (*gr.* θύρας, *rec. B et Vulg.* portas). Vvlg. I reg. 21, 13 inpingebat in -a portae (III reg. 22, 10 iuxta -um p. Samariae. Greg. Tvr. Franc. 1, 6 portarum -a . . . ex aere . . . formata. CE 1806, 2 [*si hoc recte rettulimus ad psalm. 126, 1*]).

γ *variarum rerum*: Plavt. Most. 1046 -um, quod in angiportu est horti (*cf.* Varro ling. 5, 146 hortorum. Colvm. arb. 18 [*pomarii ut*: Vvlg. Dan. 13, 17. 18. 20. 25. 36]). Lex par. fac. Put. (cil I^2 698) 1, 10 *in pariete areae* -i lumen aperito (*eiusdem areae*: 2, 13). Varro rust. 2, 4, 14 in haris (*item in stabulis sim.*: 2, 7, 10 *stabulorum*. 3, 5, 3 aviarii [*ibid. iterum.* 3, 5, 5]. *al. apud eundem.* Itala Ioh. 10, 1 [cod. d *al.* = Vvlg.] intrat per -um in ovile [*aliae vers.* ianuam *ut* 10, 2; *cf. explicationem parabolae p. 1156, 17*]). CIL VI 10223, 4 (*saec. I*) Ti. Claudius Aug. lib. Ianuarius curator de Minucia die xiiii -o xlii (*pertinet ad frumentationem publicam ut* 10224 b 5 frumentum accepit die x -o xxxix. 10225, 4. XIV 4500, 13 [*a. 168. alternat cum* tabula *ut* 4502 *a. 175.* 4505, 7 *a. 182/3*]. *al.* Origo Rom. chron. I p. 144, 24 [= Svet. frg. p. 320, 7] *ut XLV* -a ad frumentum publicum constitueret *Servius Tullius. ad rem v. Rostowzew, RE VII 177 sq.*). Fronto p. 84, 3 v. d. H. -um balnei fervens. Itala gen. 6, 16 (Aug. loc. hept. 1, 16 p. 510, 1 = Vvlg.) arcae (7, 16 [Rufin. Orig. in gen. 2, 1; *Vulg. aliter*]. 8, 6 [Ambr. Noe 17, 61; *gr.* θυρίδα *vel* θύραν, *Vulg.* fenestram. *cf.* Hier. quaest. hebr. in gen. p. 13, 17 pro -o fenestra scripta est in hebraeo. Rvfin. Orig. in gen. 2, 1 p. 26, 15. *al.*]. Alc. Avit. carm. 4, 423 -a fortia *a.* Arator act. 1, 1034. *in comparat.* Qvodv. [?] prom. 1, 7, 11 ex suo latere tamquam per -um a. . . . sanguinem fuderit *Christus*). 18, 1 (Aug. trin. 3, 11, 25, *cf.* Vvlg.) tabernaculi (18, 2 [Aug. civ. 16, 29, *cf.* Vvlg.] procucurrit . . . ab -o t. 18, 10 [Rufin. Orig. in gen. 4, 4 p. 54, 2, *cf.* Vvlg.] post -um t. exod. 33, 10 [Lugd.; *Vulg.* fores]. *al.*; *cf.* Vvlg. num. 11, 10 tentorii). Vvlg. Dan. 3, 93 fornacis. *stadii vel carcerum circensium*: Stat. Theb. 6, 617 *Idas victor* ferit -a portae (*cf. 641* fores). Avson. 408, 11 p. 244P. -a quot . . . aperit stridentia circus. Cassiod. var. 3, 51, 4 bis sena . . . -a ad duodecim signa posuerunt; haec ab hermulis funibus demissis subita aequalitate panduntur. 3, 51, 7 non longe ab -is. CIL VI 10048, 6 (*post a. 146*) *auriga* missus -o (*indicatur numerus cursuum ut*: 10050, 13 [*post a. 124*]. Inscr. Autop. Vat. Väänänen 81, 4).

b *sacrarum*: α *variarum*: CIL I^2 2216 maceriem pinnas et -a de suo fecit Minervae. Vitr. 4, 6, 1 -orum . . . in aedibus . . . rationes. Pavl. Fest. p. 16 antae, quae sunt latera -orum. p. 157 ne uno amplius -o pateant *templa augurum* (*cf. Serv. auct. Aen. 4, 200* exitu). CIL VIII 14810 (*a. 166/169*) ⟨tem⟩plum cum arcu et porticibus et -is. Act. Arv. a. 218 I 27 (*bis*). 29. a. 219, 1. Alexandri A 7

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*syn.* ianuis). ITALA Bar. 6, 17 (Legion., *cf.* VVLG.) domus eorum (*sc. deorum*) muniunt sacerdotes -is et clausuris et seris (*gr.* θυρώμασι). Dan. 14, 13 (cod. 176 = VVLG.; *interioris partis templi Baal ut ibid.* 14, 17. 20). VITAE patr. Iurens. 120 M. *celebritas* templi, Gallica lingua Isarnodori, id est ferrei -i. CIL VIII 14807 arcuus cum camera signina et -o ... dono dedit. X 6679 et -a et fastus. INSCR. lat. Tun. Merlin 246, 5 statuam cum -is. *al.* β *sepulcrorum*: INSCR. Année Epigr. 1975 n. 47 (*s. II*) hydriam cum basi et -o cum postibu⟨s⟩. VLP. dig. 43, 24, 11, 2 si -um aveliat vel effringat. ITALA Matth. 27, 60 (cod. b *al.* = VVLG.) advolvit saxum ... ad -um monumenti (Marc. 15, 46 [cod. k *al.* = VVLG.]. 16, 3 [cod. k *al.* = VVLG.]. Ioh. 20, 1 [cod. f *al.*, *gr. et Vulg. aliter*]). Matth. 28, 2 (cod. q) revolvit lapidem ab -o (*gr. et Vulg. aliter*). GREG. TVR. glor. conf. 82 *sepulcri beati Maximi* (*inde* DYNAM. vita Max. 19a l. 519. 521 G.). PALLAD. hist. mon. I 1 p. 255^A illitum -um clausumque patefecimus. CIL VI 4710 in ossuario. 9189, 7 e regione -i parietis medi. 10275 ab -o introitus partem dexteriorem (*cf.* 17524, 4 ab titulo usque ad -um in introitu parte sinisteriori. 35077). 25359, 7 *aedicula* contra -u. INSCR. Notiz. Scavi 1919 p. 336 n. 73 post ost(ium). *al.* γ *tabernaculi sacri vel templi Hebraeorum* (*usu sacr. script.*): ITALA exod. 29, 4 (Lugd. = VVLG.) ad -um tabernaculi testimonii (*ibid.* 29, 11. 42. 37, 5 [*cf. Vulg. 36, 37* introitum]. *et saepius*). II par. 3, 7 (Complut. *al.*, *cf.* VVLG.) inaurabit domum et parietes eius et fenestrellas et portas et tigna et -a (*gr.* θυρώματα). 3, 8 (Complut. *al.*) fecit domum sancta sanctorum ... et fecit duo -a domus et inaurabit ea ([*gr. et Vulg. aliter*]. *ibid.* 4, 22 [VVLG. -a ... templi]. *ibid.* 29, 3 -a d. domini [*Vulg.* valvas. VVLG. I reg. 3, 15 I par. 9, 23]. VVLG. III reg. 7, 50 cardines -orum d. interioris sancti sanctorum et -orum d. templi). 4, 9 *ibid.* -a atrii et valvas eorum ([VVLG. -a in basilica]. VVLG. Ezech. 8, 7). 29, 7 (*ibid.*) -a templi ([VVLG. -a ... in porticu]. VVLG. Ezech. 8, 16. 41, 25). VVLG. III reg. 6, 32 in ingressu oraculi fecit ostiola ... postesque ... et duo -a de lignis olivarum. 6, 34 fecit ... in introitum templi postes ... et duo -a de lignis abiegnis altrinsecus et utrumque -um duplex erat et se invicem tenens aperiebatur (*cf.* Ezech. 41, 24 in duobus -is ex utraque parte bina erant ostiola). Ier. 38, 14 ad -um tertium, quod erat in domo domini. *al.* δ *ecclesiae, monasterii sim. Christianorum*: PEREGR. Aeth. 3, 4 cum ... pervenissemus ad -um ipsius ecclesiae (3, 7. 4, 2. 12, 3. 4). 24, 1 omnia -a Anastasis. 37, 3. HIER. epist. 60, 12, 2 sollicitus, si ... ianitor creber in porta *ecclesiae*, vela semper in -is. RVFIN. hist. mon. 8 p. 421^A ad -um monasterii (*cf.* PALLAD. hist. mon. II 7 p. 352^C per singula -a ingrediens monasteriola). PAVL. NOL. carm. 18, 325 *adyti S. Felicis. al.* *confessionis, cancellorum*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI b 46 in confessione -a argentea II cum clavi sua (BREV. de Hier. p. 153, 17 intras in Golgotha ...; habet -a a., ubi fuit crux domini exposita, de auro et gemmis ornata tota).

2 *de aditu rerum naturalium vel fabulosarum*: a *Acheruntis, Orci sim. variorumque specuum*: PLAVT. Trin. 525 Acheruntis (TRAG. inc. 76 alto -o A. [*loc. restit. Leo*]). VERG. georg. 4, 467 Taenarias ... fauces, alta -a Ditis (Aen. 8, 667 alta -a D. SIL. 13, 587 -a D. ... recludere. CE 99, 6 [*si recte suppl. Bücheler*]). Aen. 6, 43 in antrum, quo lati ducunt aditus centum, -a centum (*cf.* 6, 81 -a ... domus patuere ingentia centum). 6, 109 sacra -a pandas (*106* ianua). PAVL. FEST. p. 128 -um Orci, per quod animae ... manarent. SEN. Tro. 404 obsidens custos non facili Cerberus -o. SIL. 13, 422 pergit ... ad turbida portae -a Tartareae. ITALA Ios. 10, 18 (Lugd.) devolvite lapides ad -um speluncae ([*gr.* στόμα, *Vulg.* os]. II Macc. 2, 5 [rec. L *al.* = VVLG.] *speluncae*. VVLG. III reg. 19, 13 PALLAD. hist. mon. I 37 p. 325^B). VVLG. Iob 38, 17 portae mortis et -a tenebrosa. b *aliarum* (*de* COLVM. arb. 19, 2 *v. Lundström, Eranos 1, 1896, 45 sq.; quae imaginem ianuae servare putavimus, sub B afferre maluimus*): LVCR. 4, 94 nec recta viarum -a sunt, qua contendant exire coortae *emanationes rerum*. CIC. nat. deor. 2, 136 cum aspera arteria ... -um habeat adiunctum linguae radicibus. VARRO rust. 1, 51, 1 ne ... in rimis eius *areae* grana oblitescant et recipiant aquam et -a aperiant muribus ac formicis (*cf. de aditu cavernae muris* ROMVL. fab. 25, 5 rec. gall. ad -um domus *muris*). PRISC. perihег. 455 calida -a Thermopylarum (*gr. 438* στόμα).

B *translationes, imagines, allegoriae*: 1 *varia ratione*: VARRO Men. 581 qui Veneris -um quaerunt (*sensu obsceno*). SEN. nat. 4 praef. 6 adulationi nos non claudere -um, sed operire (ap- *trad.*), et quidem sic, quemadmodum opponi amicae solet. epist. 26, 10 liberum -um *carceris* habet *sapiens* (*sc. meditando mortem*). VAL. FL. 5, 307 ille *Iuppiter* movens ... magna -a belli (STAT. Theb. 5, 146. *cf. et vol. X 2, 5, 37 sqq.*). ITALA psalm. 77, 23 (cod. 136 Cas.) mandavit nubibus desuper et -a celi aperuit (*Vulg.* ianuas). AVSON. 332, 45 p. 27 P. (*de zodiaco*) coge, *anne*, secuturos bis sena per -a menses. HIER. hom. Orig. in Is. 4, 2 p. 260, 3 (*ad Is. 6, 4*) -um carnem et superliminare verbum nuncupari (*sim. in explicatione allegorica*: OP. imperf. in Matth. 13 p. 709 -um ... est sensus carnalis exterior). VVLG. Iob 3, 10 -a ventris, qui portavit me (*Hier. interpr. Iob* portas; *explicat* GREG. M. moral. 4, 47 -a quippe v. sunt desideria concupiscentiae. *cf.* HIER. tract. p. 390, 18 clausa erant -a [*Mariae ut*: ANTH. 494^C, 12 hospitii linquens -a clausa sui]). 38, 8 quis conclusit -is mare ...? (*Hier. interpr. Iob* portis; *sim.* 38, 10). eccles. 12, 4 claudent -a in platea *senescentes* (*subest comparatio hominis cum aedibus, ut -is respondeant aures.* HIER. *ad l. iungit cum Matth. 25, 10* clausa est ianua *et explicat*: -um doctrinarum. *cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366^D quasi quodam -o auribus imposito *vaporibus*). cant. 8, 9 si -um est *soror*, conpingamus illud tabulis cedrinis. 2 *de aditu vitae aeternae, gratiae, sapientiae, fidei sim.*: ITALA prov. 8, 34 (Ps. Ambr. apol. Dav. II 9, 47) advigilans meis (*i. Sapientiae*) -is ..., custodiens postes mei introitus (*gr.* θύραις ... εἰσόδων, VVLG. fores ... postes -i. *cf.* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 77, 20 -um sapientiae). Luc. 13, 24 (cod. e *al.*) elaborate introire per angustum -um (*Vulg.* portam). 13, 25 (cod. e *al.*, *cf.* VVLG.) incipiet pater familias ... cludere -um ... et incipietis foris stare et pulsare -um (*huc spectant* TERT. adv. Marc. 4, 30 p. 526, 2 AVG. gest. Pelag. 3, 11). Ioh. 10, 9 (cod. d *al.* = VVLG.) ego sum -um (*spectat ad p. 1154, 53; pendent* RVFIN. hist. 2, 23, 8. Orig. in cant. 2 p. 139, 3 -um se commemorat. *al. cf.* GREG. M. moral. 5, 45 *haeretici* ad hanc *gratiam* nequaquam per -um ingrediuntur ... deserto publicae praedicationis -o). act. 14, 27 (cod. e = VVLG.) quia aperuisset gentibus -um fidei *deus* (AVG. in euang. Ioh. 48, 5. *cf.* EVCHER. form. 9 p. 56, 3 -a: adapertio f. [*seq.* I Cor. 16, 9 *q. v. infra sub 3*]). apoc. 3, 8 (Primas. = VVLG.) dedi ... apertum -um, quod nemo claudere potest (*cf. ibid.* 4, 1 ecce -um apertum in caelo. APRING. *ad l.* patefactum evangelii sacramentum). TERT. praescr. 8 l. 25 (*ad Matth. 7, 7*) an qui scit se intus fuisse et foras actum, is potius pulsabit et -um ⌊novit⌋? (*del. Kroymann. cf. ad eundem locum* CYPR. epist. 11, 2 si ... pulsent -um preces. ORIG. in Matth. 17, 6 p. 594, 10). LACT. inst. 4, 29, 15 *Christus* -um vitae (AVG. in euang. Ioh. 120, 2 quodam modo v. -um *Christi latus*. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 10, 1 G. fides). HIER. epist. 36, 11, 1 aperuit mihi -um, qui habet clavem David (*ad Is. 22, 22*). AVG. perf. iust. 19, 40 -um misericordiae dei. *al.* CARM. ad senat. 43 vericolae penetravimus -a legis. FAVST. REI. spir. 1, 5 p. 108, 4 penetralia salutis, ... -um veritatis. CE 757, 2 cui deus pandad ⟨caelor⟩um -a summa. 3 *de aditu oris, sermonis*: ITALA psalm. 140, 3 (Hil. *ad l.* = VVLG.) pone ... custodiam ori meo et -um circumstantiae labiis meis ([HIL. *ad l. affert* Sirach 28, 28 ori tuo fac -um et seram. *item huc spectat* PROSP. in psalm. 140, 4 -o continentiae]. RVFIN. Orig. in lev. 14, 3 p. 481, 26 MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 4 p. 372/3). I Cor. 16, 9 (cod. d *al.* = VVLG.) -um ... mihi apertum est magnum (*de facultate praedicandi ut*: II Cor. 2, 12 [*ibid.*]. *cf.* PELAG. *ad l.* aditus vel oportunitas praedicandi). Col. 4, 3 (*ibid.*) ut deus aperiat nobis -um sermonis ad loquendum mysterium Christi (HIER. psalt. sec. Hebr. 119, 130 -um sermonum tuorum lucidum [*gr. 118, 130* δήλωσις *Vulg.* declaratio]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 1, 1 MART. BRAC. sent. patr. 25). BARNAB. 16, 9 (*allegorice*) -um templi nostri, quod est os sapientiae. VVLG. prov. 17, 19 (*spectat ad iactationem*) qui exaltat -um (os *vel* cor *var. ll.*) suum, quaerit ruinam. EVGIPP. Sev. 45, 1 (*de muto*) clauso oris sui -o. MART. BRAC. sent. patr. 44 linguae (*cf. Vitae patr. 5, 13, 5* ianuam). 4 *de aditu cordis, affectionis sim.*: ITALA apoc. 3, 20 (Primas., *cf.* VVLG.) ego sto ante -um et pulso. *ibid.* aperuerit mihi -um (*Vulg.* ianuam). HIER. epist. 22, 26, 3 (*ad cant. 5, 6*) cordis tui -a clausa (hom. Orig. in Is. 2, 2 p. 252, 26 apertis -is ... c. nostri. PETR. CHRYS. serm. 82 p. 431^B ab -o monumenti an c.? ENNOD. carm. 1, 9 praef. p. 532, 25 ad loquendi tempus -um c. aperitur. *al.; cf.* AVG. praed. sanct. 20, 41 in quorum *fidelium* ... cordibus). ENNOD. epist. 1, 9, 5 p. 19, 17 ab -o affectionis.

II *de aditu vel exitu fluminum, maris sim.*: A *de ore fluminum*: 1 *variorum*: a *vario usu*: SISENNA hist. 125 Marius -o Liris evehitur. CIC. Phil. 2, 26 in Cilicia ad -um fluminis Cydni (BELL. Alex. 64, 3 R. GEST. div. Aug. 26 Albis f. [*gr.* στόματος]. LIV. 10, 2, 6. 24, 40, 8. 16. *al.* MELA 1, 87. 114. 2, 65 PLIN. nat. 3, 140. *al.*). LVCR. 6, 715 sunt ... aquilones -a contra (*cf.* 725 *harena* possit ... oppilare -a contra). CAES. civ. 2, 1, 2 mare, quod adiacet ad -um Rhodani. BELL. Alex. 13, 1 erant omnibus -is Nili custodiae ... dispositae. R. GEST. div. Aug. 26 ab -o Rheni (*gr.* στόματος). VERG. Aen. 1, 400 pleno subit -a velo (*sim.* 5, 281). 3, 688 praetervehor -a ... Pantagyae. OV. met. 5, 324 septem discretus in -a Nilus (*cf.* MELA 2, 62 ut se per septem ... -a effundat *Padus*. VAL. FL. 8, 187 septem -a pandit *Hister. sim. al.*). LIV. 10, 2, 13 usque ad -um amnis (22, 19, 5 Hiberi a. 44, 6, 15 -um late restagnans Baphyri a. 44, 45, 14 CVRT. 10, 1, 11 MELA 3, 13 PLIN. nat. 3, 44. *al.*). 10, 21, 8 ad -um Liris fluvii. *al.*

b *cum determinationibus*: α *per adi.*: ① *varia notabiliora*: VERG. Aen. 6, 800 trepida (*cf.* RVT. NAM. 1, 280 trepidant -a). OV. am. 3, 6, 39 septena (SEN. nat. 4, 2, 12 CLAVD. carm. min. 27, 100). met. 2, 255 pulverulenta. SEN. nat. 3, 27, 10 maligno (*cf.* PLIN. nat. 6, 99 difficili). MELA 2, 8 tribus tenuibus, reliquis navigabilibus. VAL. FL. 5, 184 prima (8, 371). ⑪ *a nominibus propriis derivata* (Tiberinum *v. sub 2*): LIV. 45, 11, 11 Pelusiacum (MELA 1, 60. PLIN. nat. 5, 48 [*bis*]. 5, 64 MART. CAP. 6, 677. *cf.* LIV. 45, 12, 1 ad Pelusium). SEN. nat. 4, 2, 13 Heracleotico (PLIN. nat. 5, 64. 10, 94). MELA 1, 60 Canopicum (*al. v. Onom. vol. II 143, 54 sqq.*).

[*Teßmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ibid. Bolbiticum (*cf.* PLIN. nat. 5, 64 Bolbitino). *ibid.* Sebennyticum (PLIN. nat. 5, 64). *ibid.* Pathmeticum (*cf.* PLIN. nat. 5, 64 Pathmitico). *ibid.* Mendesium (*cf.* PLIN. nat. 5, 64 Mendesico). *ibid.* Cataptystum. PLIN. nat. 3, 120 Spineticum. 5, 64 Tanitico. *ibid.* Naucratiticum. VAL. FL. 6, 51 Tibisena.

β per subst.: Ⓘ *gen. nominis terrae, urbis (fluminis v. supra passim)*: CVRT. 4, 1, 29 Pelusii. PLIN. nat. 4, 79 Peuces. MART. CAP. 6, 675 Canopi. Ⓘⓘ *eodem casu* (*cf.* PLIN. nat. 3, 120 hoc ante Eridanum -um dictum est): PLIN. nat. 3, 121 -a ... Carbonaria. 4, 82 Pseudostomo ... -o.

2 *Tiberis*: **a** *adhibetur per sing.*: CIC. Manil. 33 ante -um Tiberinum (rep. 2, 5 FLOR. epit. 3, 9, 5). rep. 2, 33 ad -um Tiberis (FEST. p. 254 IVST. 43, 3, 4 VIR. ill. 5, 3). LIV. 29, 14, 11 ad -um amnis Tiberini. **b** *adhibetur per plur.*: *α nude ponitur* (*luditur cum nomine proprio; confusionem apud* SALL. *statuit* CHAR. *p. 1153, 2*): SALL. hist. frg. 4, 2 scaphas, quas ad -a ... miserant. OV. fast. 4, 291 -a contigerat, qua se Tiberinus in altum dividit (Ostia *plerique edd.*). VAL. FL. 7, 85 qui iam te, Tiberine, tuens ... nusquam -a ... videt (*vix* Ostia *ut mavult Langen*). PRVD. perist. 11, 151 -a linquunt (Ostia *Lavarenne*). *β accedit nom. propr.*: *per adi. q. e.* Tiberina: VERG. Aen. 1, 14 OV. met. 15, 728 LIV. 26, 19, 11 MELA 2, 121 PLIN. nat. 3, 38. 44. 81 TAC. ann. 15, 42, 2 AVSON. 385, 1 p. 104 P. PRVD. perist. 11, 40 CLAVD. 18, 404 MART. CAP. 6, 637. 644 SIDON. epist. 1, 10, 2. *per gen.*: HOR. sat. 2, 2, 33 amnis -a sub Tusci (SIL. 8, 362). LIV. 7, 25, 4 Tiberis -a. SIL. 17, 15 Tusci ... Thybridis ... ad -a. PRVD. c. Symm. 2, 938 ad -a Thybris.

B *de maris angustiis, fretis*: CIC. Manil. 33 intra Oceani -um (*i. Gaditanum fretum ut*: MELA 3, 90 PLIN. nat. 3, 75 FLOR. epit. 4, 2, 75. *cf.* MART. CAP. 6, 665 Gaditanum -um). Tusc. 1, 45 Ponti (OV. trist. 1, 10, 13 PLIN. nat. 4, 45. 4, 78. 5, 47. *al.* VAL. FL. 1, 716. 2, 574 Scythici. IVV. 4, 43. PRISC. periheg. 135 [*gr. 140 στόμα Βοσπόρου*]. *al.*; *cf.* PLIN. nat. 4, 92 *insulae* in Ponto ... XIIII ab -o). LIV. 26, 42, 8 huius in -o sinus (PLIN. nat. 4, 6 Corinthiaci s. 4, 97 eius *s. Cylipeni. cf.* MELA 3, 73 *s.* Persicus ... grande -um quasi cervice conplectitur. 3, 79 *s. Arabici* [PLIN. nat. 6, 163]). MELA 3, 76 pelagi. 3, 79 quae *frons* inter -a (*sc. Persici et Arabici pelagi*) ostenditur. PLIN. nat. 4, 75 sinus ab Hellesponto incipiens Maeotis -o finitur (4, 78 eius. MART. CAP. 6, 661. 662. PRISC. periheg. 293 Maeotidis [298]. *cf.* PLIN. nat. 4, 76 Maeotii lacus). LVCAN. 10, 515 libera ponti -a (PRISC. periheg. 697 Hyrcani ... p. [*gr. 729 στόμα*]). AMM. 23, 6, 10 cuius *Persici maris* -a ... angusta ([*syn.* angustiis]. IORD. Rom. 143 Lucrinus et Avernus quaedam m. -a [*sec. var. l. apud Flor. epit. 1, 16, 4* otia]. Get. 33, 167 m. Tyrreni. ANTH. 806, 14).

C *de aditu portus* (*cf. p. 1153, 6 sq.; accedit gen.* portus *praeter* LIV. 37, 28, 10): CIC. Verr. II 4, 118 in utriusque p. -um aditumque proiecta est *insula*. II 5, 80 propter ipsum introitum atque -um p. LIV. 24, 27, 8. 25, 30, 6. 36, 45, 6. 37, 11, 10 (*syn.* fauces *ut*: 37, 13, 8. 37, 14, 7 longum et angustum et vadosum -um p.). 37, 16, 5. 37, 28, 10 in arto -o. 44, 28, 4. AVSON. 417, 129 p. 282 P. ingressus ... sui celebrata per -a p.

deriv.: ostiarius, ostiatim, ostiolum, ?ostitor.

osto *v.* obsto.

ostocopus, -ī *m.*, ὀστοκόπος. *forma* stoco- *trad.* PELAGON. 190 CHIRON 240 (*bis*). *i. q. genus defectionis, defatigationis sim.* (*passionem leviorem quam συγκοπήν significare videtur* CHIRON): SER. SAMM. capp. 47 subitaneo dolori, febri atque -o. 886 -um (-on, osto potum *var. ll.*) lento conducit melle perungui. PELAGON. 34 de labore vel de -o talia eveniunt; ... qui de labore vel de -o supradicta signa habuerit (*Hippiatr. gr. I p. 3, 1 κόπον tantum ut* 190 ad -um; si equus aut nimia pletura oneretur aut defatigatione itineris). CHIRON 240 quod, *sc. συγκοπή*, contingit ex magno labore et cursu nimio ...; ex qua re et -us fiet, si aliquod levius in itinere laborans consudaverit (*Niedermann*; non s. *trad.*); ... est enim ⌊pars -us-prior sincopationis (*Oder*, paru stocopi *trad.*, parum -i *Heraeus in ed. Niederm. p. 68, ut* prior s. *fere idem sit quod* 'ante sincopationem').

? **ostomachion,** *abl.* -ō *n.*, ὀστομάχιον. *subst. dubiae fidei; codicibus lat. traditur fere forma* stoma- (*v. infra*), *quacum congruit opusculum Archimedis, quod in cod. gr. (sim. etiam in vers. arab.) inscribitur στομάχιον. quam vocem num coll. verbo lat.* stomachari *recte explicaverint Heiberg, Hermes 42, 1907, 240 sq., aliique Archimedis editores dubitari licet; contra nec sensus subst. ex ὀστοῦν et μάχη compositi prorsus arridet, cum hic ludus vix ad certaminis genus referri possit.*

de ludicro quodam geometrico, quod per eburneas lamellas exercetur (*loculus Archimedius appellatur Bass. gramm. VI 271, 26, Mar. Victorin. gramm. VI 100, 23; ceterum v. ad rem White in ed. Auson., 1919 [1968], I p. 395 sq.*): AVSON. 350, 6 p. 208, 42 P. *cento nuptialis similis est* ludicro, quod Graeci -n (osto- *vel* est(r)o- *exhibent codd. pauci saec. XV*, sto- *cett.*; *ὀστοματίων Salmasius, στομάτιον Scaliger*, ostomachian *Hummelberg*) vocavere; ossicula ea sunt: ad summam quattuordecim figuras geometricas habent; ... harum verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum. ENNOD. carm. 2, 133 tit. de -o eburneo (stomacio, stomac(h)o *trad.*).

oston *v. vol. VII 1, 2231, 4 et cf.* osta antropu. *Teßmer.*

ostra: testa graece GLOSS.[L] I Ansil. OS 98 (*ex Isid. orig. 12, 6, 52, v. p. 1159, 5*).

ostraceum (-ē-?), -ī *n.*, *cf. ad formam ὀστράκε(ι)ος, ad notionem ὀστράκιον. nomen conchae*: PLIN. nat. 32, 134 apud quosdam -um (*cod. B*, -cium *ceteri*) vocari quod aliqui onychen vocent.

ostraciās *m.*, ὀστρακίας (*vox gr. alibi non legitur*). *i. q. ostracites*: PLIN. nat. 37, 177 (*inde* 1, 37, 65) *v. l. 25. 26.*

ostracinus, -a, -um, ὀστράκινος. *i. q. testaceus*: ORIBAS. eup. 4, 16 Aa *medicamentum* reponis ... in vaso -o, id est de terra facto (syn. 7, 20, 14 Aa p. 154 [*La* testeo, *gr. ὀστρακοῦν*]).

ostracismus, -ī *m.*, ὀστρακισμός. *i. q. testarum suffragia*: NEP. Cim. 3, 1 testarum suffragiis, quod illi -on vocant, ... exilio multatus est (*in codd. varie scribitur litteris vel graecis vel latinis*). SCHOL. Cic. Bob. p. 142, 14 *Themistocles* -o [damnatus], quod erat aput Athenienses ⟨poenae genus⟩, proditionis ... damnatus (*Nep. Them. 8, 1* testularum suffragiis).

ostracītēs, -ae *m. (f. l. 28?) vel* **ostracītis** *f.*, ὀστρακίτης, ὀστρακῖτις. *scribitur* -chit- DAMIG., -git- DIOSC. 5, 172 tit. 1 *nomen lapidis vel gemmae*: PLIN. nat. 36, 139 -ae similitudinem testae habent; usus eorum pro pumice ad levandam cutem *eqs.* (1, 36, 31 -es. *inde* ISID. orig. 16, 4, 25 -es [*var. l.* -des] vocatus, quod similitudinem testae habeat). 37, 151 cadmitis *gemma* eadem est, quae -is vocatur (*var. ll.* quam -in [-im, -en] vocant), nisi quod *eqs.* 177 ostracias sive -is est testacea *gemma*, durior ceramitide, achatae similis, nisi quod illa politura pinguescit; *eqs.* (1, 37, 65 ostracias sive -is. *inde* ISID. orig. 16, 15, 16 -es, lapidosus colore, testacio durior; altera [*sc. gemma? var. l.* alter] achatae similis, nisi *eqs.* [*unde* GLOSS.[L] I Ansil. OS 99]). DAMIG. lapid. praef. p. 163, 1 lapides ad septem signa pertinent: ... lapis septimus, qui dicitur -is (-chit- *trad.*), Capricorni. DIOSC. 5, 172 tit. de lapide ostragiten (*gr. 5, 146 ὀστρακίτης*). 2 *genus cadmeae* (*cf. l. 23*): PLIN. nat. 34, 103 fiunt ex ea *cadmea q. d. placitis* duo alia genera: onychitis ... *et* -is tota nigra et e ceteris sordidissima, volneribus maxime utilis. DIOSC. 5, 95 dicitur alia *cadmea* -is, tenuis et nigra, colore terre aut testi habet (obstr- *trad.*; *gr. 5, 74, 1 ὀστρακῖτις. sim.* GALEN. alfab. ['de cadmia']).

ostracoderma, -ōn *n. plur.* (*f.* -ae *l. 43. 45*), ὀστρακόδερμα (*quod ubi respondet, non adnotatur*). [*e coni. dub.* APVL. apol. 35, 4 *pro* ostrea Pergami *Chodaczek, Eos 32, 1929, 283 sqq.*] *i. q. quaelibet animalia testis munita*: PLIN. VAL. 5, 13 pectines ... et omnia -a (ostracegena *trad.*) fugienda sunt *in cibis* (*restit. ex Alex. Trall. II p. 237*). 5, 16 ostragoderinas, id est astagines et ciretias et pectines, etiam cocleas comedant *aegroti* (*Alex. Trall. II p. 251*). ORIBAS. syn. 2, 34 Aa p. 109, 11 Mø. ('quae ... extrahunt') -e (*sc.* -ae?) omnes ostreae testas, saepiae ossa, ecini utrique usti, *eqs.* (La l. 12 -on omnia de ostriis, *eqs.*). 4, 2, 4 Aa p. 6 omnia -a (La: omnia, ut simpliciter dicam, quae sunt -a). 4, 5 Aa p. 8 ('quae crudus humores generant') carnes -on (hostraquodermon La), qui duras habentes carnes *eqs.* (4, 7. 4, 12, 3 Aa p. 11 -on c. duras [La: quae ostracodirme sunt]. 4, 30, 8 Aa p. 34 [*resp.* 4, 28 La p. 32 ostruacorme]. *cf.* 4, 13, 5 Aa p. 12 -on genus, quae molliores sunt carnibus, qualia sunt ostrea, modice nutriunt [La: de -a, ... quae mollibus sunt carnibus]. 4, 17, 6 La p. 20 porpore et cirices et aliorum -on [ostrearum ... pelles *Aa*], que duras habent carnes. 4, 27, 1 *et* 2 p. 28). 4, 28, 1 Aa p. 29 maritima pene omnia, quae a Grecis -a vocantur vel cocleas vocantur (La: -on coclee vocantur).

[ostracogenus *vix legendum* PLIN. VAL. 5, 13, *v. sub* ostracoderma, *sed cf. versionem latinam Alex. Trall. 1, 145* ab ostraco derivata.**]**

ostracum, -ī *n. vel* **ostracus,** -ī *m.*, ὄστρακον. *de origine* ISID., *v. infra sub 1. scribitur modo* os-, *modo* as-, *forma* ostrago GLOSS., *cf. l. 70. 82.* [*ab* astracum (*v. e. g. l. 70. 71*): *it.* lastrico *et var. dial.; raet. occ.* aštər; *francog. vet. et med.* astre, *francog.* âtre; *var. francoprov., prov., vasc.; var. dial. hisp. cf. M.-L. 6118. Battisti-Alessio I 341, III 2174. Wartburg VII 440 sqq. St.*]

1 *genus pavimenti* (ISID. orig. 15, 8, 11 -us est pavimentum testaceum eo, quod fractis testis calce admixto feriatur; testa enim Graeci ὄστρα dicunt. *sim.* 19, 10, 26): PHILVM. med. 1 p. 107, 2 sq. aut de creta in astraco (*var. l.* -go) calente facta ut supersedeat *aegrotus* aut de cimolea terra ... aut in astraco balneorum. ORIBAS. eup. 1, 6, 2 curabis ... eos calefaciendo per exercitationem et balneum, ita ut eum volvere facias in astracum balneum (*gr. ἐπὶ λίθου τινὸς ἐν τῷ λουτρῷ*). 2 *genus ollae vel patinae*: PHILVM. med. 2 p. 125, 19 *pisces* assantur in puro astraco ([*var. ll.* -ago, -ato, -uco]. ORIBAS. syn. 7, 8, 2 Aa vitis antiquae corticem assam in astraco [*La* in ulla, *gr. ἐπ᾽ ὀστράκου*]). 3 *testa animalium aquatilium nec non animal ipsum*: ORIBAS. eup. 2, 1 O 7 Aa -a cyrion et porfiron et ostrearum: -a (*La* cocleas, *gr. 2, 1 O 9 ὄστρακα*) cyricon et porfiron ustae desiccativa sunt virtute (*syn.* testas). ALEX. TRALL. 1, 145 omnia ab -o derivata fugienda sunt *in cibis* (*gr. II p. 237 P. ὀστρακόδερμα*). GLOSS. III 571, 32 ostrago i. testa. 585, 10 ostrago i. cyrian (*i.* cerycon, *cf. l. 78*) et porfiron (ostr⟨i⟩ago *vulgo utroque loco, sed recte obloquitur André, Rev. Phil. 30, 1956, 66*).

[*Bader*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ostrago *v.* ostracum.

***ostrea,** -ae *f. et* ***ostreum,** -ī *n.* [*e gr.* ὄστρεον. *fem. sine dubio e plurali ortum est; neutr. fortasse sec. gr. in sermone elegantiore restitutum, cf. l. 28. Sch.*] *originem graecam testatur* VARRO ling. 5, 77. *cf.* ISID. orig. 12, 6, 52 -a dicta est a testa, quibus mollities interior carnis munitur; Graeci enim testam ὄστρα vocant. *scribitur* hos- *passim in codd. medii aevi,* hus- ORIBAS. syn. 2, 13 La p. 100, 20 Mø. 2, 45 Aa p. 114, 4, us- ORIBAS. eup. 2, 1 O 7 Ab, -ri- EDICT. imp. Diocl. 5, 6 L. (*gr.* ὀστρίων). CLEDON. gramm. V 41, 24. 26. 27 *cod. Bern.* (*saec. VI–VII*). TRACT. in Luc. 5, 11 Migne suppl. 1, 340 *cod. Ambros.* (*saec. VI*), *et passim in codd. medii aevi; vox lat. litteris gr.* PAP. Oxyrh. 2660 frg. 1, 9 (*saec. I/II*). NOT. Tir. 113, 11 -a (130, 66). *de genere: doctrinae grammaticorum* (NON. p. 216, 5 sqq. *genus sive fem. sive neutr. testatur allatis aliquot exemplis*): CAPER gramm. VII 110, 17 '-a' et '-as', quia nullum animal speciale neutrum est (*eadem ratione neutrum damnant* CHAR. gramm. p. 72, 4 B. SERV. georg. 1, 207 'haec -a' et 'hae -ae' . . ., licet et Horatius dixerit [*affert* sat. 2, 4, 33] . . . et Iuvenalis [*affert* 6, 302] . . .; quos tamen possumus graece locutos accipere; ita enim dicunt τὸ ὄστρεον καὶ τὰ ὄστρεα). CLEDON. gramm. V 41, 24 '-a' si primae declinationis fuerit, . . . feminino genere declinabitur, ut ad animal referamus; si ad testam, '-um' dicendum est neutro genere . . ., quia dicit Varro nullam rem animalem neutro genere declinari (*similiter distinguunt* EXPLAN. in Don. gramm. IV 493, 20 ISID. orig. 12, 6, 52). *de prosodia*: -ea *per synizesin in fine hexametri* HOR. sat. 2, 2, 21 (*fortasse et* LVCIL. 328). *legitur fem. inde a* PLAVTO (*2*), TVRPIL. (*1*), AFRAN. (*1*), LVCIL. (*1*), MET. Pio ind. cen. (*2*), CIC. (*1*), VARRONE (*3*), MELA (*1*), PLIN. nat. (*12, neutr. 6 [fere cum respectu cibi vel medicamenti], ambigua 8*), *neutr. in dactylis* (*nom. acc. plur.* -a) *inde a* LVCIL. (*3*), VARRONE (*1*), OV. (*1*), *in prosa oratione inde a* CELSO (*2*), SEN. epist. (*5*), *formis inter fem. et neutr. ambiguis inde ab* ENN. (*2*), VARRONE (*1*), CIC. (*2*), HOR. (*2*). [*it.* ostrica; *francog.* huître; *var. prov., vasc.; cat.* ostia, ostra; *hisp. vet.* ostria, ostia; *port.* ostra. *cf. M.-L. 6119. Battisti-Alessio IV 2701. Wagner II 199. Wartburg VII 442. Corominas III 595. Machado² III 1720. St.*] [*confunditur in codd. cum* hostia IVV. 11, 49, *cum* bestia VEG. mulom. 2, 62, 2. *loco corrupto* APVL. apol. 35, 4.]

animal aquatile, i. q. ὄστρεον (GLOSS.; *quae vox ubi respondet, non adnotatur.* GLOSS. III 355, 73 -a: τήθεα. *enumeratur inter conchylia* [*a quibus distinguitur* PLIN. nat. 9, 52 *in Ponto* desunt . . . conchylia, cum -ae abundent] *e. g.* VARRO ling. 5, 77 HOR. sat. 2, 4, 33 VAL. MAX. 9, 1, 1, *inter pisces* APVL. apol. 39, 3 EDICT. imp. Diocl. 5, 6 L.; *fusius de -is agit* PLIN. nat. 32, 59–65 [*de generibus* 62 sq. AVSON. 398 p. 226–228 P.]. *ad rem v. Marx, RE II 2589 sqq., Blümner, Privataltertümer 188 sq.*): **1** *usu sollemni*: **a** *exempla varia* (*selecta inde a* PLIN.): PLAVT. Paras. med. frg. 3 addite lopadas, echinos, -as. ENN. frg. var. 35 ('Hedyphagetica') sunt . . . aspra -a plurima Abydi. scaen. 115 -is squamae *monstri marini* scabrent (*cf.* OROS. hist. 1, 3, 4 conchis et -is scabros *lapides* [*inde* ISID. orig. 13, 22, 2 concretos]). LVCIL. 1201 luna alit -a (*de eadem re*: CIC. div. 2, 33 -is . . . et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant. PLIN. nat. 2, 109. GELL. 20, 8, 3 [*verba Anniani poetae*] luna . . . nunc videlicet senescit; ea re -a . . . tenuis exuctaque est. *al.*). AFRAN. com. 142 -as marinas. MELA 1, 32 longe . . . a litore . . . spinae piscium muricum -arumque fragmenta . . . inveniri . . . narrantur (*sc. unde apparet diluvium quondam fuisse, cf.* PRISC. periheg. 437 finibus in mediis terrarum . . . videntur -a muricibus siccata latentibus esse [*Sol. 9, 9* reduviae conchyliorum]). PLIN. nat. 9, 40 integuntur . . . silicum duritia . . . -ae et conchae. 10, 195 tactūs sensus omnibus *animalibus* est, etiam quibus nullus alius, nam et -is (*cf.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 23 p. 70, 22 animal . . . insensibile, ut sunt -a vel conchilia vel echini . . ., quae vivendi animam habent, non etiam sentiendi). AMBR. hex. 5, 11, 33 unde . . . -is pretiosissimam margaritam natura infixerit (EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 5 unde vilissimis animantium -is m. pretio gravem natura subiecit. *cf. p. 1160, 34*). EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 2 qui testicutes nominantur, sicut . . . diversorum -orum milia. *al.*

b *pro cibo aluntur, captantur, emuntur, comeduntur* (*exempla inde a* SEN. *selecta; de medicamento v. sub* c): PLAVT. Rud. 297 (*loquuntur piscatores*) echinos, lopadas, -ias, balanos captamus, conchas. TVRPIL. com. 24 Ry. in acta cooperta coge (age *trad.*) inoras -as. LVCIL. 132 -a nulla fuit, non purpura, nulla peloris. 328. 440 in cena dabis -a milibus nummum empta. VARRO Men. 403 (*allatum apud* Gell. 6, 16, 5 Varro in satura *ea* . . . ciborum exquisitas delicias comprehendit) -a Tarenti (*item est exemplum cibi sumptuosi et deliciosi*: 501 Lucrinam [SEN. epist. 78, 23 PLIN. nat. 9, 168 MACR. Sat. 3, 15, 3. *per ellipsin adi. solum ponitur Mart. 6, 11, 5. 12, 48, 4*]. 549 CIC. fam. 7, 26, 2 HOR. sat. 2, 2, 21. 2, 4, 33. SEN. epist. 108, 15 nec . . . cibi, sed oblectamenta sunt. PLIN. nat. 32, 59 cum palma mensarum diu iam tribuatur illis. MART. 3, 60, 3). MET. PIVS ind. cen. (Macr. Sat. 3, 13, 12) ante cenam . . . -as crudas quantum vellent. CIC. phil. frg. V 78 sollertiam . . . eam *L. Sergii Oratae* posse vel in tegulis proseminare -as (*de eodem dicto hyperbolico* VAL. MAX. 9, 1, 1. *item aluntur in vivariis*: COLVM. 8, 16, 7 limosa regio . . . idonea est conchyliis muricis et -i. PLIN. nat. 9, 168 AMBR. hex. 5, 10, 27. *al.*). OV. fast. 6, 174 *prisco tempore* -a . . . in conchis tuta fuere suis. SEN. epist. 78, 23 -a . . . in ipsa mensa aperiuntur. MART. 7, 20, 7 nec erubescit . . . -orum rapere lividos cirros. TERT. cult. fem. 1, 6 l. 10 si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscatur conchae, genus est non dico conchylio aut -o sed nec peloride gratius de sapore. APIC. 4, 2, 13 pulpas -orum. *al.*

c *in medicina*: **α** *praecepta varia medicorum*: CELS. 2, 24, 3 (*1* stomacho . . . aptissima sunt) duri . . . pisces, -a, pectines, murices *eqs.* 2, 28, 1 facile . . . intus corrumpuntur. 2, 29, 2 alvum movent . . . -a, pelorides, echini, musculi et omnes fere conchulae, maximeque ius earum. ANTHIM. 49 -ia . . . si olent et quis manducaverit, alterum venenum opus non habet. ORIBAS. syn. 4, 13, 5 Aa (*sim.* La) *et* 4, 17, 6 Aa *v. sub* ostracoderma. 9 add. La p. 400 a quibus abstineant: liquamen, isicius, -as, ecinus, sypias *eqs.* **β** *aegrotis pro medicamento adhibetur*: PLIN. nat. 1, 32, 21 -orum . . . medicinae LVIIII (*respicitur* 32, 59–65). 28, 66 veteri *urinae* miscetur cinis -orum adversus eruptiones *eqs.* 32, 59 -a adversantur isdem *venenis* (*inde* PLIN. med. 3, 34, 2 -a fricta in cibo sumpta). 32, 65 *testae* -orum cinis uvam sedat et tonsillas admixto melle ([*inde* SER. SAMM. 119 cassis -a testis usta dabit cinerem. *al.*]. PELAGON. 174 testas -orum teris et pulverem facis [*sim.* VEG. mulom. 2, 62, 2]. *al.*; *cf.* PLAC. med. 1, 19 rec. α sevum cervinum conbustum simul cum -a, testa minuta, conmixtum). PLIN. med. 1, 11, 2 -a cum sua testa ita ut electa sunt in carbonibus *coquuntur* et in cibo dantur ([*inde* MARCELL. med. 10, 75 adhuc testis suis clausa. PLIN. phys. Bamb. 27, 3]. THEOD. PRISC. log. 104 in melicrato cocta. *cf.* PLIN. med. 2, 9, 2 ex mulso decocta). CHIRON 582 supra inponito -um commustum minutissime (*cf.* ORIBAS. syn. 2, 45 Aa p. 114, 4 Mø. ⌊omnibus -is testas, quae ustas sunt,⌋ purgant [La: de -is omnia husta, *gr.* τὰ ὀστρεώδη πάντα καυθέντα]). *al.*

2 *in comparationibus vel exemplis Christianorum*: TRACT. in Luc. 5, 11 Migne suppl. 1, 340 plenus erat lepra, sed intus plenus erat religione; . . . ut -ia lapidosus manebat, et intrinsecus *margaritam* intelligentiae . . . tenebat (PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 11 plus esse, quod nascitur, ab eo, qui generat . . .: [*seq. exempla, inter quae*: -ae expuunt m., et plus est margarita quam -a . . .; quid ergo indignum iudicas domino virginis uterum?]). AMBR. hex. 5, 8, 22 *cancri genus* -o delectatur et carnis eius epulum sibi quaerit; . . . aperire clausum -um nulla vi potest (*tum describitur, quomodo -um dolo capiat, et comparatur homo maleficus; sim.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 6 sqq.). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 9, 3 eorum . . ., qui temptationes incurrunt, videbantur mihi alii tamquam ⌊leves illae -orum testae⌋ huc atque illuc distrahi fluctibus et raptari (⌊⌋ *Migne gr. 35, 1240 A* τὰ κουφότατα καὶ ἄπνοα). *al.*

deriv.: ostrearius (-um), ostreatus, ostreosus; *cf.* ostriago.
compos.: ostrifer; *cf.?* ostriger.

ostreārius, -a, -um. *ab* ostrea. *i. q. ad ostreas pertinens*: PLIN. nat. 18, 105 panis . . . varia genera . . ., alias ab opsoniis appellati, ut -i (uostr- *trad.*), alias *eqs.*

n. pro subst. **ostreārium,** -ī. *scribitur* -riar- *in inscr.* *i. q. vivarium ostrearum*: PLIN. nat. 9, 160 nuper compertum in -is (*var. l.* ostra-) umorem iis *ostreis* fetificum . . . effluere. MACR. Sat. 3, 15, 3 Sergius Orata, qui . . . primus -a in Baiano locavit (*var. l.* -alia. *Plin. nat. 9, 168* ostrearum vivaria). CIL XI 6710, 18 stagnu, palatiu, -a, ripa, pilae (*voces adscriptae singulis aedificiis litoris Baiani delineatis in vase vitreo ut* XV 7008 faros stagnu Neronis -a stagnu silva Baiae).

ostreātus, -a, -um. *ab* ostrea. *i. q. striatus ut testa ostrearum* (*fortasse per lusum verborum cum* striatus, *cf. Marx ad Rud. 298*): PLAVT. Poen. 398 (*loq. servus saepe verberatus*) quasi -um tergum ulceribus gestito.

ostreōsus, -a, -um. *ab* ostrea. *i. q. ostreis abundans*: CATVLL. frg. 1, 4 ora Hellespontia ceteris ostriosior oris. PRIAP. 75, 13 Cyzicos -a.

ostreum, -ī *n. v.* ostrea.

ostreus, -a, -um. *ab* ostrum. *i. q. ostri colorem habens*: GLOSS.L V Aa o 618 -um: purpuratum (GLOSS. IV 418, 17 *idem, sed var. l.* ostrium).

ostri- *v. etiam* ostre-.

ostriāgo *f.* [*cum* ostrea *iungendum videtur. ad* ostrum *vel* *ostreus (-eum) *refert André, Rev. Phil. 30, 1956, 66 sq. Sch.*] *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 28 tit. herba -o (l. 3 h. -o [*var. l.*-u] tunsa . . . sanat). GLOSS. III 541, 15 -o idest simpitum (*symphyton*). *cf. p. 1158, 83.*

ostricolor, (-ōris). *ab* ostrum *et* color. *i. q. ostri colorem habens*: SIDON. carm. 5, 18 -r pepli textus *deae Romae*.

ostrifer, -a, -um. *ab* ostrea *et* ferre. *i. q. ostreas ferens, ostreosus*: VERG. georg. 1, 207 -i . . . Abydi (PROB.: -um . . . dicit Abydum, quod ibi ostrea generantur copiosissima. SERV. auct.: quod ibi plurimum ostreorum sit). LVCAN. 9, 959 -am (*var. l.* aus-) . . . Chalcedona. VAL. FL. 1, 456 -o . . . Gerasto. AVIEN. orb. terr. 122 Cyrnus . . . litoris -i protendens . . . undam. AVSON. 417, 89 p. 280 P. -o super addita Barcino ponto.

[*Bader*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**ostriger:** bruunbe(o)su (*anglosax.*) GLOSS.^{L} Corp. o 279 (= GLOSS. V 376, 35). *ab* ostrea (ostrum?) *et* gerere (*nisi* ostrifer *legendum, ut ad Verg. georg. 1, 207 referatur*).

ostrīnus, -a, -um. [*e gr.* ὀστρέϊνος *expectaveris* -īnus *tantum (de gr.* ὀστρῖνος *v. l. 18). ad formam* -īnus, *si recte trad. (v. l. 6), cf.* murrinus, coccinus *sim. Sch.*] -rī- TVRPIL. (*ubi* -rī- *efficere voluerunt traiciendo voces viri docti*). *i. q. ad ostrum pertinens:* **1** *ostri colorem habens* (NON. p. 549, 7 -am ab ostri colore, qui est subrubeus): TVRPIL. com. 74 virginem . . . in capite riculam indutam -am (onstr- *pars codicum*). VARRO Men. 121 -um . . . indutus supparum (onstr- *var. l.*). PROP. 1, 14, 20 nec timet *Venus* -o . . . subire toro (*i. divites vexare*). 2, 29, 6 non illa mihi formosior umquam visa, neque -a cum fuit in tunica. GELL. 2, 26, 5 cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum . . ., has singulas rufi varietates Latina oratio . . . propriis . . . vocabulis non demonstrat omniaque ista significat una ruboris appellatione, cum ex ipsis rebus vocabula colorum mutuatur et 'igneum' aliquid dicit et . . . 'sanguineum' . . . et '-um'. PAP. Oxyrh. I 109, 5 (*saec. III–IV*) ὄστρινον κολόβιον (*e voce lat. explicat Frisk, Griech. Etym. Wörterb. s. v.* ὄστρειον). **2** *de ipso colore:* PROP. 3, 13, 7 luxuriae . . . libera facta via est: . . . Tyros -os praebet . . . colores.

deriv.: ostrum.

ostrītis, -idis *f.*, ὀστρῖτις (*apud auctores graecos non nisi* ὀστρίτης *legitur*). *nomen gemmae:* PLIN. nat. 1, 37, 65 -s. 37, 177 -i (*coni. Sillig*) ostrea a similitudine nomen dedere (*in codd. varie corruptum*).

ostrix (osrix) *v. sub* osor.

ˣ**ostrum,** -ī *n.* [*ab* ostrinus *retrograde. Sch.*] *de orig.:* VITR. 7, 13, 3 quod ex concharum marinarum testis eximitur *purpurea sanies*, ideo -um est vocitatum (ISID. orig. 19, 28, 4 quod ex testae humore elicitur). *scribitur* aus- LVCR. 2, 829 (*v. Bailey ad l.*). CLAVD. DON. Aen. 7, 815 p. 108, 31 (*cod. V saec. IX*); *hanc scripturam testatur* PRISC. gramm. II 39, 10 (*sed cf.* PROB. app. gramm. IV 199, 18 inter austrum et -um hoc interest, quod austrum ventum significat, -um vero purpuram esse demonstrat [*eadem fere* ISID. diff. 1, 51]). *de genere:* DVB. NOM. gramm. V 585, 9 -um gen. masc. (generis neutri *sec. Hauptium Keil*), ut Vergilius (*affert* georg. 3, 17 Tyrio . . . -o). *legitur in poesi inde a* LVCR., *maxime apud dactylicos (plerumque in fine hexametri); in prosa oratione habent ter* VITR., *semel* TAC. *raroque posteriores praevalente voce q. e.* purpura; *e formis abl.* -o *longe creberrima; plur. non nisi* PROP. 4, 3, 51 -is. [*confunditur in codd. cum* aurum STAT. Ach. 1, 756 (-um *restituitur* LVCR. 2, 829), *cum* astrum AVSON. 322, 86 p. 265 P. PAVL. NOL. carm. 27, 89 ENNOD. carm. 1, 20, 22.]

i. q. purpura (GLOSS.; *varia ratione iuxtaponuntur* LVCR. 2, 829 PROP. 4, 3, 51 FRONTO p. 9, 7 v. d. H.; *de muricis colore fusius agunt* VITR. 7, 13 NON. p. 549, 7 sqq. ISID. orig. 19, 28, 2–4). *saepius coniungitur cum* aurum *inde a* VERG. Aen. 4, 134 (*ad allitt. v. Thielmann, Über Sprache u. Kritik des lat. Apolloniusromanes, Schulprogr. Speier 1881, 24 sq.; de re v. Pease ad* VERG. *l. c. p. 185*). *epitheta potiora: coloris:* LVCR. 2, 35 rubenti. VERG. Aen. 12, 67 sanguineo. AETNA 333 purpureo. SEN. Med. 99 puniceo (CLAVD. 1, 90). PRVD. psych. 39 ardenti. CLAVD. 1, 264 corusco. SIDON. carm. 2, 100 rutilum. CORIPP. Ioh. 4, 499 rubro. *originis:* VERG. georg. 2, 506 Sarrano (COLVM. 10, 287 AVSON. 157, 20 p. 14 P.). 3, 17 Tyrio (Ov. met. 10, 211 SEN. Herc. O. 644 Thy. 955 VAL. FL. 2, 342. *al.*). CIRIS 387 Sidonio (HOR. epist. 1, 10, 26 Ov. trist. 4, 2, 27 STAT. silv. 5, 1, 225 CLAVD. 5, 450 rapt. Pros. 1, 275). 440 Assyrio. PROP. 4, 3, 51 Poenis.

I *proprie:* **A** *usu sollemni:* **1** *de rebus fere textilibus tinctis muricis colore* (*sanguine p. 1162, 14*): **a** *variis:* LVCR. 2, 829 ubi in parvas partis discerpitur -um (aurum *trad.*), purpura poeniceusque color . . ., filatim cum distractum est, disperditur omnis. HOR. epist. 1, 10, 26 qui Sidonio contendere (*i. conferre*) . . . -o nescit Aquinatem (*i. viliorem*) potantia vellera fucum. VAL. FL. 2, 472 (*loq. Hesione scopulo adfixa*) suprema parentum dona vides, -o scopulos auroque frequentes. SIL. 13, 285 fulgentibus -o haec *Fides* potior regnis. 15, 427 antrum ingens . . ., quod acus simulavit in -o, Cyclopum domus. STAT. Theb. 7, 571 sacerdos . . . alterno maculas *tigrium Bacchi* interligat -o (*i. vitta*). *al.*

b *de stragulis* (*exempla selecta inde a* SIL.): *in lecto* (*cf. p. 1162, 53 sq.*): LVCR. 2, 35 nec . . . citius decedunt corpore febres, textilibus si in picturis -oque rubenti iacteris, quam si in plebeia veste cubandum est. VERG. georg. 2, 506 ut gemma bibat et Sarrano *dormiat* -o ([PROB. *ad l.*: Tyriam purpuram]. *inde* AMBR. Nab. 5, 25 *uxor* tibi imponet sumptuum necessitatem, ut gemma bibat, in -o d., *eqs.*). Aen. 1, 700 strato . . . super *discumbitur* -o ([SERV.: '-o' pro 'purpura' posuit, unde tingitur purpura]. STAT. Ach. 1, 756 picto d. -o [*var. l.* auro]). CIRIS 440 Assyrio sternetur lectulus -o (*cf.* SEN. Ag. 877 -o lectus . . . nitet). HOR. carm. 3, 29, 15 mundae . . . pauperum cenae sine aulaeis et -o. MART. 3, 82, 7 iacet . . . in lecto . . . effultus -o Sericisque pulvillis. CLAVD. 15, 327 Tyrio . . . fusus Honorius -o carpebat . . . somnos. *alio loco:* VERG. Aen. 4, 134 -o . . . insignis et auro stat sonipes (*in equo ut*: 7, 277 instratos -o alipedes pictisque tapetis. TAC. hist. 2, 20, 1 *uxor* quamquam . . . insignis equo -oque veheretur. SEDVL. carm. pasch. 4, 295 faleris . . . pictus et -o [op. pasch. 4, 22 conspicuus]). VAL. FL. 3, 339 celso . . . reponit in -o *corpus mortui* (*in rogo ut*: STAT. Theb. 6, 62 summa crepant auro, Tyrioque attollitur -o molle supercilium). CORIPP. Iust. 3, 199 solium *principis* . . . ornatum gemmis auroque -oque superbum.

c *de vestimentis* (*plerumque insigne est condicionis alicuius nobilioris; discernitur textum ostrinum e. g.* VAL. FL. 3, 118 STAT. silv. 4, 1, 21; *fortasse huc trahas* SIL. 15, 427 *supra sub a*): **α** *vario usu* (*exempla selecta*): VERG. georg. 3, 17 victor *i. triumphator* ego et Tyrio conspectus in -o (Ov. Pont. 3, 4, 101 inicias umeris victoribus *triumphatoris* -um. SIL. 17, 645 *Scipio* auro decoratus et -o). Aen. 7, 814 ut regius -o velet honos levis umeros *Camillae* (CLAVD. DON. *ad l.* p. 108, 31 -i meritum. *cf. fortasse* PRVD. perist. 10, 910 fruitur *martyr* . . . -o vestis *suae sanguine perfusae* ut iam regiae). 10, 722 pactae coniugis -o. 11, 772 Chloreus . . . peregrina ferrugine clarus et -o (*in ducibus vel militibus ut*: Ov. trist. 4, 2, 27 hic, qui Sidonio fulget sublimis in -o, dux fuerat belli. STAT. Theb. 4, 265 *Parthenopaeus* igneus . . . auro micat, igneus -o. PRVD. psych. 39 *Fides socios victores* iubet vestirier -o. *al.*). BVC. Eins. 1, 28 stetit -o clarus et auro *Nero* (*cf.* AVSON. 322, 86 p. 265 P. praetextatus in -o et sceptro et solio . . . Augustus). VAL. FL. 3, 118 chlamys inbelli circumvenit -o torta manum *Medonis*. SIL. 6, 443 ingens umeris fulgentibus -o . . . *consul* (8, 487 Vetulonia *urbs Etrusca* . . . princeps . . . vestem *consulis* praetexuit -o. 11, 154 ut fugiat *Varro* consul fulgentior -o. STAT. silv. 4, 1, 21 hos umeros *consulis* multo sinus ambiat -o. *v. l. 36 infra*). STAT. silv. 1, 4, 97 mihi *Apollini* . . . carmina patricio pueri sonuistis in -o (*sc. in toga praetexta, cf.* 5, 2, 66 -um puerile). MART. 12, 38, 3 *effeminatus quidam* crine nitens . . ., perlucidus -o (*item de vestimento tenuissimo*: DRAC. laud. dei 3, 60 qui solet aestivum membris sudantibus -um poscere, deposito confractus murice denso). FRONTO p. 9, 7 v. d. H. ille in pyrrhicha versicolorum discursus, quom amicti cocco alii, alii luteo, et -o et purpura . . . concursant. ENNOD. opusc. 3, 62 p. 346, 19 potestatis *pontificis* insignia -um gemmasque. *al.* **β** *subauditur ipse status nobilior* (*exempla significantiora; cf. infra sub II*): SIL. 8, 243 subnixus rapto plebei muneris -o . . . Varro *consul*. CLAVD. 7, 15 Fortuna *Honorio* . . . regnum cum luce dedit; cognata potestas excepit Tyrio . . . pignus in -o. 8, 125 patrio felix adolescis in -o, membraque vestitu numquam violata profano in sacros cecidere sinus. 10, 340 natus in -o parvus Honoriades. SIDON. carm. 2, 100 tritus cui *Augusto bis consuli* casside crinis ad diadema venit, rutilum cui Caesaris -um deposito thorace datur (*cf. 96sq.* purpureos Fortuna viros cum murice semper prosequitur). DRAC. Orest. 420 mercedem sanguinis -um *Aegistho contigisse*. ENNOD. carm. 1, 20, 22 -um rependit indigens *sancto Martino*, et regna mendicus parat (*cf. 17sq.* qua veste nudum texerat, hac rex nitebat aetheris). epist. 2, 11, 4 p. 51, 1 quandam scedulam, quae ipsi *Avieno* remanere potuit, -um mihi nobilitatis ingessit.

2 *de colore, quo variae res rubrae sunt vel redduntur* (*exempla certiora, cetera v. sub 1*): VERG. Aen. 1, 639 (*sunt qui ad 1 referant*) arte laboratae *vestes* -oque superbo (5, 111 -o perfusae. 11, 72 auroque -oque rigentis. SEN. Thy. 955 Tyrio saturas -o. *al.; item in operibus textilibus*: PROP. 4, 3, 51 Poenis . . . purpura fulgeat -is. VAL. FL. 2, 342 Tyrio vibrat *torus* igneus -o [SIL. 11, 273 multo . . . splendentibus -o . . . toris. STAT. Theb. 1, 517]. PAVL. NOL. carm. 25, 75 tunicas -o rutilas). AETNA 333 quamvis . . . purpureo . . . rubens surgat iubar aureus *solis* -o. CIRIS 387 coma *Nisi* Sidonio florens deciditur -o (*eiusdem*: Ov. met. 8, 8 cui splendidus -o inter . . . canos crinis inhaerebat. *cf. Callim. frg. 288* πορφυρέην). VITR. 7, 5, 8 chrysocolla, -um, armenium; haec . . . cum inducuntur *parietibus*, . . . fulgentes colorum (*Krohn,* oculorum *trad.*) reddunt visus (*cf.* PRVD. perist. 12, 41 omnicolor vitreas pictura *lacunaris* superne tinguit undas . . . cyaneusque latex *quasi speculum* umbram [*sc. imaginem*] trahit imminentis -i). 7, 13, 1 quod *-um* et carissimam et excellentissimam habet praeter hos *antea dictos* colores aspectus suavitatem. PETRON. 119 vers. 10 in ima (unda *trad.*) quaesitus tellure nitor (*sc. argenti?*) certaverat -o. GELL. 2, 26, 5 *p. 1161, 14*. NON. p. 549, 7 -i colore, qui est subrubeus. PRVD. psych. 859 lapis *i. hyacinthus gemma* . . . -o fulgebat aquoso. PAVL. NOL. carm. 18, 150 (*coronant angeli Felicem sertis niveis*) sed meruit pariter quasi caesi martyris -um (*i. colorem rubrum, cf. antea*: roseam *coronam*, . . . purpureo . . . habitu). ISID. orig. 19, 28, 2 conchylium dictum eo, quod ex conchulis marinis color eius colligitur, idem et -um vocatum. *ibid.* 3 -um, quod pro colore purpurae temperatur. *al.* *de colore sanguinis vel ipso sanguine* (*cf.* PAVL. NOL. *supra et* PRVD. *l. 14*): PAVL. NOL. carm. 27, 89 cruce *Christi* purpurea pretiosi *sanguinis* -o (INSCR. christ. Rossi II p. 274, 4b 2 funderet *Christus* in ligno patulo cum s. -um).

B *in comparationibus* (*de colore praeter* SEN. *sub 2*): **1** *conferuntur colores hominis erubescentis:* VERG. Aen. 12, 67 Indum sanguineo veluti violaverit -o si quis *ebur* . . ., talis virgo dabat ore colores ([*Hom. Δ 141* φοίνικι]. STAT. Ach. 1, 308 veluti cum . . . e. corrumpitur -o, sic variis manifesta notis – palletque rubetque – flamma *amoris*. *cf.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 275 infecit purpura vultus . . .; non sic decus ardet eburnum, Lydia . . . quod

[*Bader*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

femina tinxerit -o). SEN. Med. 99 (*chorus de sponsa in hymenaeo*) -o sic niveus puniceo color perfusus rubuit. 2 *vario usu*: OV. met. 10, 211 Tyrio ... nitentior -o flos oritur *e cruore Hyacinthi* (*213* purpureus color. *item de flore*: COLVM. 10, 287 rosa ... clarior -o). SEN. Herc. O. 644 caespes Tyrio mollior -o. VAL. FL. 4, 369 Argus ..., lumina non aliter cui toto vertice, quam si Lyda nurus sparso telas maculaverit -o.

II *translate de praestantia, nobilitate, flore sim.* (*cf. p. 1162, 34*): A *de qualitate hominis*: ENNOD. carm. 1, 4, 99 iuvenem formae conspexit in -o. 2, 44, 3 adridet germen, quod linguae pingitur -o (*i. verbis claris describitur; postea*: ebria fulgenti maduerunt murice dicta, ... sermonum purpura regnat. *cf.* epist. 7, 21 p. 189, 16 non testimonium generis *tui* adnuntias flore sermonis? numquid -um loquendi deserit pectoris fecunda dictatio?). B *de ipso homine praestanti* (*in appellatione*): ENNOD. epist. 7, 26 p. 193, 9 valete, -um Latiaris eloquii.

deriv.: ostreus; *cf.* ostriago.

compos.: ostricolor; *cf.* ? ostriger.

ostrya, -ae *f.*, ὀστρύα *et* **ostrys,** *acc.* ostryn *f.*, ὄστρυς. *nomen arboris*: PLIN. nat. 13, 117 gignit *Graecia* ... arborem -yn (-ym, -in *trad.*), quam et -am (-ream, -rean *trad.*) vocant (*seq. eius descriptio; inde* 1, 13, 37 -s. *Theophr. hist. plant. 3, 10, 3 ἡ ὄστρυς ..., ἣν καλοῦσί τινες ὀστρύαν*). GLOSS.[L] II Philox. os 5 -a (-rea *trad.*): ὀστρύα.

ōsus *et* **ōsūrus** *v.* odi. *Bader.*

osyptrum *n.*, ὄσυπτρον (*per metathesin ex εἴσοπτρον, cf. Pap. Osloens. 46, 7 ὄσιπτρον* [*v. Eitrem ad l.*]). *i. q. speculum*: PAP. Corp. 208, 12 (*saec. II*) -um et arca (*inter res dotales*).

osyriaca *v.* osiriaca, **osyris** *v.* osiris. *Teßmer.*

ōtacūstēs, -ae *m.*, ὠτακουστής. GLOSS. III 165, 60 -is: auricularis (*cf. vol. II 1496, 32. 46*). *i. qui clam aliorum sermones captat*: APVL. mund. 26 omnia ... ille *rex* -arum (otagu- *codd.*) relatione discebat (*antecedit*: aures regiae ... vocabantur; *cf. Ps. Aristot. 398a 21 ὠτακουσταὶ λεγόμενοι*).

ōtalgia, -ae *f.*, ὠταλγία. *i. q. dolor aurium*: GLOSS. med. ed. Heiberg p. 50, 20 -an: dolor auricularum, que quidem ex diversis nascitur causis (*cf.* GLOSS. III 206, 59 auris dolor. 296, 61).

ōtalgicus, -a, -um, ὠταλγικός. *i. q. ad otalgiam pertinens* (*indicat genus morbi*): CASSIAN. conl. 24, 15, 2 cum ... aures oculosve pervaserit *vis noxii umoris*, in -um sive opthalmicum vertitur morbum.

[**otarium** *falso pro* motarium *scriptum suspicatur Bulhart (in schedis nostris) apud* ORIBAS. syn. 7, 51 add. Ab p. 201 superpositum -o (ut ariu *Aa*) *eqs.*]

[et **ōtēn** PLIN. nat. 11, 257 *legit olim Beroaldus; v. sub* oce *et* orce.]

ōtenchytēs, *acc.* -ēn *m.*, ὠτεγχύτης (*cf.* rhinenchytes *sim.*). *i. q. instrumentum medicorum, quo aliquid in aurem infunditur* (*cf. e. g. Cels. 6, 7, 3*[B] per oricularium clysterem): ANTIDOT. Brux. 4 ulceribus ... aurium prodest *collyrium* ... ad -en (otenitem *B*) inmissum.

otheitivium (*Ca*, otetine, otectin *alii*) PS. APVL. herb. 112 l. 7 (*de herba q. e. lathyris; vox aegyptiaca, André confert* GLOSS. III 570, 66, *v. Lex. des termes de botan. 232*).

othenea i. sinicion GLOSS. III 570, 59 (*vox orig. peregrinae de herba q. e. senecio, cf. André, Lex. des termes de botan. 232*).

othonē, -ēs *f.*, ὀθόννη (*non exstat nisi apud Oribas. gr.*). *nomen herbae q. e. chelidonia maior* (*ab* othonna *distinguit André, Lex. des termes de botan. 232, qui affert* GLOSS. III 548, 36 octonis: celaedonia maior. 593, 37 otonis: celedonia; *fortasse addas* 571, 39 odone. 615, 6 octonis. 627, 23 odonis, *ubi ὀθόνιον Goetz in indice s. v.* chelidonia): ORIBAS. syn. 3, 143 -es sucus unam partem miscuerunt; hoc vero -en (odonem Li) aliqui celidoniam vocant maiorem ut Dioscoredes (*v. p. 1164, 1*) *eqs.* (*gr. 3, 139, 5 ὀθόννης ... ὀθόννην* [*ὀθόνην et ὀθώνην var. ll.*]).

othonea *v. sub* othonnion.

othoninus, -a, -um, ὀθόνινος. *de genere lini*: PLIN. nat. 19, 15 quartum genus et -um (-minum, ut hominum *var. ll.*, Orchomenium *edd. vet.*) appellant (*ad rem v. André ad l.*).

ot(h)onion *v.* othonnion.

othonna, -ae *f.*, ὀθόννα (*quam vocem reddit* otonia DIOSC.; *ab* othone *distinguit André, Lex. des termes de botan. 232*). *de herba quadam (anemone vel chelidonia maiore) vel de suco eius*: PLIN. nat. 27, 109 -a (othona *vel* ohona *var. ll.*) in Syria nascitur, similis erucae ...; quare quidam anemonem vocaverunt; sucus eius *eqs.* (*inde* 1, 27, 85). DIOSC. 2, 168 p. 246, 1 de otonia. otonia, quem multi sucum celidonie maioris dicunt ..., in egipto aut in aravia nascitur, folia habens eruce similia; ... multi speciem dixerunt anemonis esse.

othonnion, -ī *n.*, ὀθόννιον (*quod alibi non legitur; de forma sec. ὀθόννα novata cf. Strömberg, Griech. Pflanzennamen 35*). otonion DIOSC. *nomen herbae q. e. chelidonia maior* (*v. André, Lex. des termes de botan. 232, qui affert* GLOSS. III 571, 49 ortonion i. celedonia; *cf. supra l. 60*): PS. APVL. herb. 74 l. 26 a Graecis dicitur celidonia ..., alii -on (ethonia *vel* Aegyptii othonea *aliquot codd.*; *cf. Ps. Diosc. Vind. 2, 180 p. 250, 15 ὀθόννιον* [*ὠθόνιον vel ὀθόνιον var. ll.*]). DIOSC. 2, 166 p. 245, 3 celidonia maiore, quem multi -on (glaution *vel* glautium *edd. vet.*) appellant (*gr. 2, 180, 1 ὀθόνναν*).

? **othus:** semen mundi GLOSS.[L] Corp. o 289 (‘*pro octo?; ad I Petr. 3, 20?*’ *Lindsay*).

ōtia, (-ae) *f.* (? ōtion, -ī *n., sec. gr. ὠτίον, v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 186. Saint-Denis, Vocab. anim. marins, 1947, 80*). *nomen cuiusdam ostreae* (*quae a forma auris simili appellata esse videtur*): PLIN. nat. 32, 149 (*in enumeratione piscium sim.*) ophidion, ostreae, -a, orcynus.

ōtiābundus, -a, -um. *ab* otiari. *scribitur in var. l.* ocia-. *i. q. otium agens*: SIDON. epist. 4, 18, 3 nunc ipse sic multis ... diebus -us ais *eqs.* 8, 9, 6 en carmen, quod recenseas -us nostrumque sudorem ... spectans.

ōticus, -a, -um, ὠτικός. *fem.* -ē *l. 20*. *i. q. ad aurem pertinens, auricularius*: 1 *de instrumento medicinali*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 23 adnexo folliculo catheteri ex ... parte ... vel -o clystere, quem nos auricularem dicere poterimus, tenui ex aulisco formatum (*cf.* oricularius clyster *vol. II 1496, 25 sqq.*). CASS. FEL. 28 p. 46, 9 nitrum ... cum calida aqua per auliscum -um (octduo *codd.*) inicies (46 p. 118, 23). 2 *subst. fem.* ōticē (*sc. curatio vel confectio; cf.* dactylice *Cass. Fel. 74 p. 178, 15*): CASS. FEL. 28 p. 47, 8 alia auricularis sive ut Graeci -e (-en *var. l.*, otoc- *ante corr. p*) adversus dolores ... et veteres aurium passiones.

otimirnis *v.* oxymyrsina.

[**ōtiolum,** -ī *n. praebent edd. vet.* CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1, *sed* otiosum *vel* ocium *trad., v. sub voce* otium *p. 1183, 74*.]

ōtion *v.* otia.

*****ōtior,** -ātus sum, -ārī. *ab* otium *sicut* negotiari: negotium, *cf.* officiari. *scribitur in codd.* oc-, od- *v. infra*, osst- *v.* GLOSS. *inter verba media* CHAR. gramm. p. 479, 27B. *part. fut.*: HIL. in psalm. 118 sin 4 TRACT. Pelag. 4 p. 94, 18. *perf.* -tus fui: ORIG. in Matth. 15, 35 p. 454, 12. -tus sum *sim. non nisi* SIDON. epist. 3, 1, 1; *part. perf. sine verbo*: SYMM. epist. 1, 35. 9, 29A. *de notione et* GLOSS. *v.* HOR. *legitur singulis locis apud* CIC. (*vocem ab equite quodam Romano in opponenda voce* ‘negotiari’ *iocose creatam esse putant viri docti, cf. Jones, Class. Rev. 6, 1956, 198 sq.*), HOR. (*vocem ipse itidem finxit per iocum neglecto Cicerone, cf. Renehan, Class. Phil. 68, 1973, 199*), *inde a saec. IV saepius* (*adamari videtur a* SYMM.).

i. q. otium agere, sc. cessare (*syn. p. 1165, 16*), *vacare* (*syn. vel iuxta pos. vide infra l. 66 et p. 1165, 19. 39. 42, cf.* vacuus *infra l. 56*), *quiescere* (*syn. infra l. 56 et p. 1165, 33*) *sim.* (*accedit adv.* libentius SYMM. epist. 7, 37, infideliter HIL. in Matth. 12, 4):

1 *a negotiis* (*opp.* negotiari CIC.), *officiis sim. praesertim publicis* (*fere studiorum, animi corporisve exercitationum sim. causa; accedit* lusibus *l. 68*): CIC. off. 3, 58 C. Canius, eques Romanus, nec infacetus et satis litteratus, cum se Syracusas -andi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa contulisset, *eqs.* HOR. sat. 1, 6, 128 domesticus -or (PORPH.: verbum finxit, quod significat: otium ago. SCHOL.: in domo otiosus ago, verbum fictum. *huc referunt* GLOSS.[L] II Philox. os 14 osstior [ot- *var. l.*]: ἀσχολοῦμαι). SYMM. epist. 1, 3, 3 Bais remotis arbitris -bar (*cf.* 1, 35 in Campaniae secessibus. 7, 37 an ibi [*in Neapolitana ora*] libentius -eris. 9, 23, 1 in avitis penatibus. 9, 29A in Formianis litoribus. or. 1, 16 hic [*in Galliis*] non licet -ari. SERV. gramm. IV 468, 6 Horatium, cum in Campania -rer, excepi). 2, 4, 1 volo quiescas et curarum vacuus -eris ([ociens *V*]. 3, 47 noxae vacuus. 6, 35[36], 1. *cf.* 2, 7, 1 exemptus patriae incommodis. 7, 113 honorum emeritus). *al.* NOVELL. Theod. 4, 2 optare debemus, ne libeat audacibus exercere litigia, ut liceat nostris militibus -ari (sociare *cod. unus*). 7, 1 (= COD. Iust. 3, 25, 1, 1) in aliis privatis actionibus occupatos malumus respondere, qui per provincias -antur (sociantur *vel* sociatur *aliquot codd.*, negotiantur *Pithoeus ex Basilicis*: ἐμπορευόμενοι, *v. app. crit.*) vel conductorum vocabulis defenduntur, sive domorum divinarum sive virorum potentium ... sint conductores (*sim. ibid.* 2 omnes conductores, omnes, qui per provincias -antur [*trad. ut supra*] vel suis vacant conpendiis *eqs.*). SIDON. epist. 3, 1, 1 isdem temporibus nati, magistris usi, artibus instituti, lusibus -ti (oc- *aliquot codd.*) ... sumus. 9, 13, 3 his ... te studiis (*sc. quaestionibus convivialibus Apulei Platonici*), et dum -aris (otia *C*), exerce.

2 *a quibuslibet actibus, laboribus, operibus sim.* (*accedit* ab opere, operibus AMBR. in Luc., OP. imperf. in Matth. *sub b; opp.* operari ORIG. in Matth. 15, 34 p. 451, 11 CANON. Dionys. Exig. p. 56, 12 St.; a malis *p. 1165, 45*): a *variis de causis*: α -antur *animantes* (*fere homines; Aeolus* SERV., *deus* PAVL. NOL., MACR., *diabolus* CONSVLT. Zacch.): PS. QVINT. decl. exc. Monac. 6 p. 364, 15 poteras ... domi manere et -ari et patrem excusare non redimere (*cf. Ps. Quint. decl. 6, 22* secura otia inpendere). SERV. Aen. 1, 56 ‘sedet’: non -atur, sed curat *Aeolus*. AMBR. hex. 6, 9, 59 ne improviso occupent *hostes* -antem vel urbis populum vel imperatoris exercitum. PAVL. NOL. epist. 16, 2 p. 116, 7 mundum istum aut sine rectore vacuum aut -ante neglectum deo. CONSVLT. Zacch. 3, 8 p. 113, 2 (*loquitur de fine mundi*) haec diabolo -ante sic saeviant, quae ... illius ... opere et arte geruntur. MACR. Sat. 1, 10, 12 aedituum

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Herculis per ferias -antem deum tesseris provocasse (*cf. Aug. civ. 6, 7 p. 259, 2 D.* otiosus et feriatus). THEOD. PRISC. log. 116 labores vel fricamenta totius corporis procuranda sunt ...; -antibus (uti antibus, utentibus *vel* ociosis *codd.*) *arthriticis* ... umores ... articulis dominabuntur (*cf. Cael. Aur. chron. 5, 2, 39* vacatio). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 126, 2^{b} inpugnatio aemulorum nullum sedendi -andique tempus indulget. ORIG. in Matth. 15, 34 p. 451, 11 (*ad Matth. 20, 6* quid hic statis tota die otiosi?) -bantur tota die ([*opp.* operari, *gr.* ἤργουν]. *eodem spectant*: 15, 35 p. 454, 12 -ti ... fuimus [sumus *B*, *gr.* ἠργηκέναι]. 15, 36 p. 458, 16 qui -antes in infidelitate ... ad fidem et opera fidei venerunt).

β -antur res (*cf. b β*): ① *sensus, voluntas sim. hominum*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 134 quae *superbia* volebat -ari. 4, 114 -antem in omnibus liberam voluntatem. FVLG. RVSP. ad Eug. frg. 1 (= SERM. Corp. Christ. 101^{B} p. 838, 38) *si ad bonum vel malum praedestinatus sum*, -bitur (od- *cod. unus*) iustitiae exercitatio, oratio cessabit, languebit operatio. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 367^{C} *sensibus in somno* vacantibus et intelligentiam necesse est -ari (*cf. Migne gr. 44, 168^{C}* ἀργεῖν). ② *variae*: TRACT. Pelag. 4 p. 94, 18 (*ad Matth. 25, 41* discedite ... in ignem aeternum) de supplicii infinitate, non de -turi (duraturi *ed. Solanii*) ignis aeternitate eum dixisse credendum est. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 73, 8 ut nostra festa deletis cultoribus, subversis moenibus facerent -ari (*psalm.*: quiescere faciamus omnes dies festos, *ubi gr.* καταπαύσωμεν).

b *secundum legem sabbati apud Iudaeos* (*iuxta pos.* sabbatizare OP. imperf. in Matth.) *nec non secundum doctrinam Christianorum* (*fere ab opere malo vel bono*): *α -antur homines* (*subi.* anima *l. 33; accedit dat. commodi* PAVL. NOL.): HIL. in Matth. 12, 4 populo legis infideliter -ante (SALV. gub. 1, 49). AMBR. in Luc. 10, 35 (*ad Matth. 24, 2* ne fiat fuga vestra ... sabbato) ne sabbato te, hoc est ab operibus -antem, veniens dominus deprehendat. RVFIN. Orig. in num. 17, 4 p. 160, 24 numquam est ..., quando anima scientiae igniculo succensa -ari possit et quiescere, sed semper a bonis ad meliora ... provocatur. 23, 3 p. 215, 31 etiam apud ipsos *Iudaeos* si faber ... et si qui huiusmodi opificum fuerit, -atur in die sabbati. SERM. Caspari p. 193, 3 (*ad lev. 25, 11*) *iubilaeo anno* deus ... iussit ... -antibus cunctis humum fruges sponte generare. PAVL. NOL. epist. 24, 11 non ... otium nobis suadet hoc verbo, qui instanter orare et vigilare nos monet, ..., sed vacare a saeculo, ..., vacare ab his negotiis, quibus inplicati -amur deo. CANON. Dionys. Exig. p. 56, 12 St. quod non oporteat Christianos iudaizare et -ari in sabbato, sed operari eos ([*sim.* CANON. Turner II 3 p. 325, 15]. *syn.* vacare; *gr. Mansi 2, 570^{A}* σχολάζειν). OP. imperf. in Matth. 1 p. 617 qui ... relinquit post se, quaecumque intra sex dies creata sunt ..., ille -atur ab universo opere mundi, qui et sabbatizat a malis sabbatum sanctum ...; qui autem in mundo est, ... nec -atur a malis umquam, nec sabbatizat. 49 p. 912 quicumque ... in deliciis huius mundi sabbatizans et -ans ab opere bono, *eqs.* (*antea*: vacat ab opere malo).

β -antur res (*cf. a β*): HIL. in psalm. 91, 7 est ... opus dei sabbato? ... vitae hominum interirent, si sabbati lege virtutum omnium constitutio -retur. 118 sin 4 terra -tura (*cf. e. g. lev. 24, 4* septimo ... anno sabbatum erit terrae).

deriv.: otiabundus.

***ōtiōsitās**, -ātis *f.* *ab* otiosus. *plur. non exstat nisi apud* SIDON. *scribitur in codd.* oc- *passim, v. infra*; os- ORIBAS. eup. 4, 120. *legitur inde ab* ITALA. [*dub. trad.*: PORPH. Hor. carm. 2, 12, 28 epod. 7, 15, *v. vol. V 2, 565, 30.*]

i. q. habitus vel status eius, qui otium agit (*fere hominis, bestiae p. 1166, 11; metonymice p. 1166, 19*): **1** *quibuslibet de causis*: **a** *in malam partem, fere i. q. desidia, pigritia sim.*: ITALA Sirach 33, 29 (Cassian. inst. 10, 21, 4 *al.*) multa ... mala docuit -s ([*gr.* ἀργία, *sim.* VVLG., *cf. 28* in operatione, ne vacet. *cf.* CASSIAN. inst. 10, 20 quanta mala -s ... in monachi mente parturiat. THEOD. MOPS. in I Tim. 5, 13 p. 164, 6 -is ipsius malitiam). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 3, 14 ('improba Siren desidia') quam posuit pro delectatione -is. PELAG. in I Thess. 4, 11 ('ut vestrum negotium agatis et operemini manibus vestris') magis vult eos ... labore manuum occupari quam -is detrimentum ... habere (*ad eundem locum*: THEOD. MOPS. in I Thess. 4, 11 p. 26, 1 sq. ipsa -s et operum securitas faciebat eos in nihil utile ipsam abuti -em. p. 26, 11 qui neque ullum opus facere volebant et -e ipsa ad illa, quae non conveniebant, sese exercere properabant). CASSIAN. conl. 5, 16, 5 (= ISID. in deut. 16, 4) de acedia *nascuntur* -s, somnolentia, inportunitas, inquietudo *eqs.* (*in sim. enarratione*: ACT. Pauli frg. 3 [Rev. Bénéd. 27, 1910 p. 408] inpudicitiam, pigritatem, -em *eqs.*). inst. 10, 8, 1 (*ad II Thess. 3, 7*) eos, qui operari nolunt, abunde notat -is (-s *L*^{1}) vitio inquietos semper exsistere (10, 21, 1 [*ad prov. 28, 19* qui sectatur otium]). 10, 14 (*ad II Thess. 3, 11 sq.*) causas tantorum ulcerum, quae de radice -is emergunt, *eqs.* (*opp.* operationis). 10, 21, 4 ignominiam -is (*syn.* inertiae). *al.* EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 14 -s sine timore dei magistra nequitiae est (*gr.* σχολή). PAVL. STEPH. reg. 14 -is compedibus illigati *monachi*. REGVLA mag. 13, 44 laboris opere propter -em ... consignetur. BENED. reg. 48, 1 -s inimica est animae (*v. Vogüé adn. ad l. et comm. p. 591, 4, qui sententiam Benedicto tribuit, unde postea fluxisse videtur in* RVFIN. Basil. reg. 192, *ubi affertur ut dictum Salomonis*).

b *in neutram partem, fere i. q. quies, vacatio sim.* (*accedit adi.* deliciosa CASSIOD.; *gen. obi.* rerum CAEL. AVR.): *α in praeceptis medicorum*: CAEL. AVR. gyn. 2, 4 *mulieres exercitio corporis purgatione privatae* erunt agendae mollius exercitia solita relinquentes, quo muliebri sexu et -e rerum corpus ... habitudinem femininam sumat. ORIBAS. eup. 4, 120 *arthriticos* fugientes -em ... et satietatem (*gr. 4, 116, 3* ἀργίαν). syn. 6, 24, 7 (*inter curationes contrarias*) -s (oc- *trad.*) et ciborum superfluitas. (*gr.* ἀργίαις). *β varia*: CASSIOD. in psalm. 143, 14 boves non assiduo labore macri, sed deliciosa -e pinguissimi sunt. SERM. Rev. Bénéd. 24, 1907, 531 l. 8 ut -s fiat *die dominico* (*cf. Migne gr. 86, 416^{A}* μὴ ἐργάζεσθαι, *antea syn.*: vacatio operum). ORIG. in Matth. 15, 35 p. 455, 7 (*ad Matth. 20, 6* quid hic statis tota die otiosi?) onus ... erat -s ipsa et quod non iudicabantur ... ad opera vineae digni.

2 *studiorum causa*: SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 93 cessantibus ... proeliis ludos invenerunt *Graeci* diversos -i vacantes, inter quos etiam artem poeticam. *metonymice de carminibus quasi fructibus otii* (*cf. Ov. trist. 2, 224* otia nostra): SIDON. epist. 2, 10, 3 suas -es (oc- *aliquot codd.*) trepidanter edentem meliorum carminum comparatio premit.

ōtiŏsor, -ārī. *ab* otiosus, *cf.* verbosari. *i. q. otiosum esse, otiari in malam partem*: PS. TIT. epist. l. 456 prohibe t⟨e⟩ (*Bulhart, Rev. Bénéd. 62, 1952, 298,* prohibe[t] *de Bruyne*) foeminarum conventu (conventu⟨i⟩ *de Bruyne*) non coniungi nec etiam in convivio -ari (oc- *trad.*).

***ōtiōsus**, -a, -um. *ab* otium. *scribitur* in *codd.* oc- SCHOL. Hor. epod. 5, 43 (occisa *v*). ORIBAS. eup. 1, 16, 5. *al., in var. l.* TER. Phorm. 87 TAC. Germ. 44, 3. *al.*; occ- ITALA Matth. 12, 36 (cod. g^{1}), *in var. l.* QVINT. decl. 373 p. 412, 20 TAC. Germ. 44, 3. *al.* i *longa* CIL VI 1724, 11 *a. 435.* NOT. Tir .44, 35. *compar.* -ior *inde a* CIC., *superl.* -issimus *apud* CIC., PLIN. epist., AVG.; *cf.* nimis -us PLAVT. Truc. 136 CELS. 1, 3, 3 SEN. nat. 2, 32, 3 COD. Theod. 4, 14, 1, 5; valde -us CIC. Att. 12, 39, 1. *prosodia insolita* (*sc. in dactylis per synizesin pro tribus syllabis, cf. p. 1173, 30*): CE 333. CIL VI 23730, 6 (*loc. dub.; v. 34148a et CE 837 adnot.*). GLOSS. -us: ἄνετος. σχολαῖος. ἥσυχος. ἤρεμος. ἄπρακτος. ἀπράγμων. ἀμέριμνος. ἀργός. securus (*cf. p. 1169, 3*). quietus. -um: ἄπρακτον. GLOSS.^{L} I Ansil. OT 7 -us: tepidus, piger. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE, TER., NOVIO, RHET. Her., CIC.; *inde in poesi rarius* (CATVLL. *bis*, PVBLIL. *bis*, HOR. *bis*, PRIAP. *semel*, PHAEDR. *semel*, MART. *decies*, TER. MAVR. *semel*, CE 333), *in prosa oratione per totam latinitatem.* [*francog.* oiseux. *cf. M.-L. 6121. Wartburg VII 443 sq. St.*] [*confunditur cum* odiosus LACT. inst. 2, 4, 28. DARES 27 (*de* VAL. MAX. 2, 9, 1 *v. Stangl, Berl. Phil. Woch. 34, 1914, 989*); *falso trad. pro* vitiosus PELAG. in I Cor. 11, 27 p. 193, 8; *de* Nov. Atell. 80 *v. Frassinetti ad l., de* PORPH. Hor. carm. 2, 1, 17 *et* 4, 11, 11/12 *v. vol. V 2, 565, 67. 72.*]

i. q. otii plenus, otium agens sim.; gr. ἀργός (*quod resp. in graecis, nisi aliud quid adnotatur*); *dicitur in bonam partem praecipue apud* SEN. (*v. p. 1168, 31 sqq.*), *in malam partem saepius* (*v. e. g. p. 1167, 39 sqq. et quae sub II allata sunt*), *in neutram partem passim. pro subst.*: *masc.* (*cf. p. 1170, 34*) *sing.* VARRO ling. 8, 27 SEN. dial. 8, 8, 1 PLIN. epist. 9, 34, 2. *al., plur. saepius inde a* CIC.; *neutr. v. p. 1172, 81, adverbia notabiliora* (*v. etiam l. 33*): CIC. off. 3, 1 minus. QVINT. inst. 8, 4, 16 minime. 11, 3, 107 diu. HIL. trin. 9, 31 admodum. *in figura q. d. litotes v. sub II passim; per pleonasmum v. p. 1169, 56; in lusu verborum cum* otium ENN. scaen. 238 CIC. Planc. 66 (*cf.* Cael. 1); *per oxymoron cum* occupatio PLIN. epist. 9, 6, 4, negotium PS. CYPR. spect. 5. ZENO 1, 7, 1 (2, 9, 1 L.). AMBR. hex. 1, 2, 7 AVG. in psalm. 86, 9 l. 17. 147, 3 l. 31. 32 (*liberius iam* CIC. Lael. 86 PS. CYPR. spect. 8 SYMM. or. 1, 9 AVG. in psalm. 110, 1 l. 13), *cum* actio ARNOB. nat. 2, 67 AVG. epist. 55, 9, 17.

I *significat statum nihil agentis, quiescentis* (*syn. vel iuxta pos.* nihil agens, nihil agere CIC. Phil. 11, 20 nat. deor. 3, 93 RVFIN. Orig. in Rom. 5, 2 p. 1024^{D}. 7, 16 p. 1145^{A} [*disting.* PLIN. epist. 1, 9, 8], quietus, quiescere CIC. leg. agr. 2, 77. 102 Rab. post. 17 Cato 82 TAC. dial. 40, 2 PANEG. 11, 18, 2. *al.*): **A** *animantium*: **1** *negatur potius actio, fere i. q. ab opere, labore cessans, opere solutus sim.* (*syn. vel iuxta pos.* feriatus SEN. dial. 1, 2, 5 CYPR. ad Donat. 16 p. 16, 9 AVG. civ. 6, 7 p. 259, 2 D. *al.*; *opp.* occupatus PLAVT. Men. 453 CIC. Planc. 66 rep. 1, 14. *al.*, negotiosus PLAVT. Truc. 136 APVL. met. 2, 19, 6 AVG. epist. 159, 1. *al.*, laboriosus CIC. Cael. 1 PRIAP. 2, 9 AVG. civ. 7, 19 p. 297, 27 D., actuosus AVG. civ. 19, 2 p. 351, 23. 19, 19 p. 387, 22. *al.*): **a** *de hominibus* (*et per enallagen quandam de eorum statu, actione sim.*): *α quolibet respectu*: ① *de ipsis hominibus*: PLAVT. Men. 453 ad eam rem -os homines decuit deligi (*opp. 452* occupatos, *resp. 458* quibus negoti nihil est). Most. 1003 quid tu -us res novas requiritas? Truc. 136 nimis -um te arbitror hominem esse. : : . . . : : quia ... alienis rebus curas (*opp.* negotiosus). *al.* TER. Haut. 508 dissolvi me, -us operam ut tibi darem ([*antea 498* paullum negoti mi obstat]. Phorm. 87. AVR. Fronto p. 68, 24 v. d. H.). Ad. 279 maneo -us hic. CATO or. frg. 10, 5 (181 M.) tu -us ambulas.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur inde a PLAVTO (*23*), ENNIO (*bis*), TER. (*12*), CATONE, LVCIL., AFRAN., QVADRIG. (*singulis locis*), RHET. Her. (*bis*), CIC. (*saepissime*), VARRONE (*bis*); *inde adamant in prosa oratione* LIV., SEN. *philos.*, TAC., PLIN. (epist.), IVST., AMM.; *raro invenitur e. g. apud* CAES. (*quater*), VITR., CELS., MELAM, PETRON. (*singulis locis*); *vox in sacr. script.* (VVLG. *6ies*) *raro adhibita ne ab ecclesiasticis quidem praeter* TERT. *et* AVG. *frequentari videtur, deest apud* IREN., CYPR. *in poesi frequentius occurrit apud* OV. (*29*), STAT. (*21*), MART. (*16*), AVSON. (*18*), CLAVD. (*19*), *rarius e. g. apud* LVCR., TIB., PROP. (*singulis locis*). *de usu numeri pluralis (rem fusius tractant e. g. Löfstedt, Synt. I² 46, Lebek, Verba prisca, 1970, 242): in prosa oratione (plur. poet., sed hic illic indicatur et quaedam amplificatio vel vis iterativa, praecipue in locis cum contemptu dictis)*: -is (*dat. et abl.*): QVADRIG. hist. 28 nimiis (*si recte em. Lambecius; imitationem Ennii suspicatur Norden ad Verg. Aen. 6, 813*; GELL. 17, 2, 23 *ad l.*: elegantia ... ex multitudine numeri quaesita est.). CIC. rep. 1 frg. 5 (*resp.* negotiis). COLVM. 1, 8, 2 (*sequitur enumeratio*: campo, circo, theatris, aleae *sim.*). PANEG. 7, 11, 3 (-o *Baehrens*). PETR. CHRYS. serm. 54, 7 EVGRAPH. Ter. Eun. 265. BOETH. arithm. 1 praef. 4, 20 longis. -a (*nom. et acc.*): SEN. epist. 73, 10 (*antea attulit* VERG. ecl. 1, 6). QVINT. inst. 6, 2, 30 (*sequuntur pluralia*). PS. QVINT. decl. 6, 22. TAC. ann. 14, 20, 4 (*inter pluralia*). FLOR. epit. 1, 16, 4 (*de duabus rebus*). 2, 8, 8 -a et luxūs. DIOM. gramm. I 516, 32. COLL. Mos. 15, 3, 1 maxima. TERT. anim. 20, 4 (*inter pluralia*). pall. 1, 1 praescr. 39 l. 12 cetera. IVST. 6, 9, 6 -a (vitia *var. l.*) Graecorum. AMBR. obit. Valent. 22 (*seq.* pericula). PELAG. in Tit. 1, 12 ferias et -a (odia [d *dub.*] *A*; -as *H₁*). PS. RVFIN. in Os. 2, 11. PETR. CHRYS. serm. 13, 1 BOETH. cons. 1, 4, 7 W. COD. Iust. 3, 12, 9, 2 (*a. 469*). 11, 63, 4, 1 (*a. 384/9*). ISID. nat. 1, 3 orig. 18, 1, 11. *in poesi (non nisi in versibus dactylicis excepto* MART. 4, 14, 10) *metri causa leguntur nom. et acc. plur.* -a (*fere in quinto vel primo pede, in pentametris et post caesuram*) *inde a* CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 72 CATVLL. 68, 104 LVCR. 5, 1387; *ceterum occurrunt in versibus dactylicis gen. sing.* (*forma contracta*) LVCIL. 1140. VERG. georg. 4, 564 (*inde* AVSON. 34, 15 p. 311 P. 334, 392 p. 137). HOR. sat. 1, 4, 138. AVSON. 364, 4 p. 91 P. (*antea*: negoti); *nom. sing.* CLAVD. carm. min. app. 1, 8 (*v. supra l. 14*).

[*prov. vet. oz. cf. M.-L. 6122. Wartburg VII 445. St.*] [*confunditur in codd. cum* odium: PLAVT. Truc. 871 (*var. l. ut* CIC. leg. 3, 14 off. 1, 77 LIV. 30, 44, 7. *al.*), *restituitur* PVBLIL. F 22. *falso trad.*: CAES. civ. 3, 1, 4 initio (*Vascosanus*, inotio, inocio *sim. codd.*) civilis belli. TAC. ann. 14, 58, 4 dum suffugium ⟨ess⟩et (*Andresen*, -um suffugium et *M*, *v. app. crit.*). *in tabula marmorea*: ACT. ARV. a. 218a, 25 OTIIS *pro* offis (*v. p. 486, 45*) *vel* ollis (*v. vol. II 1454, 10*).]

i. q. σχολή (*quod ubi resp., non adnotatur*), ἀργία. *de re exstant tractatus inscripti* De -o (VAL. MAX. 8, 8 SEN. dial. 8); *cf. e. g. J.-M. André, L'otium dans la vie morale et intellectuelle romaine, 1966. W. A. Laidlaw, Greece and Rome 15, 1968, 42 sqq.; synon. et oppos. v. p. 1186, 17 sqq.; luditur cum* negotium ENN. scaen. 234 TER. Hec. 26 CIC. off. 1, 156. *al.*, otiosus ENN. scaen. 238 CIC. Planc. 66. *al.* (otiose PLAVT. Aul. 771), odium CIC. leg. agr. 2, 102 Flacc. 71 Phil. 13, 7 (odiosus PHAEDR. 2, 5, 2); *in anaphora* CATVLL. 51, 13 sqq. HOR. carm. 2, 16, 1 sqq.

CAPVT PRIVS: *exempla* **notionem** *illustrantia*: I *usu originario de quolibet statu quieto, vacuo*: A *animantium*: **1** *hominum*: **a** *potius negatur actio, fere i. q. vacatio, cessatio ab actionibus, occupationibus, negotiis sim.*: **α** *quolibet respectu*: ① *exempla varia selecta*: PLAVT. Merc. 552 quom sis iam senex, tum in -um te conloces (*sim. in senectute e. g.* CIC. de orat. 1, 255. HOR. sat. 1, 1, 31 senes ut in -a tuta recedant. MANIL. 2, 840 ad ... extrema ... tempora vitae -aque). Trin. 838 dehinc iam certumst -o dare me; satis partum habeo. Truc. 138 (*ad ancillam meretricis*) vos mihi dedistis -um (*postea*: vos meum negotium abstulistis). TER. Hec. 26 ut in -o esset potius quam in negotio (*item de mora scribendi*: Phorm. 2). RHET. Her. 1, 1, 1 negotiis ... impediti vix satis -um studio suppeditare possumus. CIC. de orat. 2, 22 -i fructus est ... relaxatio (*relaxationis, ludi sim. causa ut*: 3, 58 excogitant in -o ludum. VERG. georg. 3, 377 -a agunt ..., noctem ludo ducunt. HOR. sat. 1, 4, 138 ubi quid datur -i, inludo chartis. MANIL. 5, 173 -a per varios exercet dulcia lusus). Att. 14, 8, 2 nauseolam tibi ... causam -i dedisse (*per morbum ut*: CATVLL. 44, 15). VARRO rust. 1, 1, 1 -u⟨m⟩ si essem consecutus (*postea opp.* properandum). NEP. Pel. 2, 1 non quo sequerentur -um *exsules*. VERG. Aen. 4, 271 qua spe Libycis teris -a terris? OV. met. 4, 307 cum duris venatibus -a misce (*sim.* 309). Pont. 4, 2, 40 qua ... infelicia perdam -a materia ...? LIV. 25, 7, 11 vir inquieti animi et minime -um ... patientis. CELS. 1, 3, 2 ex nimio labore subitum -um *eqs.* (*cf.* PLIN. epist. 8, 8, 4 laborem -o, -um labore variare. PS. VARRO sent. 40 ex negotio semper -um sumendum). COLVM. 1, 8, 19 feminis ... fecundioribus ... -um ... dedimus. VAL. FL. 3, 614 morae impatiens ... Tiphys ... oblato monet -a rumpere cursu. STAT. silv. 4, 4, 34 vires instigat alitque tempestiva quies, maior post -a virtus. *et saepe.* (II) *accedunt determinationes*: *per praepos.* ab *vel* ad: TER. Haut. 75 tantumne ab re tuast -i tibi, aliena ut cures? (*affert variando* CIC. Att. 12, 6, 3). CIC. Att. 1, 5, 4 cum et -i ad scribendum plus ... habueris. GELL. 19, 8, 1 quando erat a magistris auditionibusque obeundis -um. *per gen.*: *gerund.* (*indicatur ad quam rem*): TER. Ad. 419 auscultandi. VARRO Men. 338 agendi. GELL. 5, 1, 2 -um prolixe profuseque laudandi. *subst.* (*fere explic., qual., inhaer.; vi separativa* LIV.): CIC. ad Q. fr. 2, 12(13), 2 dierum (ORIG. in Matth. 15, 28 p. 437, 15 totius d. [*gr.* ἀργίας]). LIV. 4, 25, 3 pestilentia ... aliarum rerum -um praebuit. VITR. 2, 8, 10 aetatis (*inter plura del. Krohn*). VAL. MAX. 5, 7, 1 lectuli. SEN. epist. 94, 74 sui iuris (MART. 4, 25, 8). PLIN. epist. 4, 14, 2 temporis (REGVLA mag. 50, 2 modici t.). PALLAD. hist. mon. I 2 p. 258ᴬ unius ... septimanae (*gr. p. 25, 23 B.* ἀργία).

β *certo quodam respectu*: ① *spectat ad desidiam, luxuriam, vitam commodam sim.* (*fere cum vituperatione dicitur; de duobus generibus* VAL. MAX. 8, 8 pr. alterum *-um industriae contrarium* ... etiam inertibus vitandum, alterum strenuis quoque interdum adpetendum): Ⓐ *quorumlibet* (*exempla selecta inde a* CIC.; *adi.* urbanum *vide l. 45*, Saturnia CLAVD.; *gen.* regni VAL. FL.): PLAVT. Asin. 253 *in foro* tu ad hoc diei tempus dormitasti in -o; quin tu abs te socordiam omnem reice et segnitiem amove. TER. Hec. 225 sumptus vestros -umque. Eun. 265 (*loq. Parmeno de parasito*) viden -um et cibus quid facit alienus? (EVGRAPH.: neque animus neque corpus ex -is curationem ... cognoscit). Ad. 42 hanc clementem vitam urbanam atque -um (*sim. de eodem*: 863 suam semper egit vitam in -o, in conviviis). QVADRIG. hist. 28 hic nimiis (*Lambeck, v. app. crit.*) in -is consumptus est. CIC. inv. 1, 22 eorum inertia, neglegentia, ignavia, desidiosum studium et luxuriosum -um. Tusc. 5, 78 umbris, deliciis, -o, languore, desidia. SALL. Catil. 17, 6 in -o vel magnifice vel molliter vivere. 37, 7 iuventus ... urbanum -um ingrato labori *in agris* praetulerat (LIV. 44, 22, 14 *opp.* militiae laboribus). MANIL. 2, 146 *turba diligit* mollem ... per -a luxum. VELL. 2, 88, 2 -o ac mollitiis paene ultra feminam fluens *Maecenas*. COLVM. 1, 8, 2 socors et somniculosum genus id mancupiorum -is, campo, circo, theatris ... consuetum. VAL. FL. 1, 500 patrii neque ... probat -a regni *Iuppiter* (*vix spectat ad exempla sub b allata ut* CLAVD. rapt. Pros. 3, 21 Saturnia ... -a et ignavi senium ... aevi). *al.* *de -o q. d. Graeco* (*promiscuis sc. variis rationibus, cf. maxime p. 1177, 69; proverbium intellegit Otto, Sprichw. n. 771; cf. et Cic. Sest. 110* Graeculum ... atque otiosum): CIC. Verr. II 1, 63 quieti, prope praeter ceteros ad summum Graecorum -um potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati *Lampsaceni* (IVST. 6, 9, 6). de orat. 1, 22 *Graecos* -o studioque abundantes (3, 122 *philosophi Graeci. cf.* 3, 57 -o nimio et ingeniis uberrimis adfluentes [*postea*: a negotiis publicis ... aut temporibus exclusi aut voluntate sua feriati]. 3, 131 *Graeci* -o ... diffluentes). orat. 108 nemo ... tam multa, ne in Graeco quidem -o scripsit. TERT. spect. 18 p. 20, 6 et propter Graeciae -um altiles homines (*sc. athletas*) oderis (*cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 95 'nunc athletarum': enumerat, quas artes Graecia per pacem ⟨et⟩ -um sit secuta [*Schol. ad v. 93* otiositati vacantes]).

Ⓑ *amantium*: ① *respicitur desidia, ex qua homines amore capiuntur* (*sec. opinionem communem, quod homo desidiosus amore capiatur, cf. e. g. Prinz, Wien. Stud. 36, 1914, 63 sq.; Tietze, Rhein. Mus. 88, 1939, 352; Fraenkel, Horace, 1957, 212; certiora tantum afferimus; cf. p. 1180, 51*): PLAVT. Merc. 62 non ... amori neque desidiae in -o operam dedisse (*opp.* opere ... rustico). Trin. 658 vi Veneris vinctus, -o captus (aptus *A*). TER. Haut. 109 nulla adeo ex re istuc (*sc. amicam pro uxore habere*) fit nisi ex nimio -o. CATVLL. 51, 13 sq. -um, Catulle, tibi molestum est: -o exultas nimiumque gestis (*quae sequuntur v. p. 1179, 53*). OV. epist. 18(19), 102 si -a nescio qua paelice captus agis. rem. 136 fac ... fugias -a prima ...; haec, ut ames, faciunt. 139 -a si tollas, periere Cupidinis arcus. 143 Venus -a amat. MANIL. 4, 157 -a et aeternam peragunt in amore iuventam. OCTAVIA 562 luxu -o nutritur *Amor*. TAC. ann. 14, 20, 4 gymnasia et -a et turpes amores. FLOR. epit. 4, 11, 1 cum ... exosus arma in -o ageret, captus amore Cleopatrae *Antonius*. ② *respicitur inertia eorum, qui amore abstinent: comparatur amans cum milite* (*cf. p. 1177, 3*): OV. am. 1, 9, 41 segnis eram discinctaque in -a natus (*cf. v. 46* qui nolet fieri desidiosus, amet). *spectat ad statum*

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nondum nuptae: STAT. silv. 1, 2, 182 (*loq. Venus*) ergo age, iunge toros atque -a deme iuventae (3, 5, 61 -a ... terit infecunda i.).

ⓒ *militum* (*v. et* OV. *p. 1176, 83; hic illic subauditur doctrina quae pacem hominibus nocentem vitandam monet, cf. p. 1179, 49 sqq.; gen.* castrorum *l. 20*): ENN. scaen. 234 (*loq. chorus militum, sed fortasse sensu generali*) -o qui nescit uti, *eqs.* (*cf.* 238 otioso in -o animus nescit, quid velit. *gr. resp. fortasse Soph. frg. 287 Nauck* εἰκαία σχολή, *cf. Skutsch, Studia Enn., 1968, 162 sqq.*). CAES. civ. 2, 30, 2 quod ⟨in⟩ huiusmodi militum consiliis -um maxime contrarium esse arbitrarentur. SALL. Catil. 11, 5 loca amoena, voluptaria facile in -o ferocis militum animos molliverant. OV. fast. 2, 724 dum vacat et metuunt hostes committere pugnam, luditur in castris, -a miles agit. CORN. SEV. carm. frg. 12 luxuriantur opes atque -a (od- *vel* ord- *codd.*) longa gravantur (*si recte ad milites refert Dahlmann, cf. vol. VII 2, 1929, 7*). LIV. 21, 24, 1 ne mora atque -um animos sollicitaret. 28, 24, 6 licentia ex diutino, ut fit, -o conlecta (FRONTO p. 122, 9 v. d. H. exercitus ... luxuria et lascivia et -o d. corruptus). 35, 35, 9 copias non sineret sub tectis marcescere -o. *al.* VELL. 2, 78, 2 ne res disciplinae inimicissima, -um, corrumperet militem. 2, 117, 2 -o magis castrorum quam bellicae adsuetus militiae *Varus* (TAC. ann. 1, 35, 1). SEN. epist. 56, 9 -i vitia negotio discuti (*item ad verbum*: CVRT. 7, 1, 4). LVCAN. 4, 704 variam ... dant -a mentem. STAT. Theb. 10, 225 fremit ... iuventus ..., cur maneant castris ignavaque servent -a. *al.* *in imagine apud Christianos*: CASSIAN. inst. 5, 19, 1 pacis -o miles Christi lentescens.

(II) *spectat ad statum a publicis officiis, negotiis liberum*:
Ⓐ *de qualibet vacatione* (*fere studiorum, artium sim. causa; cf. et p. 1175, 82*): ① *quorumlibet*: ⓐ *exempla varia selecta*: CATO orig. 2 clarorum hominum ... non minus -i quam negotii rationem extare oportere (*alludunt saepe scriptores vet., cf. Schröder ad l.*). LVCIL. 1140 tempus ... in ipsum -i *Scipionis* (*de eodem* CIC. off. 3, 2 Africani -o. VELL. 1, 13, 3 intervalla negotiorum -o dispunxit). CIC. Arch. 12 ita vivo ..., ut a nullius umquam me tempore aut commodo ... -um meum abstraxerit (*antea*: fateor me his studiis esse deditum). Planc. 66 quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne -um quidem umquam otiosum? de orat. 1, 3 quantum mihi ... vel causa amicorum vel r(es) p(ublica) tribuet -i, ad scribendum potissimum conferam. 2, 57 -um suum consumpsit in historia scribenda *Philistus*. fin. 3, 7 tum in summo -o maximaque copia quasi helluari libris ... videbatur *Cato*. fam. 3, 11, 4 auguralis libros ad commune utriusque nostrum -um serva. ad Q. fr. 3, 9(7), 2 ex re publica ... nihil iam voluptatis capi potest ...; litterae me et studia nostra et -um villaeque delectant. SALL. Catil. 4, 1 ubi ... aetatem a re publica procul habendam decrevi, non fuit consilium socordia atque desidia bonum -um conterere, ...; sed ... statui res gestas populi Romani ... perscribere. Iug. 4, 4 maius ... commodum ex -o meo quam ex aliorum negotiis rei publicae venturum. SEN. nat. 4 praef. 1 scio, quam sis ambitioni alienus, quam familiaris -o et litteris. QVINT. inst. 2, 12, 12 inquirendo scribendoque talia consolemur -um nostrum. TAC. dial. 10, 3 in hac studiorum parte (*sc. in carminibus*) oblectare -um. 14, 4 -um suum ... rhetorum more ... consumere. ann. 13, 46, 3 *Otho* procax -i et potestatis temperantior. *et saepe.* ⓑ *accedunt determinationes: per adi.* (*notabiliora*): CIC. Sull. 26 honestum (*al., v. vol. VI 3, 2906, 13 sqq. et cf.* VELL. 2, 99, 4 honoratius). Tusc. 3, 57 privatum (PANEG. 6, 15, 1 ANON. de mach. bell. praef. 6). 5, 105 litterato (AVG. civ. 19, 2 p. 351, 15 D.). STAT. silv. 1, 3, 109 docta. PLIN. epist. 1, 22, 11 studiosum (POMER. 3, 28, 2). 3, 7, 3 laudabili (*cf. p. 1179, 12*). CLAVD. 17, 115 fecunda. AVG. civ. 19, 1 p. 349, 10 D. erudito. ord. 1, 2, 4 liberali (soliloq. 1, 9, 16. *cf. p. 1178, 20*). *per gen.*: CIC. de orat. 1, 224 ad huiusce modi Tusculani requiem atque -um. off. 2, 4 scribendi (scribendo *P. item gerund.*: TAC. ann. 6, 20, 2 cuius *Chaldaeorum artis* apiscendae. AVG. c. acad. 2, 2, 4 philosophandi). VAL. MAX. 5, 6 ext. 5 litterarum. AMM. 17, 13, 34 bidui. *per praepos.*: ad: CIC. de orat. 1, 2 fructus -i datus est ad eas artes ... celebrandas. ab: ARNOB. nat. 4, 36 ab officiis -um publicis. cum: *v. p. 1186, 26. 33.* *per inf. fin.*: GELL. 13, 2, 1 quibus -um et studium fuit vitas ... doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere.

② *philosophorum, philosophiae deditorum* (*selecta, cf. p. 1176, 52 sqq. 1178, 69 sqq.; hic illic cum contemptu*): CIC. rep. 1 frg. 5 istorum disputatio ... vereor ne non tantum videatur utilitatis adtulisse negotiis hominum, quantam oblectationem -is (-o *Brandt. explicat* LACT. inst. 3, 16, 6 illos non ideo disputare, ut doceant, sed ut se oblectent in -o). arad. 3 illa ipsa, quae vix in gymnasiis et in -o Stoici probant (*cf. p. 1176, 80 et* PLIN. epist. 1, 22, 6 non quidem gymnasia sectatur *Titius* ... nec disputationibus longis aliorum -um suumque delectat). ac. 1, 11 -i oblectationem hanc honestissimam. off. 1, 69 *qui* tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerint ad -umque perfugerint, in his et nobilissimi philosophi. 1, 153 ut ... omnia ... summo -o secum ipse consideret *sapiens*. SEN. dial. 8, 3, 2 sq. utraque *secta Epicureorum et Stoicorum* ad -um diversa via mittit *eqs.* 8, 3, 4 commendare se bonis artibus et illibatum -um exigere *potest Stoicus*. 8, 4, 2 huic maiori rei publicae (*sc. qua dii atque homines continentur*) et in -o deservire possumus *eqs.* 8, 6, 4 quo animo ad -um sapiens secedit? 8, 8, 1 non dico, ut -um patiatur, sed ut eligat. *ibid.* sapiens ad -um veniat. PLIN. nat. 19, 51 Epicurus -i magister. QVINT. decl. 268 p. 95, 12 quid in his *philosophis* deprehendas praeter fictam frontem et perpetuum -um ...? TAC. hist. 4, 5, 1 ⟨ut⟩ nomine magnifico (*i. philosophiae*) segne -um velaret. *al.*

③ *poetarum* (*certiora; cf. p. 1176, 2; de mora scribendi p. 1175, 81; adi.*: ignobile *l. 9 sq.*, iners AVSON., liberrimum HOR., liberale PROB., *gen.* vitae *l. 15*): VERG. georg. 4, 564 Vergilium me ... dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis -i, carmina qui lusi pastorum ([SERV.: id est artis poeticae]. *al. v. vol. VII 1, 299, 56 sq.*). HOR. epist. 1, 7, 36 nec -a divitiis ... liberrima muto. OV. trist. 3, 2, 9 fugax rerum securaque in -a natus *sum*. 4, 8, 7 quae ... meae semper placuerunt -a menti. 4, 10, 40 petere Aoniae suadebant tuta sorores -a. 4, 10, 105 ductae ... per -a vitae (*cf.* STAT. silv. 4, 4, 49 -a vitae solamur cantu). MART. 1, 107, 3 -a da nobis, sed qualia fecerat olim Maecenas Flacco Vergilioque suo. ANTH. 804, 11 -a contingant ... non sordida (*antea*: carmina curem). AVSON. 338 p. 156, 1 P. misi ad te Technopaegnion, inertis -i mei inutile opusculum. PROB. Verg. ecl. praef. p. 323, 11 vixit *Vergilius* ... liberali in -o.

Ⓑ *de missione sive temporali sive perpetua* (*cf. Heubner ad* TAC. hist. 1, 82, 3) *a militia vel ab aliis ministeriis* (*exempla certiora; adi.* militare TAC. hist. 1, 46, 2, *gen.* quietis COD. Theod. 6, 23, 3 pr.): TAC. hist. 1, 46, 2 per latrocinia et raptus aut servilibus ministeriis militare -um redimebant (*syn.* vacationem emeret). 1, 82, 3 *tribuni* abiectis militiae insignibus -um et salutem flagitantes. 4, 20, 1 longa atque inrita militia fessis *Batavis* patriae atque -i cupidinem esse. PS. AVR. VICT. epit. 41, 25 voluptarium. AMM. 16, 7, 6 praepositus cubiculi ... digressus ad -um (20, 2, 5. 25, 8, 9. 28, 6, 30. *cf.* 28, 6, 25 discessit [31, 10, 22]). COD. Theod. 6, 23, 3 pr. *decuriones* post hanc militiam honoratae quietis -o perfruuntur (*cf.* 14, 3, 7 -o et quiete donetur. COD. Iust. 11, 63, 4, 1 -a quieta meruerunt. 12, 5, 2 pr. -i tempore et quietis). 6, 26, 8 impertito -o. 7, 1, 4 qui ante stipendia emensa ... -o mancipati sunt. 8, 5, 39 pr. quisquis ... deposita dignitate aget -um. *al.*

(III) *spectat ad ferias, dies festos sim.* (*cf.* ISID. nat. 1, 4 festi tantundem -i et religionis sunt): Ⓐ *paganorum* (*vix huc pertinet* AFRAN. com. 140, *ubi potius de mora proficiscendi*): CIC. Cael. 1 in communi ... -o (*antea*: diebus festis ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis). de orat. 2, 20 num importunum tempus *videtur* in tanto -o? (*cf. 2, 13* esse ludos). rep. 1, 14 *de feriis Latinis*. PROP. 4, 4, 79 Romulus excubias decrevit in -a solvi (*sc. Parilibus*). OV. trist. 3, 12, 17 -a nunc ... *Romae*, iunctisque ex ordine ludis *eqs.* LIV. 7, 1, 4 iustitio simile -um (*item comparatur iustitium*: 26, 26, 10). *al.* *indicatur a qua re*: GELL. 16, 10, 1 -um erat quodam die Romae in foro a negotiis et laeta quaedam celebritas feriarum. Ⓑ *Iudaeorum, Christianorum* (*de Romanorum imitatione sabbati v.* TERT.; *cum gen. explic. vel inhaer. saepius, vi separativa vide l. 63 sqq. 68, cf. a cum abl. infra l. 67*): TAC. hist. 5, 4, 3 septimo die -um *Iudaeis* placuisse ferunt. TERT. nat. 1, 13, 3 *ex septem diebus* praelegistis, quo die ... -um ... curetis (*cf.* apol. 16, 11 *Romani* diem Saturni -o et victui decernunt). IVVENC. 2, 565 sabbata ... priscis repetebant -a iussis. 2, 590 (*ad Matth. 12, 11*) transibitis -a legis (AMBR. in Luc. 5, 29 [*nisi ut l. 62*] *cf.* IVVENC. 4, 728 -a qui *dies* ... prisca de lege iubebat. PETR. CHRYS. serm. 77 p. 418 A iussione legis torpebat in -o *sabbatum*. ISID. nat. 1, 3 in quo *die* -a celebrantur in lege). VVLG. Ezech. 21, 23 sabbatorum (*cf.* PS. RVFIN. in Os. 2, 11 sabbati -a). VEREC. in cant. 4, 5 D. -um quiescendi. COD. Iust. 3, 12, 9, 2 religiosi diei (*sc. diei dominici*). *explicatur sabbatum allegorice* (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 2, 7, 2 p. 149, 20 neque ... corporaliter intellegi ... -um sabbati): HIL. in Matth. 12, 2 sabbato in agrum profectus in legis -o domini progressus in hunc mundum est (*cf. 12, 5* lege cessante). 25, 7 ne ... in -o bonorum operum reperiamur (*sim. ad Matth. 24, 20*: PAVL. NOL. epist. 9, 3 in -o spiritalium negotiorum et bonorum operum sterilitate. *cf. et p. 1182, 17*). RVFIN. Orig. in Ios. 2, 1 p. 297, 9 sabbatizare populum dei non -um gerentem a conversatione communi, sed -um gerentem ab operatione peccati (*cf.* Orig. in num. 6, 4 p. 36, 14 peccandi).

(IV) *spectat ad vitam contemplativam, abstinentem sim.* (*exempla notabiliora*): Ⓐ *apud paganos* (*fere de habitu hominis sapientis; aliter p. 1177, 69; huc iam spectat fortasse* HOR. sat. 2, 7, 112 -a recte ponere. *cf. p. 1180, 48*): SEN. dial. 9, 1, 11 ubi aliquid animum ... percussit ..., ad -um convertor. 10, 4, 1 quibus *vocibus* -um optent, laudent, omnibus bonis suis praeferant *homines potentissimi*. 10, 12, 9 ille otiosus est, cui -i sui et sensus est (*cf. 10, 14, 1* soli omnium otiosi sunt, qui sapientiae vacant). epist. 68, 1 absconde te in -o; sed et ipsum -um absconde. 68, 10 -um tibi commendo, in quo maiora agas et pulchriora quam quae reliquisti. *al. apud eundem.* Ⓑ *apud Christianos* (*fere de habitu sancti, cf.* RVFIN. Orig. *supra l. 66 sqq.; rem tractat Leclercq, Otia Monastica, Stud. Anselmiana 51, 1963, 36 sqq.; adi.* sanctum *p. 1179, 12*, laudabile *ibid.*, negotiosum PS. EVSEB. GALLIC.; *gen. inhaer.* TERT., AVG. vera relig., retract.): TERT. monog. 16, 1 resurgere in opera carnis de continentiae -o. ITALA psalm. 45, 11 (Aug. vera relig. 35, 65) agite

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um et agnoscetis, quia ego sum dominus (*gr.* σχολάσατε, *Vulg.* vacate, *Hier. psalt. sec. Hebr.* cessate. *explicat* Avg. *l. c.* non -um desidiae, sed -um cogitationis, ut a locis ac temporibus vacetis). Sirach 38, 25 (Aug. in euang. Ioh. 57, 3) sapientia scribae in tempore -i, et qui minoratur actu, ipse percipiet eam (*Vulg.* vacuitatis). Pavl. Nol. carm. 10, 166 veri . . . profunda perspicere intenti de vanis libera curis -a amant (*opp.* divinis inimica negotia donis). Avg. c. acad. 2, 2, 4 de -o meo . . . gaudeo; quod a superfluarum cupiditatum vinculis evolavi *eqs.* civ. 19, 19 p. 387, 27 D. nec sic . . . otiosus, ut in eodem -o utilitatem non cogitet proximi. *ibid.* in -o non iners vacatio delectare debet, sed aut inquisitio aut inventio veritatis. p. 388, 16 *studium veritatis* ad laudabile pertinet -um. *ibid. l.* 19 -um sanctum quaerit caritas veritatis (*sim.* Vita Fulg. p. 61). epist. 10, 2 deificari . . . in -o. in euang. Ioh. 57, 3 -um meum non impenditur nutriendae desidiae, sed percipiendae sapientiae. retract. 1, 1, 1 ad Christianae vitae -um (*opp.* in cupiditatibus huius mundi). Ps. Evseb. Gallic. hom. 35, 8 l. 165 G. petit . . . amica sibi ac negotioso -o suo condensa silvarum (*sic duo codd. et ed. Gennaro, qui confert Faust. Rei. grat. 1, 10 p. 34, 16* procuratio inquirendae salutis otiosum negotium est; *alii alia*).

b *potius negatur perturbatio, fere i. q. quies, securitas, tranquillitas sim.*: α *de statu securo rei publicae, pace externa vel domestica (sc. proeliis, discidiis sim. omissis vel etiam intermissis)*: Ⓘ *vario usu*: Ⓐ *exempla selecta (v. etiam* Hor. carm. 2, 16, 5 sq. *p. 1180, 45)*: Plavt. Amph. 208 se exercitum extemplo domum reducturum, . . . pacem atque -um dare illis *Telebois.* Ter. Ad. 20 in bello, in -o, in negotio ([*inde* Svet. vita Ter. 4, *nec non* Gloss. V 535, 62 in pace]. *sed per opp.* negotium *spectat etiam ad p. 1177, 26*). Cic. S. Rosc. 126 postea quam ab armis recesserunt, in summo -o . . . occisus est. Caecin. 43 quae vis in bello appellatur, ea in -o non appellabitur? Catil. 4, 17 genus hoc universum (*sc. negotiatorum, opificum*) amantissimum est -i; etenim omne instrumentum . . . alitur -o (*cf.* Att. 7, 7, 5 quibus *faeneratoribus, agricolis* optatissimum est -um). Phil. 13, 7 sin -um . . . esse nullum potest, laetemur decertandi oblatam esse fortunam. Sall. Iug. 66, 2 cupidum novarum rerum *volgus* quieti et -o advorsum. Nep. Epam. 5, 3 -i . . . nomine servitutem concilias; nam paritur pax bello. Hor. ars 199 *chorus laudet* salubrem iustitiam legesque et apertis -a portis. Eleg. in Maecen. 1, 49 (*antea*: pax erat). Ov. met. 1, 100 *aetate aurea* sine militis usu mollia securae peragebant -a gentes. fast. 1, 68 ducibus, quorum secura labore -a terra ferax, -a pontus habet. 4, 926 nil opus est illis *gladiis*, -a mundus agit (*cf.* Sil. 14, 686 dedit -a mundo. Opt. Porf. carm. 16, 34 dabis -a victor in orbe). Liv. 44, 40, 7 cum -um ad flumen esset neutris lacessentibus, *eqs.* Sen. contr. 7, 2, 13 turbator -i. Mela 3, 37 festo semper -o laeti *Hyperborei* non bella novere, non iurgia. Tac. Germ. 37, 5 inde -um *fuit*, donec . . . Gallias affectavere *Cimbri.* ann. 1, 2, 1 cunctos dulcedine -i pellexit *Augustus.* 1, 19, 5 modicum -um *inter milites seditiosos erat. et saepe.* Ⓑ *cum vituperatione dictum (sec. doctrinam quandam, quae homines pace corrumpi docet, cf. e. g. Fraenkel, Horace, 1957, 212 sq.; Ogilvie ad* Liv. 1, 19, 4; *Dahlmann, Corn. Sev., 1975, 71 sq.; Vretska ad* Sall. Catil. 10, 2 [*p. 204 sqq.*]; *exempla certiora; de militibus otiosis cf. p. 1177, 3 sqq.*): Catvll. 51, 15 -um et reges prius et beatas perdidit urbes (*quae antecedunt v. p. 1176, 74*). Caes. civ. 2, 36, 1 erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate -i. Sall. Catil. 10, 2 *Romanis* -um divitiaeque . . . oneri miseriaeque fuere. Iug. 41, 1 mos . . . omnium malarum artium . . . Romae ortus est -o atque abundantia. 41, 4 -um, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. Verg. Aen. 6, 813 -a qui rumpet patriae residesque movebit Tullus in arma viros ([*inde* Gloss.[L] I Ansil. ot 12 pacatum longo tempore populum]. *cf.* Liv. 1, 22, 2 senescere . . . civitatem -o ratus *Tullus*). Liv. 1, 19, 4 ne luxuriarent -o animi. 2, 28, 5 -o lascivire plebem (2, 52, 2 Ivst. 16, 4, 3). 33, 45, 7 marcescere -i situ . . . civitatem et inertia sopiri. *al.* Vell. 2, 1, 1 in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in -um conversa civitas. Val. Max. 7, 2, 1 negotium populo Romano melius quam -um committi (*postea*: tranquillitatis). Sen. dial. 2, 3, 4 cui pingue -um est inter desides populos (*opp.* bella). Cvrt. 6, 6, 12 -um interpellandum erat bello. 8, 9, 1 ne -um serendis rumoribus natum aleret. *al.* Stat. Theb. 7, 30 (*Iuppiter Marti minatur*) effreni laxentur in -a mores, reddat equos ensemque mihi. Tac. Agr. 11, 4 Gallos . . . in bellis floruisse accepimus; mox segnitia cum -o intravit (*antea*: quos . . . longa pax emollierit). *al.*

Ⓘ *accedunt determinationes*: Ⓐ *per adi. (notabiliora)*: Cic. leg. agr. 1, 23 nihil tam populare quam pacem, quam concordiam, quam -um (*item in serie sim.*: (2, 9. 2, 102). 2, 9 domesticum (*antecedit*: pacem externam. *cf.* Cod. Theod. 15, 12, 1 in -o civili et domestica quiete). Sest. 57 regali. prov. 24 communi (Phil. 10, 3 rep. 1, 7 Amm. 30, 7, 10. *cf.* Cic. Sest. 5 salutis communis atque -i [*sim.* 15]. *aliter p. 1177, 41. 1178, 39*). Att. 5, 14, 1 Parthicum (*cf.* Ambr. obit. Valent. 22 Gallicana). fam. 12, 1, 1 urbano (Liv. 3, 65, 6 [*sequitur*: foris quoque omnia tranquilla]. *aliter p. 1176, 45. 1182, 66*). ad Q. fr. 2, 13(14), 5 forense. Lavs Pis. 170 publica (Lact. inst. 1, 18, 17). Ⓑ *per gen. (pron. poss. p. 1180, 3)*: *poss. vel. subi.*: Cic. Sest. 110 rei publicae (Macr. somn. 1, 1, 8). rep. 2, 43 civium (Att. 9, 11[a], 1). ad Q. fr. 2, 13(14), 5 civitatis (Liv. 3, 48, 2 Decl. in Catil. 39). Tac. dial. 38, 2 populi (*cf.* Cic. leg. agr. 2, 8 vestrum. Sest. 104 suo [rep. 1, 52]). ann. 13, 54, 1 exercituum. Plin. paneg. 56, 4 urbis. Clavd. 8, 459 Galli limitis. Cod. Theod. 7, 20, 2, 6 saeculi nostri. *vi separativa*: Stat. Theb. 6, 830 Martis (*sc. belli. cf.* Isid. orig. 18, 60 Troiani belli). Tac. ann. 3, 27, 2 eius rei (*i. legum ferendarum*). Ivst. 3, 7, 1 inimicitiae (*an pl. ?*). Ⓒ *per praepos. vel adv. (conexu fere laxiore)*: Sall. or. Lep. 25 -um cum servitio (*cf.* or. Macri 13 -um pro servitio). Liv. 1, 32, 4 -um sine iniuria. 2, 45, 4 novum seditionis genus, silentium -umque inter armatos. 3, 14, 1 a b externis armis -um fuit (3, 32, 4 ab hoste. 4, 35, 2 ab seditionibus urbanis. 6, 30, 7 -um . . ., quantum a Volscis, fuit. 10, 1, 1 ab externis ferme bellis). Don. Ter. Eun. 60 indutiae sunt pax in paucos dies, . . . quod in dies -um praebeant (*cf.* Isid. orig. 8, 1, 11 quasi in dies -a). domi, foris: Sall. Catil. 36, 4 cum . . . d. -um atque divitiae . . . adfluerent. Liv. 3, 30, 1 cum f. -um esset, d. seditiones (*cf.* 4, 25, 9 Romae principes plebis, . . . dum f. -um esset, coetus indicere. Tac. ann. 13, 25, 1 -um f., foeda d. lascivia). 3, 31, 1 d. forisque -um fuit (7, 27, 3. *cf.* 3, 65, 2 -um d. ac f. habuere. 4, 7, 12 et f. . . . et d. -um fuit. 7, 27, 1 et f. pax et d. . . . -um. Svlp. Sev. chron. 1, 24, 1 d. militiaeque). 4, 58, 12 ne d. per -um . . . consilia agitet *plebs.* undique: Liv. 4, 30, 2.

β *de quolibet statu securo, placido, tranquillo, qui praebetur*: Ⓘ *variis condicionibus (notabiliora selecta; hic illic subaudiuntur et notiones securitatis publicae vel vacationis, e. g.* Verg., Hor. carm., Mart.; *accedit praepos.* ab Ter. Phorm., Sen.; ad *cum gerund.* Ter. Phorm.; *gen. rerum vide l. 33 sq. l. 54. 56 [vi separ.]. 62 sq., gerund. vide l. 63, hominum l. 35 sq.*): Ter. Hec. 43 nunc turba non est: -um et silentiumst (*41* tumultuantur, clamant. *cf.* Rhet. Her. 4, 15, 21 -o tumultuaris, in tumultu es otiosus). Phorm. 831 -um ab senibus ad potandum ut habeam. Cic. Sest. 74 -i mei causa, ut omni populari concitatione defungerer. Att. 2, 3, 4 reditus in gratiam cum inimicis, pax cum multitudine, senectutis -um (*cf.* fam. 2, 18, 3 vitabis inimicitias et posteritatis -o consules). ad Q. fr. 1, 1, 25 a fama et a fortunis et ab -o locupletium (*cum gen. hominum ut*: Hier. epist. 126, 2, 2 securitate et -o dictantium). Catvll. 68, 104 ne Paris . . . libera . . . -a pacato degeret in thalamo. Pvblil. F 22 feminae naturam regere, desperare est -um (od- *trad.*). Sall. Catil. 52, 5 si voluptatibus vostris -um praebere voltis. Sall.(?) rep. 1, 2, 6 *paucis* maius -um in castris quam Romae futurum erat: tanta vis creditorum impendebat. Verg. ecl. 1, 6 deus nobis haec -a fecit (*cf.* 5, 61 amat bonus -a Daphnis. Cvlex 73 -a . . . degentem *pastorem* . . . fraude remota). Hor. epod. 17, 24 nullum a labore me reclinat -um. carm. 1, 1, 16 luctantem . . . fluctibus Africum mercator metuens -um et oppidi laudat rura sui. 2, 16, 1 -um divos rogat in patenti prensus Aegaeo *nauta* . . ., (5) -um bello furiosa Thrace, (6) -um Medi pharetrā decori, Grosphe, non gemmis neque purpura venale neque auro (Porph.: dicit omnes stulte sibi a dis -um optare, cum ipsi illud sibi praestare possi⟨n⟩t; *de argumento carminis, quo summa notionum comprehenditur, v. comm. ad l.*). Tib. 2, 6, 5 castra Macer sequitur; . . . ure, puer *Amor*, quaeso, tua qui ferus -a liquit. Sen. dial. 10, 2, 3 nec umquam illis a cupiditatibus suis -um. Sil. 11, 230 liber . . . intrepido servaverat -a vultu *Decius* (*cf. Liv. 23, 7, 10* otiose inambulabat). Stat. Theb. 3, 3 -a somni (Clavd. carm. min. 30, 145 naufraga s. -a *Vlixis. cf.* Mart. 12, 68, 5 -a me somnusque iuvant. *v. et infra* Clavd. rapt. Pros.). Ps. Qvint. decl. 2, 21 -um timoris (*i. a timore*). Plin. epist. 7, 6, 14 securitatem et -um (*cf. supra l. 36*). Ivst. 12, 3, 7 ob hoc (*sc. concubiti causa*) tredecim diebus -o a rege datis, ut est visa uterum implesse, discessit (*cf.* 12, 13, 6 reversus . . . Babyloniam multis diebus -o datis . . . convivium sollemniter instituit). Amm. 16, 12, 11 post -um cibique refectionem et potus. Clavd. carm. min. 30, 220 per dulcia noctis -a (Frg. liturg. 2 p. 264 praeteritae n. -o [octio *trad.*; *antea*: post . . . -um quiescendi]. Ps. Evseb. Gallic. hom. 41, 4 G. *cf.* Clavd. rapt. Pros. 1, 277 sparso nox . . . somno languida . . . invexerat -a). *al.* Ⓘ *locis tranquillis, abditis (maxime cum respectu ruris [sed cf.* Symm. epist. 2, 22, 1 -o civitatis. *opp.* pericula ruris]. *cf. supra l. 44; exempla selecta; de ipsis locis v. sub IIA; accedit gen.* ruris *l. 77 sq.* vitae Stat., aestatis Plin. epist. 9, 40, 1): Cic. fam. 6, 18, 5 aedificia mea me delectabant et -um. *ibid.* -um omni desertissima regione maius. Mat. Cic. fam. 11, 28, 8 quod reliquum est vitae, in -o Rhodi degam. Verg. georg. 2, 468 latis -a fundis. Ov. met. 15, 711 in -a natam Parthenopen (*respicitur Neapolis ut*: Sil. 12, 32 hospita Musis -a et exemptum curis . . . aevum. Stat. silv. 3, 5, 85 pax secura locis et desidis -a vitae et numquam turbata quies. *cf. p. 1178, 9 et Hor. epod. 5, 43* otiosa . . . Neapolis). trist. 1, 1, 41 secessum scribentis et -a. Sen. dial. 12(11), 6, 4 a tumultu rerum in -um ruris quieti confugere (Mart. 6, 43, 3 Nomentani . . . -a r. Avson. 399, 31 p. 230 P. dulcia secreti . . . -a r.). Mart. 1, 55, 4 *petit* esse . . . ruris arator sordidaque in parvis -a rebus amat. Tac. ann. 14, 3, 1 quod -um capesseret (lacesseret *M*) *Agrippina in hortis vel rure.* 14, 53, 3 *Augustus* Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum -um permisit. Plin. epist. 5, 6, 45 altius ibi *Tuscis* -um et pinguius eoque securius (*cf.* 9, 40, 1 quemadmodum in Tuscis -um aestatis exigerem). 6, 14, 1 *invitatus in Formianum* te, -um, libertatem

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sequor. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 6 si -o delectaris ..., ex urbe proficiscere. 2, 2, 81 *Romae* nullum -um est. AVSON. 417, 91 p. 280 P. *me* -a ... inter vitiferi exercent colles. ⅲ *post mortem* (*-um distinguitur a statu mortui* SEN. epist. 82, 2 multum interest inter -um et conditivum; *accedit gen.* mundi SEN., carceris PRVD.; *exempla certiora*): SEN. Herc. f. 863 stat chaos densum *in tartaro* ... ac silentis -um mundi. VAL. FL. 3, 449 sint -a vobis *manibus*. STAT. Theb. 8, 44 -a maesta ... et inplacidam ... quietem. CE 1567, 4 (*saec. I ex.*) -o sum perpetuo tradita. TERT. anim. 58, 3 iniquissimum -um apud inferos. AVSON. 177, 12 p. 41 P. ut, qualia tempora vitae, talia et ad manes -a ... agat. 191, 41 p. 50 *si non* habent longa -a sensus. *paulo aliter de poenis intermissis*: PRVD. cath. 5, 134 *Christo ad mortuos descendente* exultat ... sui carceris -o umbrarum populus liber ab ignibus. ARATOR act. 1, 182 nova tortor ad -a languet. *de statu sanctorum in futuro saeculo*: AVG. civ. 22, 29 p. 623, 11 D. illa quidem actio vel potius quies atque -um (*cf. l. 15* ibi est ... pax dei). ORIENT. comm. 2, 339 *beati* mollia securis ducentes -a rebus. PETR. CHRYS. serm. 54, 7 ut pericula terrena -is caelestibus consoletur *Christianus militans*.

2 *numinum divinorum et diaboli* (*accedit gen. poss.* IVV. *al., vi separativa* sui TERT. *sub b*, malitiae TERT. *sub c*): a *quorumlibet deorum* (*fere sec. doctrinam Epicuri vel Stoicorum*): CIC. nat. deor. 1, 67 *vitam beatam* ne in deo quidem esse ..., nisi plane -o langueat (*cf. 1, 51* nihil ... agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur). SEN. epist. 73, 11 quanti aestimamus hoc -um, quod inter deos agitur, quod deos facit? PLIN. nat. 2, 23 *de sorte hominum* semel ... deo decretum, in reliquum vero -um datum. SIL. 15, 58 imperturbata placidus tenet *deus* -a mente. IVV. 6, 394 magna -a caeli (*ad dogma Epicureorum refert Ruperti ad l.*). TERT. adv. Val. 7 p. 184, 12 in ... quiete, in -o plurimo et ... stupentis divinitatis, qualem iussit Epicurus. DON. Ter. Andr. 959, 3 est δόγμα Ἐπικούρειον ... de -o deorum. b *dei Christianorum eiusque qualitatum* (*negatur -um*): TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 319, 15 -um ... sui natura *dei* non novit; hinc censetur, si agat (*postea*: si cessaverit, non sit). PS. HIL. libell. 4 p. 74, 7 ('pater meus usque nunc operatur' *Ioh. 5, 17*) -um illi ... assignat, quisquis illum infatigabilem nescit. AMBROSIAST. in II Cor. 11, 28 ne dei gratia esset in -o. AVG. civ. 12, 18 p. 540, 4 D. nec ignavum -um ... deo tribuitur. *al.* c *diaboli*: TERT. paenit. 7, 7 hostis ille numquam malitiae suae -um facit. RVFIN. hist. 5, 14 nihil usquam -i gerit (*inde* GLOSS. V 421, 56 = 430, 39 -i: quieti [*gen. n. sing.*; quietis *Goetz frustra*]).

3 *animalium* (*cf.* CE 97, 1 [*aetate Traiani*] ne more pecoris -o transfungere⟨r⟩, *eqs.; accedit gen.* tauri STAT., *vi separativa* PLIN. nat. 11, 25 operis): a *exempla varia*: SEN. nat. 3, 19, 2 pinguia et differta ut ex longo -o corpora *piscium*, ceterum inexercitata. PLIN. nat. 11, 14 exeunt ad opera et labores, nullusque ... -o perit dies (*sc. apium ut*: 11, 25 operis -o). SIL. 6, 329 stabulis procurans -a pastor *arcendo lupos*. STAT. Theb. 11, 251 post exulis -a tauri. AMM. 17, 12, 3 uti ... vigor *iumentorum* ... -o integretur alterno. 22, 15, 22 inter arundines celsas ... -um pervigili studio circumspectat *hippopotamus* (*i. quietem sibi prospicit; vix de loco*). VEG. mulom. 2, 62, 1 si ... fecerit vulnus, indulgebis -um, ut ... curetur. VAL. CEM. hom. 19, 3 p. 750^B numquam ... equis -o deputatis. b *in fabulis sim.*: APVL. met. 9, 11, 3 (*loq. asinus*) illa -i saginaeque beatitudo. AVIAN. fab. 34, 18 (*loq. formica*) frigoribus mediis -a longa traho. 36, 4 (*vitulus ad bovem*) positis -a nosse iugis (*respondet bos*: 36, 16). 37, 5 (*loq. canis*) proximus humanis ducor post -a mensis (*cf. Phaedr. 3, 7, 14* otiosum ... satiari cibo).

B *rerum* (*sc. quibus ipsis motus quidam vel actio tribuitur; certiora quaedam attulimus; hic illic etiam cum contemptu dictum*):

1 *in usum hominum adhibitarum* (*gen.* ferri CLAVD. 20, 121, relaxationis GREG. M.): a *instrumenti vice fungentium*: NOVIVS Atell. 80 -o si rodebam rutabulum (*fortasse sensu obsceno, sc. de parte virili, ut spectet ad 2a; ad textum et interpr. v. Frassinetti ad l.*). MART. 9, 101, 21 dedit -a ferro (*item* MEROB. poet. 3. *cf.* CLAVD. 20, 121 -a ferri). 14, 82 -a ... scopis ... dedit. AVIEN. Arat. 404 -a sunt remis, pontus vehit ipse carinas. CLAVD. rapt. Pros. 2, 32 arcu ... remisso -a nervus agit (*item in arcu*: GREG. M. moral. 28, 29 -um relaxationis [*opp.* usu tensionis]). b *aliarum*: COLVM. 3, 4, 3 melius an sequius terrae mandaverit paterfamilias pecuniam in -o tractare (*vix ad vinitorem, sed ad terram quasi usuras debentem referendum; cf.* FRONTO p. 214, 15 v. d. H. ubertas soli -o paratur [*antea*: requietus ager]). QVINT. inst. praef. 2 ne praecipitetur editio ..., dabam iis *libris* -um. AMBR. Nab. 12, 52 puteus ..., si nihil haurias, inerti -o (*cf. Migne gr. 31, 272^B* ἐναφιέμενα) ... corrumpitur, exercitus autem nitescit ..., ita et acervus divitiarum ... -o (*cf. gr.* στάσιμον) ... inutilis habetur. VAL. CEM. hom. 19, 2 p. 750^A ut ex -o in usum ... fossa deducatur.

2 *ad ipsos homines pertinentium*: a *corporis, membrorum sim.* (*cf.* NOVIVS Atell. *sub 1; accedit gen.* corporis CVRT., palati ARNOB., carnis PETR. CHRYS.): SALL. Catil. 16, 3 ne per -um torpescerent manus aut animus (HIER. epist. 14, 2, 2 mollem -o m. REGVLA mag. 85, 7 ne -o possit ... m. vacare). PHAEDR. 3 prol. 13 -um des corpori (CVRT. 9, 6, 19 per -um corporis expectare ... senectutem. *cf.* PETR. CHRYS. serm. 13, 1 carnis -a). ARNOB. nat. 7, 25 p. 374, 6 M. ut palati admoneant -um *frustillis* seque ... instigent. PRVD. c. Symm. 1, 110 numquam calidis dabat -a venis *Priapus*. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366^C *in somno* sensus -um gerere (*cf. Migne gr. 44, 165^D* ἀργεῖ ... ἡ αἴσθησις). b *animi, animae* (*accedit gen.* animi [-orum] QVINT., APVL.; animae TERT.; *indicatur, a qua re* HIER. bonorum operum): SALL. Catil. 16, 3 (*v. sub a*). SEN. contr. 1, 8, 6 ⌊-um imperas⌋ animo non otioso (⌊⌋ *add. exc.*). SEN. benef. 7, 2, 2 animus inerti -o torpet. dial. 3, 10, 2 non potest hic animus fidele -um capere, quatiatur necesse est *eqs.* epist. 69, 1 coalescere -o non potest *animus*. 82, 2 effeminatur animus atque in similitudinem -i sui et pigritiae ... solvitur. QVINT. inst. 6, 2, 30 inter -a animorum. SVET. Aug. 98, 1 remississimo ad -um ... animo. APVL. flor. 6, 9 torporem animi et -um. TERT. anim. 12, 5 alterius erit passio et sensus ... et actus ..., alterius autem -um et quies ..., et aut animus vacabit aut anima. 44, 3 -um animae nihil operantis in somnis. HIER. epist. 121, 4, 7 si -um habuerint bonorum operum *animae*. DRAC. laud. dei 3, 722 sit vitae requies, animae sint -a fessae. c *aliarum* (*sc. actionum, facultatum sim.; cetera v. sub A1*): PANEG. in Mess. 181 languida non noster peragit labor -a. SEN. dial. 8, 6, 2 in -um sine actu proiecta virtus (LACT. opif. 19, 8 add. 3 ne v. -o torpens naturam suam perderet). 11(12), 19, 2 secreti et ad -um repositi mores. STAT. Theb. 7, 451 rebus ... dedit sopor -a fessis (*i. opera cessare fecit*). RVFIN. Orig. in num. 9, 1 p. 55, 14 ut fides nostra non -o torpescat, sed exercitiis elimetur. *al.*

3 *rerum naturalium* (*cf. p. 1181, 70 sqq.*): a *venti, maris sim. de malacia* (*in comparatione maris et animi*: SEN. epist. 67, 14 in -o inconcusso iacere non est tranquillitas: malacia est [malitia *def. Stégen, Latomus 17, 1958, 737*]; *de* HOR. carm. 2, 16, 1 *v. p. 1180, 45; accedit gen.* aeris SEN., lacus PLIN., maris FLOR.): HOR. carm. 1, 15, 3 ingrato celeres obruit *Nereus* -o ventos (PORPH.: ingratum esse -um ventis ..., quia ... semper saevire cupiunt). SEN. nat. 1, 2, 8 quies aeris et -um et (omnium *pars codd.*) tranquillitas (*opp.* ventus est ..., tempestas fit). PLIN. paneg. 82, 1 Albani lacus -um Baianique torporem et silentium (*cf.* FLOR. epit. 1, 16, 4 Lucrinus et Avernus, quaedam maris -a [*nisi per metonymiam de loco*]). FRONTO p. 214, 4 v. d. H. (*in lusu de tranquillitate et maris et hominis*). PRVD. apoth. 657 flatibus -a mandat *Christus* (*sec. Matth. 8, 26* tranquillitas [*sic explicat* SCHOL.]). b *stellarum, lucis*: HIL. in psalm. 118 lamed 2 non est illic *in caelo* transgressio, non demutatio ..., non -um (*postea*: indefessis ... ministeriis). AVIEN. Arat. 1061 mora lucem quanta retentet et quanto nox atra sibi trahat -a lapsu (*vix de somno hominum*).

II *metonymice*: A *de locis, ubi -o frui licet* (*cf. exempla p. 1180, 65 sqq. allata; addas fortasse supra l. 36; vix huc spectant p. 1181, 50 et* CIC. Att. 1, 7 HOR. sat. 1, 1, 31; *accedit gen.* locorum STAT. Theb., *nom. prop. insulae* VAL. FL., *fluminis* STAT. silv.): LVCR. 5, 1387 per loca pastorum deserta atque -a dia (*v. Bailey ad l.*). VAL. FL. 5, 423 Arsinoen illi *Colchi* tepidaeque requirunt -a laeta Phari. STAT. Theb. 6, 111 linquunt flentes dilecta locorum -a (*cf.* MART. 10, 44, 2 Numae colles et Nomentana relinquis -a). silv. 1, 2, 265 Pompeiani ... -a Sarni (*inter alia loca*).

B *de carminibus, scriptis sim. per -um compositis* (*addit gen.* stili TERT., carminis ANTH., chartae AVSON.): OV. trist. 1, 7, 26 precor, ut ... non ignava legentem (legentum *Scaliger*) -a delectent admoneantque mei ([*metonymiam abnuens coniecturam Scaligeri probat Luck ad l.*]). AVSON. 215, 7 p. 71 P. qui nostrae legis -a tristia chartae). 2, 224 lusibus ut possis advertere numen ineptis, excutiasque oculis -a nostra tuis. TERT. praescr. 39 l. 12 inter cetera stili sui -a 'Pinacem' Cebetis explicuit. ANTH. 83, 3 (*saec. III?*) quid carminis -a ludant, cerne bonus *iudex*. *dub., an huc pertineat*: AVG. epist. 3, 4 non esse ... beatam vitam in laetitia sensibilium hoc -o satis exploratum est (*ad Soliloquia ante memorata refert Goldbacher in indice; sed fortasse tempus rure peractum significatur*).

C *de hominibus*: 1 *de otiosis* (*nisi potius de statu ipso*): MART. 11, 3, 2 non urbana mea tantum Pimpleïde gaudent -a, nec vacuis auribus ista damus, sed ... a rigido teritur centurione liber ('*cives otiosos*' *intellegunt plerique, sed cf. iuncturam* -um delectare *p. 1183, 73*). DIOM. gramm. I 516, 32 reciprocum genus *versuum* mirum invenerunt -a curiosa. 2 *de eo, qui causa pacis est*: OPT. PORF. carm. 7 (*in versu intexto per allocutionem inter laudes Constantini*) iustitiaeque parens, spes felix, -a rerum.

III *per prosopopoeiam*: STAT. Theb. 10, 91 -a vestibulo *Somni* pressisque Silentia pennis muta sedent (*antea*: limen ... Quies et ... Oblivio servant et ... Ignavia).

CAPVT ALTERVM: ***iuncturae** et **locutiones** selectae*:

I *iuncturae verbales notabiliores*: A *per casus solos*:

1 *nom. et gen.*: a -um est, fit (*quasi formula, alia v. supra; fere accedit dat.* mihi, tibi *sim.*, seni *p. 1183, 3* rei *l. 30*): PLAVT. Aul. 320 si sit -um (771. Mil. 764 -um rei si sit. CIC. part. 1 si modo tibi. *al.; similiter*: PLAVT. Merc. 286 CIC. Att. 1, 19, 1 PLIN. epist. 3, 5, 10. 7, 4, 8). Capt. 183 sed si venturu's, temperi. :: em, vel iam -um est (*sim. in responsione*: Cas. 544. Merc. 374 -um non est). Cas. 215 cum -um et mihi et tibi erit (CIC. de orat. 2, 59 PS. AVR. VICT. epit. 48, 19.

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. CIC. Flacc. 9 cum plus erat -i). Epid. 423 ubi erit -um (656 Rud. 426. Truc. 871 [od- *BCD*]). Mil. 950 mihi dum fieret -um. Most. 788 seni. Poen. 858 Truc. 432. TER. Haut. 75 *v. p. 1176, 16.* Ad. 419 non ... -umst nunc mihi auscultandi (*sim. cum gen. gerund.*: VARRO Men. 338 agendi. CIC. off. 2, 4 scribendi). SVET. Dom. 21. GELL. 13, 2, 1 quibus -um ... fuit vitas ... quaerere. **b** -i est, sunt (*suppl.* CIC. Tusc.): CIC. Tusc. 5, 72 sed haec (*i. ratio et scientia disserendi*) -i. fam. 15, 4, 16 quae *philosophia* quibusdam -i esse ac desidiae videtur. CAEL. Cic. fam. 8, 1, 1 nescio quoius -i esset ... perscribere haec. PLIN. nat. 2, 85 *id* velle paene dementis -i est. HIER. hom. Orig. in Luc. 1 p. 1, 14 *illud* nec virium mearum nec -i nec laboris esse. ISID. nat. 1, 4 festi tantundem -i et religionis sunt. **c** *varia*: CIC. Flacc. 71 -um te delectat (*al., v. vol. V 1, 424, 35 sqq.*). Tusc. 3, 83 superest ... nobis ... -um (CLAVD. DON. Aen. 3, 495. vobis. *cf.* SEN. dial. 7, 27, 6 vobis tantum -i. AVSON. 34, 15 p. 311 P. quod ... -i). SALL. Catil. 36, 4 -um atque divitiae ... adfluerent. OV. trist. 2, 235 tibi contingunt ... -a (LIV. 1, 32, 4 SEN. epist. 73, 10. ANTH. 804, 11). 4, 8, 7 placuerunt -a menti (STAT. silv. 1, 2, 265 TAC. hist. 5, 4, 3. PLIN. epist. 9, 3, 1 mihi. CLAVD. 17, 115). Pont. 1, 5, 5 *ut* corrumpant -a corpus (VELL. 2, 78, 2). 2, 9, 61 ne tua marcescant ... -a. LIV. 21, 24, 1 *ne* -um animos sollicitaret (PLIN. epist. 9, 33, 3). MART. 12, 68, 5 -a me ... iuvant (CLAVD. 3, 140 te. carm. min. app. 1, 8).

2 *dat.* (*add. fortasse p. 1185, 43*): PLAVT. Trin. 838 -o dare me (PANEG. 12, 21, 5 -o te ... d. IVST. 12, 3, 7 diebus -o datis [*item* 12, 13, 6]. *cf.* SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 93 deditos. COD. Theod. 12, 1, 89, 1 se ... donantes). CIC. Mur. 86 ut -o ... consulatis (Phil. 2, 113 Att. 15, 1, 5 fam. 2, 18, 3). SEN. epist. 78, 5 ne indulgeas -o (*al., v. vol. VII 1, 1252, 9; adde* FLOR. Verg. 2, 1 M.). PLIN. epist. 1, 9, 7 te ... -o trade (CE 1567, 4 [*saec. I ex.*] tradita. COD. Theod. 8, 4, 26 traditus. DIONYS. EXIG. ad Iulian. praef. 6 p. 47, 53 se).

ovīnus, -a, -um. *ab* ovis (*cf.* PRISC. gramm. II 80, 4 -us ... ab ove). *scribitur* ob- ORIBAS. [*val.* oină '*caro ovilla*', *cf. infra l. 80; raet. occ.* uin '*lac ovillum*'; *fortasse etiam prov. vet.* ovina. *cf. M.-L. 6126. Wartburg VII 447. St.*] [*variat cum* ovillus VEG. (*v. etiam l. 30*); *contextu manco* (*fort. nom. propr.*): INSCR. Bull. Comm. Arch. Roma 61, 1933, 144, 6. 14.] *i. q. ad oves pertinens, ab ovibus oriundus*: VEG. mulom. 2, 55, 8 -um (-vill- *P*) ... stercus. ORIBAS. syn. 7, 21, 2 Aa fel caprinum vel bobinum aut -um (*La* ovis, *gr.* προβάτου). PALLAD. hist. mon. II 10 p. 364^D pellem -am ([*I 6 p. 276^C* p. ovis, *gr.* προβάτου]. GLOSS. III 273, 10 ἀρνακίς: -a p.). *allegorice* (*sec. Matth. 7, 15*): pellis -a (*plur.* AVG. bapt.): AVG. bapt. 2, 7, 11 p. 186, 3 lupi rapaces, qui p. -is indui cupientes *eqs.* (PS. AVG. [QVODV.?] cant. nov. 4, 13 lupi semitarii induti -a p.). in euang. Ioh. 45, 10 *Iudas lupus* p. -a tectus (in psalm. 110, 2. *cf.* in euang. Ioh. 112, 2 contectus [c. Petil. 1, 24, 26 p. 21, 1 psalm. c. Don. 30 = 36 L.]). c. Petil. 2, 73, 164 p. 105, 3 -a p. est in Christi laudibus, lupinus fructus in maledicis dentibus. in psalm. 149, 2 dignoscere ... lupum sub -a p. (*antea*: ovium vestitu). psalm. c. Don. 31 (= 37 L.) nomen iusti -a p. est. LEO M. serm. 52, 3 Iudas non iam -a p. velatus, sed lupino furore manifestus. OP. imperf. in Matth. 19 p. 739 si quis lupum cooperiat p. -a. GREG. M. moral. 31, 26 habitu ... -ae p. facies -a: GREG. M. epist. 5, 37 p. 321, 16 -ā f. lupinos dentes abscondimus.

f. pro subst. **ovina,** -ae. *scribitur* ob- GLOSS. *i. q. caro ovilla*: PRISC. gramm. II 80, 9 -a ovilla. GLOSS. III 88, 28 probation (*i.* προβάτειον): -a (*tit. l. 22* de carne; *affertur inter* haedina *et* agnina).

cf. Onom.

ovio *v.* obvio.

ōviparus, -a, -um. *ab* ovum *et* parere. 1 *i. q. ova pariens*: APVL. apol. 38, 3 viviparos eorum *piscium* et -os; ita enim latine appello, quae Graeci ζῳοτόκα καὶ ᾠοτόκα. AVSON. Mos. 133 *gobio piscis* praepinguis ..., -a congestior alvo. 2 *i. q. ex ovo ortus* (*ad vim passivam cf. fortasse gr.* ᾠογενής): FVLG. myth. 1, 13 *quod in aestate* -os pullulet fetus *corvus*.

***ovis** (ovēs), -is *f.*, *raro m.* (*n. v. l. 38*). [*vox prisca in plurimis linguis cognatis servata, cf. ind. vet.* ávi-ḥ *m. f., gr.* ὄϝις *etc. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 5, 96 ab suis vocibus ... ficta *nomina animalium* (*e. g. bos, -is*). PRISC. gramm. II 253, 19 Aeolis ... solent inter duas vocales eiusdem dictionis digamma ponere, quos ... nos sequimur: ὄϝις -is ..., ᾠϝόν ovum (*sim.* 17, 17). ISID. orig. 12, 1, 9 -is molle pecus ... ab oblatione dictum, eo quod apud veteres ... -es in sacrificio mactarentur. *scribitur in singulis cod.* ho- VVLG. exod. 2, 17. *al.*, uv- MART. 3, 65, 4 VVLG. exod. 34, 20, ob- ITALA Matth. 25, 32 (cod. b *ut*: Ioh. 10, 12. 21, 15). *al.*, oph- GLOSS. IV 455, 26. *litt. graecis* PLVT. Marcell. 22, 8 *v. sub* 3. ova. *notatur* ov ACT. Arv. a. 218 (CIL VI 2104)a 2. a. 224 (CIL VI 2107) 10. 11. 12. NOT. Tir. 108, 61. 130, 48. *de genere*: *fem. testantur* NON. p. 216, 25 (*postea affert masc. ex* VARRONE, *v. infra*). AVG. quaest. hept. 2, 42 p. 114, 2 sq. -is ... masculus dici non posset, quia feminini generis est -is; item -is mascula si diceretur, esset absurdius (*similiter ad* exod. 12, 5: PS. ORIG. tract. 9, 10 B.; *cf. tamen p. 1193, 10*). EXC. Bob. gramm. I 553, 24. *masc.*: *sec. antiquam consuetudinem*: FEST. p. 286 in commentariis sacrorum pontificalium frequenter est hic -is. *in multae dictione*: VARRO frg. Gell. 11, 1, 4 (*ex formula vet.*) unum -em (*v. p. 1194, 41*; GELL.: ut -es genere virili appellentur). frg. Non. p. 216, 27 multantibus, qui -es duos, non duas dicunt, Homerum secutis, qui ait πολλοὶ δ' ὄιες (NON.: -es generis feminini ut plerumque; masculini Varro *eqs.*). PAVL. FEST. p. 195. *in sermone recentiore* (*dub.* COLVM. 7, 3, 10 scabros -es, *ubi* scabras *ed. vet. sec. paucos rec.*): ITALA exod. 12, 5 (Cypr. testim. 2, 15 p. 80, 24; *per contaminationem versuum et structurarum*) accipiant ... -em sine vitio, perfectum, masculum, anniculum erit vobis (*neutr. dissuadent p. 81, 1* illum *et p. 81, 3* eum *ut Gaudent. serm. 3, 13 G.; per nominativum*: Ps. Orig. tract. 9, 4 B. -is masculus *eqs.*). lev. 14, 10 (Lugd.) -em unum *eqs.* (*aliter p. 1196, 9*). PALLAD. vet. med. 35, 5 (*ad* -ium gregem *referas* eius, qui praecedit *et 35, 6* eorum stabulis). *neutr. vix agnosces; cf. tamen* ὄβα *sub* 3. ova *et l. 34 et pron. neutr.* (*sec. pron. gr. ad* πρόβατον *referendum*) ITALA Luc. 15, 4 (cod. d) quod perierat. Ioh. 10, 13 (*ibid.; 14* mea). 10, 27 (*ibid.; 28* ea). *de formis*: *nom. sing.* -is (*cf.* VARRO ling. 8, 46. 9, 76 non est dicta ovs) *inde a* CATONE, -es *solum trad.* VARRO ling. 9, 76. rust. 2, 1, 12 (*nisi plur.*). ITALA exod. 12, 5 (Ps. Orig. tract. 9, 10 B.). psalm. 118, 176 (Sangerm. *et* cod. 325). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 4. *abl.* -i *probat* VARRO ling. 8, 66 sine reprehensione vulgo alii dicunt ... -i ..., alii ... -e; *redarguit* PS. PALAEM. gramm. V 534, 9; *legebatur olim apud* APIC. (*v. sub* ovifer). *nom. plur.* -is *vix iam* VERG. ecl. 3, 3 (*cod. P*); *sine dubio* ITALA psalm. 43, 22 (codd. 301. 302; *aliae vers. et* VVLG. -es), *cf. var. ll.* Rom. 8, 36 (Ambrosiast.). VVLG. Is. 53, 6 CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 141, 3. *gen. plur.* -ium *testatur* VARRO ling. 8, 70, -iarum *in var. l.* VVLG. deut. 7, 13. *acc.* -eis PLAVT. Pseud. 140 *A*, -is *in libris priscis e. g.* VERG. ecl. 2, 33. 3, 5. 6, 5 AVR. Fronto p. 34, 4. 7 v. d. H. ITALA psalm. 43, 12 (cod. 301), *in codd. rec. saepius*; -es *in tit.* ACT. Arv. a. 183 (CIL VI 2099) II 1 sqq. INSCR. christ. Diehl 1767, 6.

de notione: VARRO ling. 5, 96 -is, quod ὄις: ita enim *Graeci* antiqui dicebant, non ut nunc πρόβατον. EXC. Bob. gramm. I 553, 24 -is πρόβατον (*cf. Plut. Marcell. 22, 8 sub* 3. ova). SERV. Aen. 4, 484 -es ... μῆλα dicuntur (*sim.* SERV. auct. ecl. 8, 37 Aen. 4, 484). GLOSS. -is: πρόβατον, ὄις. -es: bidentes. GLOSS.^L V Aa o 623 -em: pecudem. *legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE, PORC. LIC., CIC., VARRONE *per totam latinitatem; deest e. g. apud* CATVLLVM, LVCR., CAES., SALL., LIV., TAC. [*val.* oaie. *cf. M.-L. 6127. St.*] [*confunditur cum* avis OV. met. 7, 536. 13, 849. *al.* (*falso trad.* VARRO rust. 3, 6, 3 PRVD. psych. 791, *restituitur* ITALA gen. 22, 7 [cod. 92]), bos OV. met. 15, 471. *al.* (*restituitur* SCHOL. Verg. Veron. ecl. 5, 88), Iuppiter (*in cas. obliquis*) HOR. epod. 2, 61. *al.* (*restituitur* VARRO ling. 8, 46; *cf.* ACC. trag. 373, *ubi* Iovis *Ribbeck, alii alia*), quis PLAVT. Merc. 524 POMPON. dig. 41, 3, 30, 2 GAIVS inst. 4, 17. *al.* (*restituitur* PLAVT. Persa 173 Truc. 655 VARRO ling. 5, 54), vis VERG. ecl. 3, 3 AVIEN. Arat. 1837 (*falso trad.* VARRO rust. 2, 2, 6). *loco corrupto* TIB. 2, 1, 58.]

i. q. ὄις (*gr. resp.* πρόβατον, *nisi alia adnotantur*). *iuxta ponuntur*: boves CATO agr. 5, 7. 6, 3. *al.*; *per adnominationem* VARRO frg. Non. p. 189, 23 PETRON. 56, 4. *et saepius*, *cf.* armenta VARRO rust. 1, 2, 12. *al.*, iuvencae VERG. georg. 2, 375, vituli ITALA gen. 20, 14 (Aug. nupt. et concup. 2, 27 p. 280, 16). *al.*; caprae CIC. Lael. 62 VARRO rust. 2, 1, 6. *al.*, *cf.* capellae VERG. ecl. 7, 3 OV. met. 13, 927 COLVM. 7, 10, 6. *al.*, haedi VERG. georg. 4, 10 ITALA exod. 12, 5 (Ps. Orig. tract. 9, 4 B.). Luc. 10, 3 (codd. f l; *Vulg.* agnos). ARNOB. nat. 7, 18. *sing. q. d. generalis inde a* VARRONE Men. 3 (*iuxta plur.* equi). rust. 2, 2, 3. 14. *saepius* (*vix* VERG. ecl. 3, 3, *ubi potius plur.*); *sing. collectivus* TIB. 2, 3, 42 innumera ... -e; *cf.* IVV. 6, 150 (SCHOL.: id est greges). AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 33, 2 ut saepe dicimus 'qualis -is illius est?' pro grege -ium.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *significatur ipsum animal* (*exempla inde a* VARRONE *selecta, praeter A3c*): A *usu sollemni*: 1 *generalia quaedam*: a *spectat ad quaelibet animalia generis ovilli*: PLAVT. Asin. 540 etiam opilio, qui pascit ... alienas -is, aliquam habet peculiarem (VARRO rust. 2, 3, 3 VERG. ecl. 6, 5. *al.; cf.* CATO agr. 30 delectato). Capt. 818 lanii ..., qui concinnant liberis orbas -is. CATO agr. 5, 7 *frondem iligneam* substernito -bus (*sim.* 37, 2; *sed frondes pabulo sunt*: 5, 8. 6, 3; *ambigue*: 30 *et* VARRO rust. 1, 15). 10, 1 *inter animalia oleti*. CIC. Lael. 62 capras et -es quot quisque haberet. VARRO ling. 5, 98 -i mari (*cf.* OV. fast. 1, 588 semimaris. MARCELL. med. 10, 45 -e femina. *v. etiam p. 1192, 24 sqq.*). rust. 2, 1, 5 *inter* 'genera pecudum ferarum' (*cf.* 2, 2, 2 e feris ... pecudibus. 2, 3, 3 -bus feris [3, 12, 1 CAPITOL. Gord. 3, 7 VOPISC. Prob. 19, 4]). VERG. ecl. 3, 3 infelix o semper -es (-is *P*) pecus (OV. met. 15, 116 -es, placidum p. *cf.* COLVM. 7, 5, 6 cum et alia p., tum ... -es. CIL VIII 23956, 3 [*a. 186*] pecoribus -ium. AVG. gen. ad litt. 3, 11 p. 75, 19 pecorum ... nomen ... aptari solet -bus. *sed inter pecudes*: GAIVS dig. 9, 2, 2, 2 MARCELL. med. 27, 31. *v. l. 11*). *et saepe.*

b *contextu illustratur sensus artior*: α *pertinet ad sexum femininum* (*cf.* MOD. dig. 32, 81, 4 -bus legatis neque agnos neque arietes contineri ...; -ium vero grege legato et arietes et agnos deberi. *de grege etiam* PAVL. sent. 3, 6, 75; *sed de ariete Phrixi v. p. 1195, 38, cf. indistincte* ITALA lev. 5, 15 [Aug. quaest. hept. 3, 20 p. 251, 7] arietem ... de -bus. II par. 17, 11 [Complut.] arietes -ium): CATO agr. 150, 2 -es, quae non pepererint (PHAEDR. 3, 3, 4 PLIN. nat. 20, 29. *al.*). VERG. ecl. 1, 21 -ium ... fetus (georg. 2, 196 COLVM. 12 praef. 3. *al.*). 2, 42 -is ubera (PLIN. nat. 30, 105. *al.*). OV. am. 1, 10, 28 non aries placitam munere captat -em (met. 9, 732 fast. 4, 102 COLVM. 7, 2, 4. *al.; explicatur differentia* GRAMM. suppl. p. 82, 32 masculinum ... et ... femininum, ut ... a. et -is. *v. etiam l. 20*). ars 2, 485 salitur -is. fast. 1, 334 lanigerae coniuge ... -is (*cf.* CALP. ecl. 2, 37 albae ... maritus -is). COLVM. 7, 3, 11 feta (VVLG. gen. 33, 13 [ITALA Aug. loc. hept. 1, 124 fetantur]). PLIN. nat. 8, 188 tonitrua ... -bus abortus inferunt. ITALA gen. 30, 41 (Lugd.) -es ... concipientes (31, 10 [*ibid.*]). AVG. quaest. hept. 3, 7 p. 239, 20 ovem, ... femininum pecus. serm. 46, 4 fructuosas. β *pertinet ad aetatem adultam* (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 74 -bus ... legatis agni non continentur [*sim. supra l. 20 et* MARCIAN. dig. 32, 65, 7]. *ad distinctionem cf.* TIB. 2, 5, 38 niveae ... agnus -is [ITALA gen. 31, 38 (Lugd.) agnos -ium. *sim. al.*]; -is *comprehendit aetatem minorem*: ITALA gen. 30, 32 [Lugd.] omnem -em nigram in agnis. lev. 5, 6 [Lugd.] feminam de -bus agnam. deut. 14, 4 [Lugd.] agnum ex -bus): PORC. LIC. carm. frg. 6, 1 custodes -ium teneraeque propaginis, agnum (*sim. iuxta ponitur*: TIB. 1, 10, 41 ipse suas sectatur -es, at filius agnos. ITALA II par. 35, 7 [Complut.]. CYPR. unit. eccl. 9 ARNOB. nat. 7, 18). AVG. quaest. hept. 3, 8 p. 241, 17 hic agnam dixit, ibi -em, ut aetas pecorum aliquam differentiam faciat.

c *in locis quibusdam sacrae scripturae adhibetur sensu latiore* (*sc. comprehenditur et genus caprarum; quod discernitur p. 1192, 76*): ITALA gen. 27, 9 (Aug. loc. hept. 1, 101, *cf.* Lugd.) vade ad -es et sume mihi duos haedos (*Vulg.* gregem; *explicat* AVG.: nomine -ium utriusque pecoris genus significavit, quod in eisdem pascuis simul erant). lev. 1, 2 (Lugd., *cf.* VVLG.) a bubus et ab -bus (AVG. loc. hept. *ad l.* -ium nomine etiam caprarum genus inclusit, sicut et in aliis locis solet. *sim.* HESYCH. in lev. 1, 10 p. 800[A] subintulit aliud animal, id est caprarum). 5, 7 (Aug. quaest. hept. 3, 8 p. 240, 26) in -em (*Lugd. et Vulg.* pecus; *antea distinguit* ab -bus agnam aut capram de capris; *cf.* HESYCH. *ad l.* p. 835[C] volentes per -em caprum vel capram intellegi). *per similem confusionem*: ITALA (= VVLG.) III Esdr. 1, 7 Weber -es (-ium *ed. Clem.*) agnorum et haedorum et caprarum triginta milia (*LXX I Esdr. 1, 7* ἀρνῶν καὶ ἐρίφων, *cod. Colbert.* -es et agnos et hoedos, *Sangerm. 4* -es et capras; *acc. etiam loco gemino* II par. 35, 7 cod. Complut., *cf. Vulg.*).

2 *agitur de natura, habitu, valetudine*: PLAVT. Trin. 541 sues moriuntur ..., -es scabrae sunt, tam glabrae ... quam *eqs.* (CATO agr. 96, 1 VARRO rust. 2, 2, 7 COLVM. 7, 3, 10. *cf.* 7, 5, 5 = PALLAD. vet. med. 30, 1 -is frequentius quam ullum aliud animal infestatur scabie). TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 7, 2 purpureo aureove colore -is ariesve si aspergetur (*sc. pro ostento*). VARRO Men. 3 -is balat (*v. sub voce* 1. balo. *cf.* PHYSIOGN. 115 p. 134, 14 glauciunt ... ut -es. GLOSS. nom. ed. Loewe p. 248 -is bobat). rust. 2, 1, 4 putant -es adsumptas et propter utilitatem et propter placiditatem (*dicuntur* placidae: 2, 3, 3 OV. epist. 15 [16], 55 met. 13, 927. *al., cf. l. 14 et p. 1194, 66*). 2, 1, 19 (*de tempore graviditatis ut*: 2, 2, 14 PLIN. nat. 8, 200). VERG. Aen. 3, 660 lanigerae (*v. vol. VII 2, 930, 50 sq.*). HOR. epod. 2, 16 tondet infirmas -es. PHAEDR. 1, 5, 3 patiens -is iniuriae. SEN. nat. 6, 27, 4 -es ... molliores naturae (*cf. vol. VIII 1373, 38*). PETRON. 56, 4 mutae bestiae laboriosissimae boves et -es. PLIN. nat. 11, 161 (*inter ruminantes ut*: SER. SAMM. 610 VVLG. deut. 14, 4 ISID. orig. 12, 1, 37). AVR. Fronto p. 34, 4 v. d. H. -es consternatae disperguntur; aliae alibi palantes balantesque oberrant (*cf. p. 1195, 6, 1196, 1 et* TERT. carn. 8 l. 15 erraticae [*v. vol. V 2, 805, 76*]. patient. 12 p. 19, 5 erroneam [*v. vol. V 2, 814, 35*]. *sim. saepius*). CYPR. unit. eccl. 9 ut mansuetudo et lenitas agnis et -bus aequetur (*cf.* ANTH. 762, 56 pia. SERV. auct. Aen. 8, 128 mite et quietum animal. RVFIN Orig. in cant. 2 p. 145, 10 animal simplex). *et saepius.*

3 *agitur de cura, usu, utilitate* (*cf. p. 1193, 72*): a *varia ratione* (-es pascere *sim. v. p. 1193, 4*): PLAVT. Truc. 947 -es et lanam (*cf.* VARRO ling. 5, 130 lana ... -is [rust. 2, 2, 7. *al.*]. FRONTO p. 13, 11 v. d. H. [*frg. orat.*] -i lana ... detrahitur. *v. et l. 10. p. 1193, 75*). CATO agr. 150, 1 fructum -ium (*i. lac et caseum; cf.* OV. fast. 5, 498 lac ... -is [PLIN. nat. 11, 241. *al.*]). CIC. nat. deor. 2, 158 quid ... -es aliud adferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur? (*cf.* HIER. adv. Iovin. 2, 5 -es ad lanitia conditae). MENOL. Colot. Mai 10 (CIL I² p. 280) -es tundunt(ur) (VARRO rust. 1, 37, 2 in -bus tondendis. 2, 11, 7. 8. *al., v. et p. 1193, 76. 1195, 59. cf. l. 15 et* VARRO rust. 2, 1, 28 detondunt aut vellunt. HIER. epist. 64, 3, 1 adtonsae). VARRO ling. 5, 54 (*de more vellendi ut*: PLIN. nat. 8, 191. *cf. l. 13*). rust. 2, 11, 6 tonsura -ium (ITALA deut. 18, 4 [Lugd.; VVLG. tonsione]. *al.; cf.* VVLG. gen. 38, 12 tonsores -ium). VERG. ecl. 3, 5 -is ... mulget (COLVM. 7, 5, 20. *al.*). Aen. 7, 87 caesarum -ium ... pellibus (PLIN. nat. 30, 118. *al., v. etiam l. 76; cf.* OV. fast. 4, 663 -ium ... vellera [*al.*]). COLVM. 11, 3, 12 *stercus* -ium (SER. SAMM. 964. *al.; cf.* PLIN. nat. 17, 52 *fimum* -ium [*al.*]). PLIN. nat. 28, 133 *butyrum* pinguissimum ex -bus. 29, 93 sebo -is (30, 55. 108. *al.*). 29, 127 iocur -ium (MARCELL. med. 8, 189). 30, 61 lien -ium. *sim. saepius.*

b *adhibetur ad sacrificia*: CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 11 *votum* recte factum esto -bus atris tribus. VERG. georg. 4, 546 nigram mactabis -em (DECRET. decur. Pis. de L. Caesare [CIL XI 1420] 20 OV. fast. 3, 300. *al.; v. et l. 31*). PROP. 4, 1, 24 pastor ... exta litabat -is (OV. fast. 4, 908). OV. fast. 1, 588 sacerdos ... viscera libat -is. trist. 1, 9, 49 -ium fibrae (PERS. 2, 26). PAVL. FEST. p. 57 cervaria -is, quae pro cerva immolabatur (ACT. ARV. a. 183 [CIL VI 2099] II 1. *al.; cf.* AVG. civ. 16, 43 p. 194, 25 D. -is immolationem [in euang. Ioh. 50, 2]). p. 104 idulis -is dicebatur, quae omnibus idibus Iovi mactabatur (MACR. Sat. 1, 15, 16. *v. Latte, Röm. Religionsgesch. 80*). ITALA gen. 22, 7 (cod. 111 *al.*) -is ad holocaustum (*Vulg.* victima. *sim.* 22, 8 [*ibid.*]). lev. 1, 2 (Lugd. *al., cf.* VVLG.) de bubus et de -bus offeretis dona vestra (1, 10 *et* 5, 18 [*ibid.*]. *al.*). deut. 18, 3 (Lugd., *sim.* VVLG.) sacrificantibus victimas sive vitulum sive -em (II par. 5, 6 [Complut.; *Vulg.* arietes]. *al.*). *et saepius.* c *in multae dictione* (*afferuntur omnia exempla*): CIC. rep. 2, 16 multae ... dictione -ium et boum. VARRO rust. 2, 1, 9 multa etiam nunc ex vetere instituto bubus et -bus dicitur. frg. Gell. 11, 1, 4 (*verba legitima, quibus minima multa diceretur*) ego ei unum -em multam dico (*cf.* GELL. 11, 1, 3 minima ... multa est -is unius). frg. Non. p. 216, 27. FEST. p. 202 -bus duabus multabantur apud antiquos in minoribus delictis. *ibid.* postea quam aere signato uti civitas coepit ..., facta est aestimatio pecoralis multae et boves centenis assibus, -es denis aestimatae (p. 237 decusibus [PAVL. FEST. p. 24. 144]. *sim.* GELL. 11, 1, 2). p. 237 ante aes aut argentum signatum ... poena gravissima erat duarum -ium et triginta bovum (*sim.* PAVL. FEST. p. 144 GELL. 11, 1, 2). PAVL. FEST. p. 195. PLIN. nat. 18, 11 multatio ... non nisi -ium boumque inpendio dicebatur, non omittenda priscarum legum benivolentia: cautum quippe est, ne bovem prius quam -em nominaret, qui indiceret multam.

B *in proverbiis et comparationibus* (*v. etiam Orth, RE II A 399, 42 sqq.*); *respiciuntur* -es: 1 *stultae*: PLAVT. Persa 173 interea, credo, -es si in ludum iret, potuisset iam fieri, ut probe litteras sciret. 2 *lupis obnoxiae* (*v. etiam sub II A et vol. VII 2, 1855, 31*): PLAVT. Pseud. 140 ut mavelis lupos apud -is linquere quam hos domi custodes. TER. Eun. 832 -em lupo commisisti. CIC. Phil. 3, 27 o praeclarum custodem -ium, ut aiunt, lupum. ITALA Matth. 10, 16 (cod. b *al.* = VVLG.) mitto vos sicut -es in medio luporum (*item* Luc. 10, 3 [codd. l f; *Vulg.* agnos, *gr.* ἄρνας]. *pendet* IVVENC. 2, 457 pergite ... ut -es, ... praeda luporum. *al.; explicat* PS. AVG. serm. ed. Mai 59, 1 discipulos suos propter innocentiam -bus conparavit. OP. imperf. in Matth. 24 p. 756). IREN. 1 praef. 2 ne ... abripiantur quidam quasi -es a lupis. *al.* 3 *placidae, probae*: TER. Ad. 534 tam placidum quam -em reddo (*affertur* LACT. inst. 3, 26, 4. *cf.* SVLP. SEV. dial. 2, 9, 4 -e placidior). PROP. 2, 5, 20 non solum taurus ferit ... hostem, verum etiam instanti laesa repugnat -is. ITALA Is. 53, 7 (Tert. fug. 12, 3 *al., cf.* VVLG.) tamquam -is ad victimam ductus est (*affertur de Christo*: act. 8, 32 [cod. g = VVLG.] ad occisionem. AMBR. Iac. 2, 2, 8. *al.*). *ibid.* (Tert. adv. Marc. 4, 40 p. 559, 10) tamquam -is coram tondente sic os non aperturus (*gr.* ἀμνός, *Vulg.* agnus). Matth. 7, 15 (cod. q, *cf.* VVLG.) attendite ... a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis -ium, abintus autem sunt lupi rapaces (Aug. c. Petil. 2, 73, 164 p. 105, 1 induti pellibus -ium. *explicant*: TERT. praescr. 4 l. 7 nominis christiani extrinsecus superficies. AVG. c. Iulian. 6, 7, 20 lupi malos significant, -es autem bonos. *cf.* CYPR. zel. 12 quid sub vestitu -ium latitat? LACT. inst. 5, 3, 23 lupum sub -is pelle celare. *al.*). 25, 32 sq. (cod. a *al.* = VVLG.) sicut pastor segregat -es ab haedis *eqs.* (*interpretantur*: AVG. civ. 20, 24 p. 470, 22 D. bonos a malis. OP. imperf. in Matth. 54 p. 942 iusti. ORIG. in Matth. ser. 70 p. 166, 16 qui salvantur. *v. et vol. VI 3, 2489, 81 sqq.*). 4 *cura pastoris fovendae*: ITALA num. 27, 17 (Lugd.) non erit synagoga domini sicut -es, quibus non est

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pastor (VVLG. -es absque pastore. *item determinantur* II par. 18, 16 [Complut., VVLG. *ut supra*]. *al.; cf.* Matth. 9, 36 [cod. b *al.* = VVLG.] sicut -es non habentes pastorem). psalm. 76, 21 (Sangerm. = VVLG.) deduxisti sicut -es populum tuum (*item sine explicatione de cura pastoris*: 77, 52 [Sangerm., *cf.* VVLG.]. Zach. 9, 16 [Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 15]). 118, 176 (Veron.) erravi sicut -is perdita ([cod. 325, VVLG. quae periit]. *al.*). Luc. 15, 6 (codd. a, aur. *al.* = VVLG.) inveni -em meam, quae perierat. 5 *leto obnoxiae*: ITALA psalm. 43, 12 (Sangerm. = VVLG.) dedisti nos tamquam -es escarum. 43, 22 (Sangerm., *cf.* VVLG.) aestimati sumus ut -es occisionis (*affertur* VVLG. Rom. 8, 36). 48, 15 (Sangerm., *cf.* VVLG.) sicut -es in inferno posuit *impios*. IREN. 2, 22, 2 (2, 32, 7 H.) ut -es occidimur. CLAVD. 20, 400 Gruthungos ut miseras populabor -es. 6 *in grege frequentes* (*ad frequentiam spectat etiam* ITALA Ezech. 36, 37 sq. *sub III B 1*): ITALA psalm 106, 41 (Sangerm., *cf.* VVLG.) posuit sicut -es patrias (*Hier. psalt.. sec. Hebr.* quasi gregem; *intellege: reddidit familias numerosas*).

C *epitheta notabiliora* (*maxime ad genus vel colorem pertinentia; appendix ad A et B*): PLAVT. Truc. 649 Tarentinas (COLVM. 7, 2, 3 generis eximii Calabras Apulasque et Milesias nostri existimabant earumque optimas T. *al.*, *v. l. 29. 40 sq.*). 655 minas (*v. vol. VIII 1044, 65 sqq.*). CATO agr. 2, 7 deliculas (*cf.* COLVM. 7, 3, 14 vitiosarum). or. frg. 62, 2 (= frg. dub. 3; 91 M.) ⟨pa⟩scalis (*affert* FEST. p. 242, *ubi* PAVL.: pastales -es Cato posuit pro pascuales. *cf.* PAVL. FEST. p. 222 passales . . ., quod passim pascuntur). CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 11 atris (DECRET. decur. Pis. de L. Caesare [CIL XI 1420] 20 CIL X 8259b, 14. *cf.* VERG. georg. 4, 546 nigram [*al.*]. VAL. FL. 3, 439 piceae). VARRO rust. 2, 2, 18 -bus pellitis, quae propter lanae bonitatem, ut sunt Tarentinae et Atticae, pellibus integuntur (2, 2, 20 *opp.* hirtas. HOR. carm. 2, 6, 10 [PORPH.: pellibus teguntur]. *cf.* COLVM. 7, 2, 4 tectis). 2, 10, 10 hirtas (2, 11, 7. *v. l. 30*). TIB. 1, 10, 10 varias (PLIN. nat. 31, 13. ITALA gen. 30, 39 [Lugd.] v. et cinericias sparsas [*cf. p. 1193, 69 et* GLOSS.^{L} IV dub. Plac. S 20 sparsas -es: quasi varias]. *al.*). 2, 5, 38 niveae (*v. etiam sub II B; cf.* CALP. ecl. 2, 37 albae [PLIN. nat. 2, 230. *al.*, *v. vol. I 1504, 6 sqq.*]. PRVD. psych. 792 lacteolam. MARCELL. med. 8, 189 candidae). PROP. 2, 26, 6 aurea . . . vexit -is *Hellen* (OV. epist. 17 [18], 144. *cf.* am. 2, 11, 4 conspicuam fulvo vellere. epist. 6, 2 auratae. 6, 104 aurea Phrixeae terga . . . -is [fast. 3, 852. *v. et sub II B*]. APVL. met. 6, 11, 5 auri . . . decore florentes). PAVL. FEST. p. 12 adasia (*v. vol. I 571, 24*). p. 25 apica (*v. vol. II 233, 57*). COLVM. 7, 4, 4 Graecam (PALLAD. 12, 13, 5 G. -es sicut Asianas vel Tarentinas). *sim. al.*

II *per synecdochen*: A *significatur pecunia pro -bus accepta* (*ludit epitheton* mina '*glabra*' *cum subst.* mina μνᾶ. *cf. fortasse* PLIN. nat. 18, 12 Servius rex -ium boumque effigie primum aes signavit): PLAVT. Truc. 655 minas -is in crumina hac in urbem detuli. 657 (*de eadem pecunia, v. Enk ad l.*) -es illius hau longe absunt a lupis. B *significatur pellis vel lana ovilla*: TIB. 2, 4, 28 niveam Tyrio murice tingit -em. OV. epist. 12, 10 Phrixeam petiit Pelias arbor -em. MART. 6, 3, 6 trahet aurea . . . fila et totam Phrixi Iulia nebit (*i. nendo consumet*) -em.

III *per similitudinem quandam transfertur ad homines* (*tropologice ad res, quae ad homines pertinent,* VEREC. in cant. 2, 15 D. [*de lectionibus*]. 6, 21 [*de sensibus*]): A *usu Plautino de hominibus stultis* (*de hac locutione iocosa agit Fraenkel, Plautin. im Plautus 72 sqq.*): Bacch. 1121^a sq. (*meretrices inter se*) quis has huc -is adegit? : : (*senes inter se*) -is nos vocant pessumae (*lusum uberius persequitur poeta*). 1140^a. 1141. 1142. Merc. 524 -em tibi *meretrici* . . . dabo, natam annos sexaginta, peculiarem (*526* tondetur . . . scite).

B *in sacris script. et apud ecclesiasticos*: 1 *in universum, significatur populus Israel sive ecclesiae* (*sc. ut grex dei, episcopi sim.; respondet in contextu pron. masc.* ORIG. in Matth. ser. 14 p. 27, 1 VITA Caes. Arel. 1, 54): ITALA II reg. 24, 17 (Ferrand. epist. 7, 10 p. 938^D, *cf.* VVLG.) convertatur manus tua in me *David* . . .; isti, qui -es sunt, quid fecerunt? (*plenius cum gr.: Ambr. epist. 51, 9* ego pastor malignum feci, et hic grex quid fecit?). psalm. 78, 13 (Sangerm., *cf.* VVLG.) nos . . . plebs tua et -es pascuae tuae (*al.*; PSALT. Rom.: -es gregis tui [*al.*]). Ezech. 34, 31 (Rufin. Orig. in lev. 3, 3 p. 305, 14) -es meae -es sanctae sunt ([*Vulg.* greges]. SACR. Greg. 198, 2). 36, 37 (Aug. c. Pelag. 4, 6, 14 p. 536, 15) -es homines (36, 38 [*ibid. l.* 18; *Vulg.* gregem hominum . . . gregibus h.; *inde* AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 538, 18. 20]. AVG. civ. 15, 7 p. 71, 15 D. *Christus* pastor -ium h. [*opp.* -ium pecorum, *quocum cf.* in euang. Ioh. 47, 6 -ium quadrupedum]). Mich. 7, 14 (Cypr. testim. 3, 20 p. 137, 25) pasce populum tuum . . ., -es hereditatis tuae (*Vulg.* gregem). Matth. 10, 6 (cod. q *al.*) ite ad -es perditas domus Israel (codd. b g^1 = VVLG. -es, quae perierunt, domus Israel. 15, 24 [*ibid.*]. *inde* TERT. fug. 6, 5. *al.*). Ioh. 21, 15–17 (cod. a *al.*) pasce -es meas (*ter; v. p. 1188, 80*). TERT. fug. 2, 6 -es dei (RVFIN. Orig. in lev. 3, 3 p. 305, 10 AVG. serm. 47, 30). adv. Marc. 5, 1 p. 570, 2 -es Christi (CYPR. unit. eccl. 9 sent. episc. 17 epist. 68, 4 p. 747, 16. *al.*). pudic. 7 p. 231, 6 -is proprie Christianus (*cf. ibid. l.* 8 Christianus in -e intellegendus). CYPR. zel. 12 -es nominat *plebem suam Christus*, ut innocentia christiana -bus aequetur. epist. 43, 6 p. 596, 3 vitate lupos, qui -es a pastore secernunt. 45, 3 p. 602, 21 *ut* errantes -es, quas . . . haeretica temptatio a matre secernit, in ecclesia colligamus (*cf.* 71, 2 p. 773, 1 abigeatam et errabundam. AMBR. fid. 5 pr. 4 erraticae). 68, 3 p. 746, 8 -es dominicas (68, 4 p. 747, 14 AVG. anim. 4, 1, 1 epist. 125, 2 p. 4, 28. *al.; cf.* AMBR. epist. 42, 1 -es domini). OPTAT. 7, 8 p. 155, 23 ex -bus . . . facti sunt vulpes, ex fidelibus perfidi *eqs.* CHROMAT. serm. 23, 2 L. ille *Abel* pastor -ium irrationabilium, hic *Christus* rationabilium. EVCHER. form. 4 p. 28, 8 -es: populi fideles. *et saepe.* 2 *speciali quadam ratione*: HIL. myst. 1, 6, 5 ipse etiam -is et . . . unus ex -bus (*Christus ut*: AVG. in euang. Ioh. 123, 5 l. 106 ut pro omnibus pateretur, -is est factus. ORIENT. carm. app. 2, 4 -is *inter epitheta Christi. cf. p. 1194, 70*). AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 538, 17 illi unicae -i . . ., hoc est ecclesiae. PS. AVG. serm. ed. Mai 97, 5 (*de Isaac*) -is illa, quam ducebat *Abraham ad holocaustum.* CHROMAT. serm. 23, 3 L. de hoc grege . . . sancto *patriarcharum et prophetarum* immaculata illa et intacta -is processit, id est . . . Maria, quae nobis . . . illum agnum . . . generavit (*de eadem*: SEDVL. carm. pasch. 1, 84 virginis agnus. *sim.* op. pasch. 1, 2 p. 180, 11). *in tit.*: INSCR. Tarr. Alföldy 960, 2 (*saec. IV/V*) *Aurelia* -is immaculata, fide cara viro *eqs.*

deriv.: oviaricus, oviarius, ovicula, ovilio, ovilis (-e), ovilius (-um), ovillus, ovinus (-a).

compos.: ovicerda, ovifer(-us, -a), ?ovispex; *cf.* opilio.

ovisdelem ORIBAS. syn. 7, 1, 6 La, *i.* uuisdile (*nomen gothicum herbae q. e.* vitrago).

? **ovispex**: ovium inspector GLOSS. V 606, 29. *ab* ovis *et* specere, *si recte trad.*; ovorum inspector *suspicatur Hopfner, RE XVIII 538, 29* (*cf. gr.* ᾠοσκοπία); avispex *et* avium *intellegitur supra vol. VII 1, 1946, 84.*

ovius (ovv-) *v.* obvius. **ouls** *v.* uls. **ōum** *v.* ovum.

ovo, -āvī, -ātum, -āre (*depon.* ovor, -ārī *v. l. 43*). [*vox exclamationem significans conferenda videtur cum gr.* εὐάζειν *ab* εὐαί *sim.; sunt qui inde mutuatam putent. Sch.*] *de orig.* (*cf.* 3. ova *et* ovatio): PAVL. FEST. p. 195 -antes: laetantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o littera. *scribitur* ob- CE 1385, 7 (*a. 564/5; vix et* 2103, 6 obas [*quod pro nomine proprio accipiunt Diehl 2142 et Engström 358*]). IORD. Rom. 349 Get. 165 GLOSS. *et hic illic in var. l.* (ov- *testatur* MARTYR. gramm. VII 196, 14). *de formis: longe praevalet part. praes.* (*part. fut.* SOL. 45, 13, *part. perf. pass. v. sub I B*); *prima pers. praes.* (*improbatur* DIOM. gramm. I 379, 23 MACR. exc. gramm. V 629, 16. 654, 22 CLEDON. gramm. V 61, 23 sq.) *et perf. act. non legitur nisi apud grammaticos et in* GLOSS., *secunda pers. non nisi apud gramm.; ceteras formas v. sub I A 2 et II B. depon.* (*fortasse sec.* laetari *sim.*) RVSTIC. (*v. sub II B*) -antur. GLOSS.^{L} II Philox. OV 2 -atur. *de notione* (*v. etiam* PAVL. FEST. p. 195 *supra et infra l. 66 sqq.; ad singulos locos v. infra*): GLOSS. -ans: χαίρων. γήθων. gaudens. laetans. exultans. -o: χαίρω. παιανίζω. -at: bacchatur, exilit, excrescit (*cf.* GLOSS.^{L} V Aa O 622 -antes: crescentes [χαίροντες *Lindsay dubitanter in app. crit.*]). GLOSS.^{L} V Aa O 4 -antes: gaudentes, hilares. *legitur in actis triumphalibus anni 360 a. Chr. usque ad a. 36 a. Chr.* (*suppletur inde ab a. 503*) *et inde a* PLAVTO (*semel*), RHET. Her. (*semel*), CIC. (*ter*), R. GEST. div. Aug. (*semel*), *saepius apud* VERG. *eiusque sectatores* (*deest* LVCANO) *et* LIV.; *in hexametris formae trisyllabae ponuntur fere ita ut versum claudant.*

i. q. clamorem quendam laetum tollere (*sonantem vocales* 'o — o' [*v. supra* PAVL. FEST. p. 195] *vel* 'o — a' [*cum sonitu corvorum est conferendus sec.* VERG. georg. 1, 423 -antes gutture corvi]; *cf.* εὐοῖ: εὐάζειν, io: iubilare, triumpe: triumphare): I *term. techn. spectat ad triumphum minorem* (*maiorem poetice p. 1197, 46 sqq.*).

opp. triumphare *vel* curru urbem ingredi *sim. saepius inde a* PLAVTO; *ad rem v. Rohde, RE XVIII 2, 1890 sqq.; ceterum cf. Gymnasium 80, 1973, 286 sqq. 303 sqq. nec non locos differentiam inter* -are *et* triumphare *illustrantes, quos putavimus praemittendos* (*v. etiam* PAVL. FEST. p. 195 *sub* ovalis, SERV. Aen. 4, 543 *sub* ovatio): GELL. 5, 6, 20 sq. ovalis corona murtea est; ea utebantur imperatores, qui -antes urbem introibant. -andi ac non triumphandi causa est, cum aut bella non rite indicta neque cum iusto hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile et non idoneum est, ut servorum piratarumque, aut, deditione repente facta, impulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenit. 5, 6, 27 partim . . . scripserunt *veteres scriptores*, qui -ret introire solitum equo vehentem; sed Sabinus Masurius pedibus ingredi -antes dicit, sequentibus eos non militibus, sed universo senatu. DIFF. Suet. p. 283, 3 -are et triumphare hoc differt, quod triumphans quadrigis vehitur et coronatus laurea corona subsequitur pompam; qui autem -at, aut †super equum tripudiat aut mirtea corona cinctus pompam praecedit.

A *intransitive i. q. triumphum minorem agere* (*in imag. iocose* PLAVT., *hyperbolice* CIC. Phil. 14, 12; currus . . . -antes *pro triumphatoribus* PROP. *sub 2; de acclamatione v. p. 1198, 47 sqq.*).

de *aliquo victo*: ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 394 (*nisi praepos. cum* triumphare *iungenda*). TAC. ann. 13, 32, 2 VIR. ill. 33, 4; *cf.* 52, 1 unde. ex *aliqua gente, regione, causa*: ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 710 (*nisi praepos. cum* triumphare *iungenda ut*: 718 FAST. triumph. Vrbisalv. a. 174 a.). LIV. 36, 39, 1. 41, 28, 6 VELL. 2, 122, 1. a b *aliqua*

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

regione victa: PROP. 3, 9, 53. ob *aliquam causam*: LIV. 4, 43, 2. 34, 10, 3 TAC. ann. 3, 11, 1 SVET. Tib. 9, 2. Claud. 1, 3 (?).

1 -antem triumphare, inire urbem, redire *sim.*: PLAVT. Bacch. 1069 veluti mi evenit, ut -ans praeda onustus cederem (*inc-trad.*); salute nostra atque urbe capta per dolum domum reduco integrum omnem exercitum; . . . ne miremini, quod non triumpho: *eqs.* CIC. de orat. 2, 195 *M. Aquilium* -antem in Capitolium ascendisse (*cf.* Phil. 14, 12 cum . . . me -antem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit). ad Brut. 23, 9 W. ut -anti introire Caesari liceret (PAVL. FEST. p. 195 *v. sub* ovalis. TAC. ann. 3, 19, 3. urbem: LIV. 4, 53, 11 ex senatus consulto. TAC. ann. 2, 64, 1. 3, 47, 3 e Campania [*postea*: post . . . tot . . . triumphos . . . peregrinationis suburbanae inane praemium]. GELL. 5, 6, 21 *supra*. VIR. ill. 33, 4 de Lucanis. 48, 5. 52, 1 Vettonas . . . superavit, unde -ans u. i.). R. GEST. div. Aug. 4 ⟨bis⟩ -ans triumphavi et tris egi curulis triumphos ([*gr.* δὶς πεζὸν ἐθριάμβευσα]. VELL. 2, 96, 3. 2, 122, 1 ex Armenia recepta et ex rege ⟨ei⟩ praeposito . . . -ans triumphare . . ., et Vindelicorum Raetorumque victor curru urbem ingredi. VAL. MAX. 2, 8, 7 aut -ans aut curru. *subaudiendum in actis triumph., quae v. infra*). LIV. 3, 10, 4 triumphavit *imperator* . . .; alteri consuli datum, ut -ans sine militibus urbem iniret (7, 11, 9. 26, 21, 4 sq. 31, 20, 5. 39, 29, 5 medius . . . honos. 40, 16, 11. 41, 28, 3. 6 TAC. ann. 13, 8, 1. -ans inire: TAC. ann. 3, 11, 1 ob receptum Maroboduum *eqs.*). 4, 43, 2 triumphus negatus, ceterum ob Sempronianae cladis levatam ignominiam ut -ans urbem intraret, concessum est. 5, 31, 4 Valerio . . . triumphus, Manlio, ut -ans ingrederetur urbem, decretum est (31, 20, 6 ex senatus consulto [33, 27, 1]. 34, 10, 3 ob rem feliciter gestam. 34, 10, 6. 36, 21, 10. 36, 39, 1 ex ulteriore Hispania. SVET. Aug. 22. Tib. 9, 2 quas ob res et -ans et curru. Cal. 49, 2 SPART. Sept. Sev. 14, 7 veluti -ans. OROS. hist. 6, 18, 34 *Caesar*). 26, 21, 6 -ans multam prae se praedam in urbem intulit. 32, 7, 4 ne -ans rediret ([*opp.* privatus urbem ingrediens]. GELL. 5, 6, 23). *in actis triumph. subaudiendo verbo q. e.* triumphare: ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 394 (CIL I² p. 44) M. Fabius . . . Ambustus cos. . . . -ans de Herniceis. 558. 563. 580. 710 C. Iulius . . . Caesar VI dict. IIII -ans . . . ex monte Albano. 714. 718 imp. Caesar divi f. . . . ov⟨ans⟩ ex Sicilia. *ibid.* M. Antonius . . . -an⟨s⟩ *eqs. et saepius supplendum.* TAB. triumph. Barberin. a. u. c. 714 (CIL I² p. 77) im⟨p. Caesar⟩ -ans quod pace(m) cum ⟨M. Antoni⟩o fecit. *sim. ibid. de M. Antonio.* FAST. triumph. Vrbisalv. a. 174 a. (Inscr. Ital. XIII 1, 1 p. 339) ⟨Ap. Claudius⟩ Cento pro co(n)s(ule) -ans ex Hisp(ania) Celtib(eria).

2 *cetera exempla* (*ponitur per se; etiam hic part. praes. praeter* TAC., SVET.; *v. etiam* GELL. 5, 6, 21. 27 *et* DIFF. Suet. *supra p. 1196, 66 sqq.*): PROP. 3, 9, 53 *carmine* prosequar . . . currus utroque ab litore -antes (*sc. triumphos de oriente atque occidente actos, sec. Verg. georg. 3, 33* triumphatas utroque ab litore gentes. *item poetice de triumpho maiore*: PETRON. 123 vers. 240 modo quem *Pompeium* ter -antem Iuppiter horruerat. *laxius*: CLAVD. 28, 553 -anti *Honorio* [*sc. victori curru Romam ingredienti, cf. 580* triumphantem]). PLIN. nat. 15, 19 (*cf. p. 1198, 55*) *olea coronantur* minoribus triumphis -antes (*part. pro subst. ut*: 15, 125 haec *myrtus* postea -antium fuit corona. AMM. 27, 8, 8 civitatem . . . recreatam -antis specie laetissimus introiit *dux*). TAC. ann. 13, 32, 2 Plautio, quem -asse de Britannis rettuli (quem -ans se . . . rettulit *M*, qui -asset *L*). SVET. Claud. 1, 3 quas ob res -andi ius et triumphalia ornamenta percepit.

B *transitive i. q. triumpho pro praeda ducere* (*si recte intelleximus, cf. Ov. fast. 3, 732* triumphato . . . bove): PERS. 2, 55 illud subiit *tibi*, auro sacras quod -to perducis facies *statuarum* (*metro neglecto ab* ovum *derivant* SCHOL. *ad l.*).

II *in universum. notione exclamandi evanescente vergit hic illic in notionem q. e. exsultare, laetari, gaudere (quae iuxta ponuntur, v.* GLOSS. *et cf. e. g.* gaudio -ans LIV. 8, 7, 12 APVL. met. 6, 28, 6, laetitia VAL. MAX. 3, 2, 21. 9, 3, 4 IVL. VAL. 1, 13 *nec non abl. causae p. 1198, 10. 12. 57. 1199, 30. al.), maxime p. 1199, 14 sqq.; sec. quam notionem accedit inf.* OPT. PORF. carm. 14, 16 ORIENT. comm. 1, 398, *acc. c. inf. abbrev.* VEN. FORT. Mart. 4, 532 Brictio . . . se meriti melioris -ans quam sanctus haberet (*vix reflexive intellegendum*), *obi. rei effectae* CE 1808, 4 (*v. sub B; vi proclamandi ut* VEN. FORT. *supra*).

A *part.* -ans (-turus *p. 1198, 18*): 1 *-antes sunt victores* (*res pro homine p. 1198, 18. 54*): a *varii*: α *homines* (*sc. milites vel ductores vel qui quacumque pugna vicerunt aut victuri sunt, Salmoneus quasi triumphans* VERG. Aen. 6, 589; *cum respectu superbiae ibidem et* CORN. SEV., SIL. 1, 154, *al.; exempla post* TAC. *selecta*): RHET. Her. 4, 8, 12 quo pacto hostes . . . diiectis moenibus -antes inruerunt in civitatem. VERG. Aen. 5, 331 *Nisus* iam victor -ans *cursu* vestigia . . . haud tenuit (SIL. 1, 283. 11, 259 *postea*: laetus. PRVD. c. Symm. 1, 123. DRAC. Romul. 2, 95 *Hercules*. CORIPP. Ioh. 4, 155). 5, 563 acies iuvenum, ducit quam parvus -antem . . . Priamus (*item in pugna*: 9, 71 socios . . . incendia poscit *Turnus classem invadens* -antes [CLAVD. DON. *ad l.* p. 195, 28 pro victoria habuerunt, quia *eqs.*]. 10, 690 Mezentius . . . Teucros . . . invadit -antes. 12, 479 *Iuturna currum Turni ducens* iamque hic germanum iamque hic ostentat -antem. SIL. 1, 163 volitabat -ans *Tagus per acies. al.* HOMER. 508 STAT. Theb. 5, 4. *al.*). 6, 589 quattuor hic *Salmoneus* invectus equis . . . per Graium populos . . . ibat -ans *specie Iovis*. 9, 208 (*Nisus Euryalo*:) ita me referat tibi magnus -antem Iuppiter. 11, 13 (*Aeneas* . . . vota deum . . . victor solvebat) tum socios . . . sic incipiens hortatur -antes: *eqs.* (*sim.* SIL. 8, 232). 11, 758 praedam Tiburtum ex agmine Tarchon portat -ans. CVLEX 329 iam . . . victor . . . Dolonis, Pallade iam laetatur -ans *Odysseus*. CORN. SEV. carm. frg. 13, 19 *Ciceronis caput* pedibus . . . superbis proculcavit -ans *Antonius*. OV. met. 12, 298 successu caedis -antem (13, 85. *cf.* CALP. ecl. 1, 65 -antia caede agmina [STAT. Theb. 2, 621 TAC. hist. 4, 72, 1]). LIV. 1, 11, 2 victoria -antem Romulum (1, 26, 10. 5, 45, 8. 27, 45, 9 CVRT. 4, 6, 20). 1, 25, 13 Romani -antes ac gratulantes Horatium accipiunt. 8, 7, 12 -ante gaudio turma. 10, 26, 11 Gallorum equites . . . -antes . . . moris sui carmine. 23, 24, 11 spolia . . . -antes templo . . . intulere. VAL. MAX. 3, 2, 21 exuvias -ans laetitia in castra retulit. PLIN. nat. 8, 158 Centaretum . . . potitum equo eius *Antiochi* conscendisse -antem (*inde* SOL. 45, 13 -turus). VAL. FL. 2, 545 -anti (-ant, -antem *trad.*) . . . gradu, qualis per pascua victor ingreditur . . . taurus. *al.* SIL. 1, 154 superumque hominumque immemor. *al.* STAT. Theb. 2, 684. 3, 391 tanto . . . in sanguine -antem . . . Oeniden (7, 604). *al.* PS. AVG. serm. ed. Mai 85, 1 post triumphos . . . crucis, post vexilla victricia Christus -ans inferos petit. *al. accedit inf.*: ORIENT. comm. 1, 398 impius hostis *i. diabolus* semper -ans castam sollicitare fidem.

β *res (in imagine hominum -antium): elementa (conferri videtur motus -antium, sc. manus tollentium sim., cf.* VAL. FL. 1, 806 *infra sub 3a*): VERG. Aen. 10, 409 velut . . . dispersa inmittit silvis incendia pastor, correptis subito mediis extenditur una horrida per latos acies Volcania campos: ille sedens victor flammas despectat -antes, *eqs.* (SIL. 14, 448. *per metonymiam*: GRATT. 445 *Volcanus* venit -ans austris et multo flumine flammae emicat ipse. SIL. 14, 310 *Vulcanus* scandit -ans rapidusque vorat crepitantia flammis robora et . . . victor nutantia culmina lambit). STAT. Theb. 9, 488 *Hippomedonta Ismenos* impulit adsurgens: . . . instant undae sequiturque labantem amnis -ans. *incorporea*: CYPR. GALL. lev. 58 paupertas, . . . -ans quae vincere dites saepe solet. VEN. FORT. Mart. 4, 708 gratia cuius *Martini* -ans ac fama iter occupat orbis, arva capax, pelagus intrans, super astra coruscans.

γ *animalia*: VAL. FL. 5, 68 velut ille, gregis cessit cui regia, taurus fertur -ans *eqs.* APVL. met. 6, 28, 6 *asinum* gaudiis popularium pomparum -antem (*sc. pompa ductum*). AMBR. hex. 6, 3, 13 (*ad Ier. 17, 11*) *perdix* clamavit quasi -ans suae fraudis effectu. PRVD. perist. 3, 169 (*spiritus martyris morientis linquit corpus specie columbae*) flatus in aethere plaudit -ans templaque celsa petit volucer. AVIAN. fab. 7, 12.

b *milites triumphatorem vel victorem sequentes vel ei occurrentes acclamando* (*cf.* VERG. Aen. 5, 563. 9, 71. 11, 13 LIV. 1, 25, 13 *supra p. 1197, 80 sqq.*): LIV. 7, 13, 10 cupimus . . . tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Iovis optimi maximi templum gratantes -antesque adire (*item in pompa triumphi*: SVET. Nero 25, 1 sequentibus currum -antium ritu plausoribus, Augustianos militesque se triumphi eius clamitantibus. FIRM. math. 6, 30, 26 Marcellus in triumpho victoriae constitutus, inter -antes militum strepitus et triumphales laureas collocatus. *huc referas et* PLIN. nat. 15, 19 *p. 1197, 51 allatum sec. Rohde, loc. cit. 1899, 37 sqq.*). CVRT. 4, 16, 20 pauci *milites* eum *Alexandrum* et incompositi sequebantur -antes victoria. SIL. 2, 438 *Spartanam cohortem* ducit -antem . . . victor Xanthippus. 7, 732 iuventus clamorem tollens ad sidera et ordine longo ibat -ans Fabiumque decus Fabiumque salutem certatim et magna memorabant voce parentem.

2 *-antes sunt sacra facientes sim.* (gressus *pro homine* PETRON.; *cf.* VERG. Aen. 11, 13 *et* LIV. 23, 24, 11 *sub 1a*, VERG. Aen. 3, 544 *sub 3a*): VERG. georg. 1, 346 ter . . . novas circum felix eat hostia fruges, omnis quam chorus et socii comitentur -antes et Cererem clamore vocent in tecta (*cf. Tib. 1, 1, 23 sq.* rustica pubes clamet 'io messes *eqs.*'). PETRON. 133, 3 vers. 16 ter -antem circa delubrum gressum feret ebria pubes. *fortasse huc spectat* CARM. c. pag. 66 cum canibus Megales semper circumdatus esses, quem lasciva cohors . . . comitaret -antem (*contextum explicare vel sanare temptaverunt varii*).

3 *-antes (-antia) sunt varii (varia)*: a *homines* (ora manusque VAL. FL. 1, 806; *exempla post* CVRT. *selecta; sunt quae fortasse ad 1 spectent*): VERG. Aen. 3, 189 sic ait *Anchises*, et cuncti dicto paremus -antes ([SERV. auct.: alacres, non utique gaudentes]. 4, 577 imperio *dei*. DRAC. Romul. 8, 230. *cf.* STAT. Theb. 3, 260 gaudet -ans iussis). 3, 544 quae *Pallas* prima accepit -antes *nos in Italia* (*cf. 523 sq.* Italiam primus conclamat Achates, Italiam laeto socii clamore salutant). 4, 543 (*loq. Dido*) sola fuga nautas comitabor -antes? (SERV.: laetantes; abusive, nam proprie ovatio est minor triumphus *eqs.*). HOR. sat. 2, 3, 146 quondam lethargo grandi est oppressus, ut heres iam circum loculos et clavis laetus -ansque curreret. VAL. MAX. 9, 3, 4 Manlio Torquato amplissimam . . . victoriam in urbem referenti cum seniores omnes laetitia -antes occurre-

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rent, *eqs.* SEN. Phaedr. 1206 me ... -antem scelere tanto. CVRT. 9, 2, 34 ite reduces domos, ite deserto rege -antes (*per paradoxon dictum*). VAL. FL. 1, 806 stabo insultans et -antia contra ora manusque feram. 4, 297 (*292* conclamant socii et subitas dant gaudia voces) respectat -antes ... Minyas. IVV. 8, 28 quocumque alto de sanguine rarus civis et egregius patriae contingis -anti, exclamare libet, populus quod clamat Osiri invento (*Schol.*: populus ... dixit εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν). NEMES. auc. 18 prandia, circo quae consul praetorve novus construxit -anti. RVFIN. hist. 5, 1, 55 Blandina ... praemissos ad martyrii coronam filios insequi ... festinat exultans et -ans (*gr.* χαίρουσα καὶ ἀγαλλιωμένη). VEN. FORT. Mart. 3, 254 *regina* precatur -ans, convivia ut ipsa pararet *Martino*: obtinet hoc bonitas, quod non valet alta potestas (*258* laeta, modesta). *al.* *significari videtur potius qualitas alicui inhaerens (ut subluceat notio q. e. hilaris, non tristis sim., cf. p. 1196, 49)*: CE 1375, 13 (*a. 533*) gratus, dulcis, -ans, humilis, pius. 1385, 7 (*a. 564/5*) ⟨bl⟩andus, dulcis, -ans, pollens gravitate ma⟨gistra⟩. VEN. FORT. carm. 4, 26, 39 (*epitaphium Vilithutae*) dulcis, -ans, alacris, studiis ornata iuventus.

b *animalia* (*cum respectu soni quem edunt*): VERG. georg. 1, 423 avium concentus in agris ... et -antes gutture corvi (*inde* AVIEN. Arat. 1743 g. rauco. AVSON. 76, 5 p. 313 P. *cf. sonitum corvorum q. e.* ave *vol. IV 1079, 20 sq.*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 306 *Pluto Proserpinam ad inferos ducens* haec fatus -antes exhortatur equos et Tartara ... intrat (*nisi ad 1ay trahendum*).

c *instrumenta musica*: VAL. FL. 4, 418 Io (*velut Isis*) ... aspide cincta comas et -anti persona sistro. STAT. silv. 1, 2, 249 eat enthea vittis atque hederis redimita cohors, ut pollet -anti quisque lyra.

B *aliae formae* (-*at res* VAL. FL. 2, 507, STAT. silv., MART., CE): VERG. Aen. 10, 500 quo ... Turnus -at spolio gaudetque potitus (*sec. Hom. P 473 = Σ 132* αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται. SERV. auct.: iactat, gloriatur). VAL. FL. 2, 507 non Africus alto tantus -at. 4, 342 toto ... tempore mensae laetus -at nunc laude virum nunc vatis honoro carmine. STAT. Theb. 1, 153 uter ... *Cadmi* solio non altus -ret, ... ambigitur. silv. 4, 1, 8 exultent leges Latiae, gaudete, curules, ... Euandrius *i. Palatinus* ... collis -et: subiere novi palatia fasces. MART. 8, 65, 8 *hic* stat sacer et domitis gentibus arcus -at (-ans *pars codd.*). ANTH. 21, 13 donat templis *piscem aureum* ... et titulo confessus *sacrilegium* -at. PRVD. perist. 12, 2 plus solito coeunt ad gaudia; ... Romam per omnem cursitant -antque. INSCR. christ. Rossi II p. 246 n. 8a, 4 (*saec. V*) *Sossus Symmacho* martyri⟨o⟩ coniunct⟨u⟩s -at. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 81, 34 rident ... Iudaei, exiliunt agmina haereticorum -anturque cuncti adversarii veritatis. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 12, 1 G. -et infernus quia resolutus est *die Paschae*, gaudeat ..., resultet *eqs.* (*item* 12[A], 1 SERM. Corp. Christ. 101[B] p. 881, 2). VEN. FORT. carm. 1, 2, 10 seductor quondam qui *Paulus* modo doctor -at. *accedit inf.*: OPT. PORF. carm. 14, 16 Arabs mox omnis -at laudare sereni oris lustra tui *Constantini*. *obi. rei proclamatae*: CE 1808, 4 (*ca. a. 400*) tanti gloria facti Alexandri rectoris *i. episcopi* -at per saecula nomen.

adv. **ovanter.** [*confunditur in codd. cum* navanter CASSIOD. var. 2, 23. 7, 7, 1. 8, 23, 4 in psalm. 104, 37.] *i. q. exsultanter*: TERT. adv. Val. 28 p. 204, 11 ubi adventum Soteris accepit, propere et -r accurrit (*per ludibrium; cf. Iren. 1, 7, 4 [1, 1, 13 H.]* ἄσμενον [*lat.* in gaudium]). COMM. instr. 2, 20(16), 5 -r (ovantes *codd. dett.*) officite (eff- *trad.*) luxu.

deriv.: ? 3. ova, 2. ovalis, ovatio, 3. ovatus.

? **ŏvolum,** -ī *n.* (*coni.*) *v. ?* 1. ovalis.

ovolus (-vul-) *v.* obolus. **ovs** *v.* ovis *p. 1192, 42.* **ovv-** *v.* obv-.

ōvum, -ī *n.* (*formas fem. et masc. v. infra*). [*vox prisca, cf. gr. att.* ᾠόν, *dor.* ὤεον *et magis minusve similia in aliis linguis cognatis. Sch.*] *de orig.*: ISID. orig. 12, 7, 80 -a ... dicta ab eo, quod sint uvida ...; quidam autem putant -um graecum habere originem nominis (*v.* PRISC. gramm. *p. 1192, 12*); illi autem dicunt ᾠά v littera ablata. *scribitur* ob- *saepius iam in codd. vetustioribus, e. g.* ANON. med. ed. Piechotta 176 ORIBAS. eup. 2, 1 Ω 1 Aa. ANTH. 227, 1 (*cod. Salm.*); *cf.* MARTYR. gramm. VII 192, 12 per v digammon *scribitur.* oum *occurrit hic illic in var. l. ut* CIC. div. 2, 134 AVSON. 336, 10 p. 200 P.; *quaeritur apud* PROB. inst. gramm. IV 113, 18 sqq. qua de causa hoc ovum et non hoc oum dicatur. uv- *exhibent* ORIBAS. syn. 4, 28, 27 La p. 32. 9, 42, 2 Ab *paucique codd. rec.* -om *sec. morem scribendi antiquiorem (cf. e. g. Leumann, Gramm. 1977, 49) trad.* VARRO rust. 1, 2, 11, *restit. Ernout* PLIN. nat. 28, 265 *al. notatur* o *vel* ov *in signaculis oculariorum, v. indicem CIL XIII 3, 606.*

de genere et de formis (inter neutra affertur PROB. inst. gramm. IV 113, 11 sqq. [*cum schemate declinationis*]. DVB. NOM. gramm. V 585, 15. *al.; ad formas heteroclitas cf. Mørland, Die lat. Oribasius-übersetzungen, 1932, 65. 69 sqq.)*: *formae masc.*: *nom. sing.* -us: ORIBAS. eup. 2, 1 Ω 1 Aa. *ibid.* 5 La. syn. 7, 6, 2 Aa *et* La (*cf. var. ll.* PLAC. med. 27, 1 *et* 29, 14 *rec. β*). *nom. plur.* -i: PLIN. phys. Bamb. 57, 19 (*ceterum -a passim, ut etiam fons huius loci* PLIN. med. 1, 24, 5). *acc. plur.* -os: ORIBAS. eup. 4, 95 La. syn. 7, 8, 3 add. Aa. *formae fem.*: *gen. plur.* -arum: ANTHIM. 34 (*codd. det. aliquot* -orum *ut etiam* 36). ORIBAS. syn. 2, 12 Aa *et* La p. 99, 15 Mø. (*item passim apud eundem, v. Mørland l. c.; forma* -orum *in schedis nostris occurrit* eup. 2, 1 Ω 1 La. syn. 1, 19, 10 Aa p. 67, 17 Mø. 7, 20, 13 Aa p. 154). RVF. podagr. 36. *acc. plur.* -as: ORIBAS. eup. 4, 1, 17 La p. 528 -as sorbiles (*mendum scribae suspicatur Mørland l. c. 72 adn. 3; cf.* syn. 9, 48, 2 Ab p. 367). syn. 3, 62 add. 21 La p. 902 -as III. *ceterum v. var. l.* de -as ANTHIM. 35. *accedunt adi. fem. vel masc.* (*servatur neutr. e. g.* ORIBAS. syn. 9, 42, 2 Aa p. 351 -a apala frigida *aliisque infra citandis locis*): PLIN. phys. Bamb. 57, 19 -i cocti et cum melle trita ([*sec.* PLIN. med. 1, 24, 5 -a cocta]. ORIBAS. eup. 4, 95 La -os ... coctus. syn. 8, 45, 2 -arum coctarum [cod. Aa *ut* 9, 48, 6 add. p. 368. 369]. *sed neutr. l. 20*). ORIBAS. eup. 2, 1 Ω 5 La crudus obus superpositus ([crudum superpositum Aa]. syn. 7, 6, 2 Aa *et* La. *cf. var. l.* PLAC. med. 29, 14 rec. *β*). 4, 1, 17 La p. 528 -as sorbiles (syn. 4, 14, 2 Aa [*sim.* La] -a apala et sorbiles. 9, 10, 29 add. Aa p. 291. *al.* [*sed* -a sorvilia: *ibid.* 8, 18, 15 add. Aa p. 231]. *ceterum cf.* PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 8 [sorbilem *trad.*] *et var. ll.* PLAC. med. 29, 3 rec. *β*). syn. 4, 28, 27 Aa p. 31 -a recentes (La p. 32 uva r.). 9, 17, 7 Aa -arum assarum ([assorum Ab, -a cocta La]. 9, 40 [71] add. Aa p. 345. 9, 42 add. 1 Aa p. 352). *excipitur per pron. fem.*: ORIBAS. syn. 3, 60 add. 20 Aa p. 900 -arum ..., cum quas. 4, 37, 8 La eas. 6, 27, 7 Ab ipsarum.

de notione v. infra. *legitur inde ab* ENNIO, CATONE, LVCILIO. [*val.* ou; *dalm.* yuv; *it.* uovo; *sard.* ou, ovu; *raet. or.* uf, *occ.* oef; *francog.* oeuf; *prov. vet.* ou, eu, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* ou; *hisp.* huevo; *port.* ovo. *cf. M.-L. 6128. Battisti-Alessio V 3956. Wagner II 199. Wartburg VII 447 sqq. Corominas II 972. Machado² III 1724. St.*] [*confunditur* -um *e. g. cum* aevum VERG. catal. 9, 27. *al.*, cum (quum) CELS. 2, 24, 3 PLIN. nat. 28, 265 (*restituitur* VARRO rust. 1, 2, 11. *falsa var. l.* PLIN. nat. 29, 43), -i(s) *cum* Iovi(s) PLIN. nat. 4, 95 MART. CAP. 2, 140 (*restituitur* ARNOB. nat. 4, 24 p. 229, 12 M.), -a *cum* qua PLIN. nat. 10, 204. 11, 249. *al.; traditur loco corrupto* VARRO ling. 5, 112.]

i. q. ᾠόν (*item* ORIBAS. eup. 2, 1 Ω 1 Aa. GLOSS.; *quam vocem, ubi gr. respondet, non adnotavimus*): **I** *proprie* (*comparationes v. sub II; per synecdochen respiciuntur* -orum *interiora passim sub B 2 et 3, putamina sub B 5 bβ; de singulis* -i *partibus v. appendicem; cf. definitionem* BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 9 p. 264, 12 sqq. -um animal est et non est animal; non est quidem animal actu, adhuc namque -um est ..., sed ... est animal potestate [*cf.* AVG. serm. 105, 5, 7 *sub IIB 1*]): **A** *in universum de* -*is*: **1** *avium*: **a** *non discernuntur avium genera* (*addidimus et locos generales*): ENN. ann. 10 -a parire solet genus pennis condecoratum, non animam. LVCIL. 1151 decumana -a (*Lucilio tribuit L. Müller; ad rem cf.* PAVL. FEST. p. 71 quia sunt magna; nam ... -um decimum maius nascitur). LVCR. 2, 927 in pullos animalis vertier -a ... alituum. 5, 802 principio ... volucres -a relinquebant exclusae tempore verno. CIC. nat. deor. 2, 129 gallinae avesque reliquae ... mollissume substernunt *nidos*, ut quam facillume -a serventur; e quibus pullos cum excuderunt *eqs.* div. 2, 134 (*=Stoic. vet. frg. II 1201*) defert ad coniectorem quidam somniasse se -um pendere ex fascea lecti ...; respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto (*in eadem re ter ibid. et* 2, 142). OV. met. 15, 387 genus omne avium mediis e partibus -i ... nasci (*sunt qui vitellum* -*i intellegant; sed cf.* PLIN. nat. 10, 148 *infra*). fast. 1, 443 aves, ... quae ... plumis -a fovetis. VITR. 8, 3, 18 -um in aceto si diutius positum fuerit, cortex eius mollescet (*sim.* PLIN. nat. 10, 167). SEN. nat. 2, 5, 2 -a tantum complectuntur umoris, quantum ad effectum animalis exituri sat est. epist. 121, 18 materno utero vel -o (quo *vel* quoquo *trad.*) modo effusa *animalia*. PLIN. nat. 10, 144 -orum alia sunt candida, ... alia pallida ..., alia punctis distincta ..., alia rubri coloris ...; intus autem omne -um volucrum bicolor ..., piscium unicolor. 10, 145 avium -a ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia; aquatilium rotunda, reliqua fere fastigio cacuminata *eqs.* 10, 148 omnibus -is medio vitelli parva inest velut sanguinea gutta, quod esse cor avium existimant; ... ipsum animal ex albo liquore -i corporatur, cibus eius in luteo est. 10, 166 (*cf.* 1, 10, 80) inrita -a (*v. vol. VII 2, 435, 60 sqq.*), quae hypenemia (*vol. VI 3, 3147, 75 sqq.*) diximus, aut ... libidinis imaginatione concipiunt *feminae* aut pulvere; ... sunt autem sterilia et minora ...; quidam et vento putant ea generari, qua de causa etiam zephyria appellant; urina (*cf. p. 1201, 40*) ... fiunt incubatione derelicta, quae alii cynosura dixere (*ad rem cf.* ISID. orig. 12, 7, 81 -a ... quaedam inani vento concipiuntur *eqs.*). 10, 189 in anguillis omnibus⟨que⟩, quae nec animal nec -um ex sese generant (*sim. distinguuntur ordines animalium*: 10, 212. 11, 228 AVG. quaest. hept. 3, 38 p. 271, 26. *iuncturae cum part. praes.* [*cf. gr.* τὰ ᾠοτοκοῦντα, τὰ ᾠοτόκα *et v.* oviparus]: 11, 175 -a generantium [209]. 11, 188 -a parientia [204. 206. 263]. 11, 204 -a gignentibus [208. 232. 264]. *cf. p. 1201, 76*). *al.* *in quaestione philosophorum insigni*: CENS. 4, 3 avesne ante an -a generata sint (*cf.* MACR. Sat. 7, 16, 1 -umne prius extiterit an gallina. *quod argumentum sec. Plut. quaest. conv. 2, 3 fusius tractatur ibid. deinceps*). **b** *respiciuntur gallinae* (*adde etiam l. 81; ceterum v. passim sub B*): CIC. ac. 2, 57 videsne ut in proverbio

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sit -orum inter se similitudo (*v. sub IIA*); tamen . . . *Deliaci quidam*, cum -um inspexerant, quae id gallina peperisset, dicere solebant (*in eadem re* 2, 58. 86). VARRO rust. 3, 9, 11 curator oportet circumeat . . . ac vertere -a, ut aequabiliter concalefiant; -a plena sint atque utilia necne, animadverti aiunt posse, si demiseris in aquam *eqs.* 3, 9, 12 -a, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator . . . intellegere potest; si contra lumen tenuit *eqs.* (*sim.* PLIN. nat. 10, 151). *al.* OV. fast. 4, 696 *colona* matris plumis -a fovenda dabat. PAVL. FEST. p. 98 cum -is incubiturae sunt *gallinae*. COLVM. 8, 5, 1 circa kalendas Ianuarias -a edere incipiunt *gallinae*. 8, 5, 12 *tonitruis* vitiantur -a pullique semiformes interimuntur. 8, 5, 15 post unum et vicesimum diem silentia -a carent animalibus. *al.* PETRON. 33, 3 quae *gallinae* incubant (-cumbunt *var. l.*) -a. PLIN. nat. 10, 116 *villares gallinae* inhorrescunt edito -o *et* . . . festuca aliqua sese et -a lustrant (*cf. l. 34 infra*). 29, 45 (*cf.* 1, 29, 11) -*a* fiunt . . . tota lutea, quae vocant sitista, cum triduo incubita tolluntur. *al.* APVL. met. 9, 33, 4. 6 non . . . -um . . ., sed . . . perfectum edidit pullum (*respicitur portentum ut*: SPART. Geta 3, 2 statim ut natus est, nuntiatum est -um gallinam in aula peperisse purpureum [*cf.* LAMPR. *sub* c]. IVL. VAL. 1, 5 *dracunculus exit ex -o*). *et saepe.* c *respiciuntur cetera genera avium* (*-um cycneum Ledae v. sub 3*): CIC. nat. deor. 2, 124 anitum -a gallinis saepe supponimus (COLVM. 8, 15, 7 ut praedictarum avium circa paludes . . . -a colligat et cohortalibus gallinis subiciat. PLIN. nat. 10, 155). 2, 125 milvo est quoddam bellum . . . cum corvo; ergo alter alterius . . . -a frangit (*cf.* PLIN. nat. 10, 203 corvus et ch⟨l⟩oreus noctu invicem -a exquirentes. 10, 205 aesalon . . . -a corvi frangens. *adde* 10, 37 *infra*). VARRO rust. 3, 6, 4 *procurator pavonum* -a emit ac supponit gallinis (3, 9, 10 pavonina [COLVM. 8, 11, 11. 12. *al.*]. COLVM. 8, 11, 5 concepta in alvo vitiat -a *mas feminam saepius comprimens. al.; v. etiam p. 1202, 20 et IIIC*). 3, 10, 1 *anserum* (3, 10, 3 COLVM. 8, 14, 5. 6. 7. PLIN. nat. 10, 162. *al.; cf. p. 1202, 61. 1203, 37*). OV am. 1, 12, 20 *infelix arbor* volturis in ramis et strigis -a tulit (PLIN. nat. 10, 19 Vmbricius *haruspex* . . . parere tradit *vultures* -a XIII, uno ex his reliqua -a nidumque lustrare, mox abicere [*ad rem cf. l. 14 supra*]). met. 8, 258 ponit . . . in saepibus -a *perdix* (PLIN. nat. 10, 100 -is stragulum molle pulvere contumulant; . . . mares intemperantia libidinis frangunt earum -a. *cf. p. 1203, 77*). COLVM. 8, 8, 4 matrices, quae -is vel pullis incubant (*sc. columbae ut*: 8, 8, 5. PLIN. nat. 10, 158 pariunt fere bina -a; . . . tertium, quod inritum est, urinum vocant [*cf.* 10, 160 hypenemia]. 10, 159 IVV. 3, 202. *al., v. etiam p. 1202, 23. 1203, 33. 54*). LVCAN. 9, 902 calido cum protulit -o . . . natos *aquila* (PLIN. nat. 10, 13. 10, 37 [*e Nigidio*] avis *quaedam*, quae aquilarum -a frangat. IVV. 14, 85 CLAVD. 6, 4. *cf. p. 1203, 17*). PETRON. frg. 26 (= ANTH. 690), 2 corvus maturis frugibus -a refert (*de eius -is v. l. 24 sqq., p. 1203, 38. al.*). PLIN. nat. 10, 38 *Hylas, qui de auguriis scripsit*, tradit noctuam, bubonem . . . a cauda de -o exire. 10, 106 Nigidius putat, cum -a incubet . . ., nominata⟨m⟩ palumbem relinquere nidos (LAMPR. Alex. 13, 1 [*inter omina imperii; cf.* SPART. *sub b*] -um purpurei coloris . . . palumbinum). *et saepe.*

2 *ceterorum animalium* (*locos generales sub 1a inseruimus*): CIC. nat. deor. 2, 129 pisces . . . -a, cum genuerunt, relinquunt (SCRIB. LARG. 71 menarum sine -is . . . capita decem [*ad compositionem medicamenti*]. PLIN. nat. 9, 78. 9, 157 editis -is . . . mares vitale . . . virus *adspergunt*; non omnibus id contingit -is in tanta multitudine. 9, 158. *al.; v. etiam* OV. *sub II B 1 et cf.* GLOSS. II 356, 25 κύημα ἰχθύος: -um piscis). *ibid.* testudines . . . et crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere -a, deinde discedere (PETRON. frg. 26 [= ANTH. 690], 6 chelys . . . naribus -a fovet. PLIN. nat. 9, 37 pariunt -a avium -is similia ad centena numero eaque defossa . . . incubant noctibus; . . . quidam oculis . . . -a foveri ab his putant. 9, 177. *al.*). VARRO AT. carm. frg. 22, 7 formica cavis . . . evehit -a (*inter prognostica pluvii sec. Arat. 956 ut* VERG. georg. 1, 379 PLIN. nat. 18, 364 AVIEN. Arat. 1710. *ceterum v. de -is formicarum infra p. 1203, 20. 46. 1205, 29*). VERG. georg. 3, 438 *anguis* -a relinquens (PLIN. nat. 10, 169 -a pariunt serpentes. 10, 170 *vipera* intra se parit -a, unius coloris et mollia, ut pisces; . . . ceterae serpentes contexta [*Aristot. hist. anim. 558b1* ἀλλήλοις συνεχῆ] -a in terra incubant. MACR. Sat. 7, 16, 7. *cf. IIIE*). PLIN. nat. 8, 89 *crocodilus* parit -a quanta anseres (11, 156 SOL. 32, 22 AMM. 22, 15, 15. *al.; adde* CIC. *supra*). 9, 100 -a omnium *echinorum* amara, quina numero (9, 164 echini -a pleniluniis habent hieme). 9, 163 *polypi* . . . pariunt vere -a tortili vibrata pampino *eqs.* (9, 164 polypus femina . . . in -is sedet). 9, 165 (1, 9, 75 qui intra se et -a pariant et animal) torpedo . . . intra se parit, -a praemollia in alium locum uteri transferens atque ibi excludens *eqs.* 10, 143 et *quadripedes* -a gignunt, chamaeleontes, lacertae (10, 187. 11, 155 quae -a pariunt. 11, 156. 249. *cf. p. 1200, 76*). *et al.*

3 *fabulosis*: VERG. (?) catal. 9, 27 cycneo . . . edita Tyndaris -o (*de -o Ledae vel Nemeseos ut*: HOR. sat. 2, 1, 26. ars 147 nec gemino bellum Troianum orditur ab -o *Homerus* [*cf. p. 1204, 70*]. MART. 8, 33, 21 Ledaeo . . . pullus in -o. HYG. astr. 2, 8 TERT. spect. 8 p. 9, 20. ARNOB. nat. 4, 23 candidorum procreator -orum *Iuppiter*. AVSON. 56, 1 p. 336P. tergemino. 336, 10 p. 200 triplex. *al.*). PLIN. nat. 2, 17 -o editos *esse deos quosdam* (*cf.* ARNOB. nat. 4, 24 p. 229, 12M. ex [I]ovis esse progenitos quosdam deos). AMPEL. 2, 12 (*contextu lacunoso narratur ortus deae Syriae, ex -o editae, quem referunt etiam* HYG. fab. 197 *et laudato Nigidio auctore* SCHOL. Germ. Bas. p. 81, 21. *cf.* ARNOB. nat. 1, 36 p. 31, 2M. -orum progenies dii Syrii. *ad rem v. Höfer apud Roscher IV 1636, 29 sqq.*). AVIAN. fab. 33, 2 -a . . ., quae *anser* . . . aurea . . . daret.

B *respicitur imprimis usus -orum* (*agitur maxime de -is gallinarum idque saepissime sine determinationibus, quibus utuntur* CATO agr. 71 gallinaceum [*v. vol. VI 2, 1684, 23 sqq.*], PLIN. nat. 29, 51 gallinarum [VEG. mulom. 2, 141, 3 PLAC. med. 29, 1 rec. β. *al.*], LAMPR. Heliog. 22, 1 pullina): 1 *quilibet vel indefinitus*: CATO agr. 88, 2 *muriae maturae* id signi erit: . . . -um demittito; si natabit *eqs.* (*cf. experimentum simile*: 106, 1 misceto usque adeo, donec -um gallinaceum coctum [coiectum *Keil*] natabit). 143, 3 gallinas multas et -a uti habeat *vilica* (*in universum inter fructus fundi ut*: VARRO rust. 3, 3, 6 pascebantur gallinae et earum fructus erat -a et pulli. HOR. epist. 2, 2, 163 uvam, pullos, -a. VITR. 6, 7, 4. MART. 3, 47, 14 [*6* beati copias . . . ruris]. 3, 58, 50 holus, -a, pullos. 7, 31, 1. *al.*). VARRO rust. 3, 6, 6 ut -a eorum *pavonum* denariis veneant quinis. 3, 9, 12 qui haec -*a* volunt diutius servari, perfricant sale *eqs.* (*in eadem re*: COLVM. 8, 6, 1. 2 [*cf.* 11 capp. 8 de servandis -is]. PLIN. nat. 10, 167. *al.*). HOR. sat. 2, 4, 56 columbino limum *vini* bene colligit -o (*cf.* PALLAD. 11, 14, 9 [*sim.* APIC. 1, 6] in album colorem vina fusca mutari, si . . . -orum trium . . . infundat alborem). PLIN. nat. 7, 26 casas eorum *Pygmaeorum* luto pennisque et -orum putaminibus construi. 29, 51 (*in fine capitis q. e. de -is*) ne quid desit -orum gratiae, candidum ex his admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta; vis vero tanta est, ut lignum perfusum -o non ardeat (*inde* PLAC. med. 29, 11 rec. β. ISID. orig. 12, 7, 81. *gluten est in inaurando*: PLIN. nat. 33, 64. 100 *usu adulterino pro argento vivo.* SCHOL. Pers. 2, 55). 33, 94 ignis . . . aceto . . . et visco et -o restinguitur. 33, 131 *argentum* nigrescit . . . -i indurati luteo. 35, 45 ⟨ex⟩ -o inducentes purpurissum *pictores* (*suppl. Mayhoff coll. loco gemino ibid.*). STAT. silv. 4, 9, 30 (*inter dona vilia*). *al.*

2 -*um est pro alimento* (*sc. hominum praeter p. 1203, 17*): **a** *in cibis conficiendis*: CATO agr. 75 (*ad libum faciendum*) -um unum addito et una permisceto bene (APIC. 9, 8, 3. *al.; cf. l. 43 nec non* adicere: APIC. 2, 1, 5. 8, 7, 1. *al.*; mittere: APIC. 4, 2, 35. 4, 5, 3. *al.* ANTHIM. 33 de -o plus. *sine verbo*: CATO agr. 84 *et* 85 [addito *coni. Keil vix recte, v. Svennung, Eranos 32, 1934, 15 sq.*]). PLIN. nat. 18, 105 quidam ex -is aut lacte subigunt *panem*. 19, 168 *papaveris semen* adfuso -o inhaerens *crustae panis* (*cf.* APIC. 4, 2, 28 suffundes . . . -a cruda. 8, 7, 12 infundes. 8, 7, 14 superinfunduntur). MART. 5, 78, 5 divisis cybium latebit -is (*item patinae imponuntur -a dura*: 10, 48, 11 secta coronabunt . . . -a lacertos. 11, 52, 8 quam *cordylam* . . . -a tegant. IVV. 5, 84 tibi dimidio constrictus cammarus -o ponitur . . . feralis cena. APIC. 9, 10, 2 -is incisis ornatur impensa. 9, 10, 4 *sardam* asperges -is duris concisis). APIC. 2, 1, 5 adicies -a quinque et dissolves diligenter, ut unum corpus efficias (4, 2, 6 ad ignem. 5, 4, 5 in mortario. *al.*). 2, 1, 6 (= 3, 20, 7) -a conteres (*cf.* terere: 2, 5, 1 -a et cerebella. 2, 5, 3). 3, 6, 2 *cucumeres elixos* -is obligabis (4, 2, 17 crudis. 8, 8, 3 fractis. *al.*). 4, 2, 4 franges -a VIII (4, 2, 8. 9. *al.; cf.* confringere: 4, 2, 12 cruda. 4, 2, 15 in caccabum. *al.*; infringere: 7, 10[12], 2 cruda). 4, 2, 5 -a VI cum oenogaro misces (*cf. l. 38 nec non* commiscere: 4, 2, 13 cruda. 4, 2, 20. 26. *al.*). 4, 2, 13 -a dura per medium incisa (4, 2, 21 friges -a d. 5, 3, 2 -a d. facies, vitella eicies. *al.; cf. p. 1203, 8*). *passim apud eundem.* ANTH. 227, 1 (de ovata) -orum copiosa phalanx in ventre tumentis *gallinae fartae* conditur. *in nomine patinarum quarundam* (-a sorbilia *sim. v. infra; cf. IIIC*): PETRON. 65, 2 -a anserina pilleata (66, 7). APIC. 7, 11(13), 8 -a spongia (sfo- *sim. trad.; v. Schuch ad l.*). 7, 17(19), 1 -a frixa (*cf. vol. VI 1, 1332, 28 sq.*). *ibid.* 2 -a elixa (ob e. *codd.; ceterum v. vol. V 2, 394, 51 sq.*). exc. 19 patina soliarum ex -is (*in indice ciborum ibid.* p. 88, 9M. *legitur* patinas -orum, *Apic. 4, 2, 28* patina solearum).

b *vario usu* (*-a fere per se apponuntur; accedunt loci generales quidam*): VARRO Men. 102 discumbimus . . .; dominus maturo -o [a(d)] cenam (matura cenam, mandarenam *var. ll.*) committit (*explicat Non. p. 349, 10* maturum: mite, coctum. *item ponuntur -a initio cenae* [*paulo aliter l. 76. 82*]: VARRO rust. 1, 2, 11 -*um* in cenali pompa solet esse primum. HOR. sat. 1, 3, 6 si conlibuisset, ab -o usque ad mala citaret 'io Bacchae' *Tigellius* [PORPH. ab initio cenae ad finem usque; -um enim hodieque initium cenae est *eqs.*; *sim. ad* 2, 4, 12]). CIC. fam. 9, 20, 1 *si venire potuissem, habuisses hospitem* non eum, quem tu es solitus promulside conficere; integram famem ad -um adfero; itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur. CAES. Gall. 4, 10, 5 -is avium vivere existimantur *barbari quidam* (PLIN. nat. 4, 95 [*in eadem re* MELA 3, 56 alantur]). HOR. sat. 2, 2, 45 vilibus -is . . . est . . . locus *etiam in cena divitum*. 2, 4, 12 longa quibus facies -is erit, illa memento ut suci melioris . . . ponere (*sententiam laudat* PLIN. nat. 10, 145). OV. met. 8, 667 -a . . . non acri leviter versata favilla (*inter ceteras res ad gustationem pertinentes ut*: MART. 11, 52, 8 sq. [*quae praecedunt v. supra sub a*]. *huc referre possis etiam* HOR. *l. 79 sq.*). CELS. 2, 18, 10 -um durum valentissimae

[*Plepelits*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

materiae est, molle vel sorbile inbecillissimae (2, 23. 6, 6, 1^{G}. *al.* Ps. Anton. Mvsa epist. ad Maec. 8 Soran. p. 51, 12. *al.* [*v. etiam* Scrib. Larg. 185 *sub 3a*, Petron. *sub III C; huc traham glossas corruptas* Gloss. -a solubilia. -a servilia]. *cf.* Plin. nat. 7, 183 *cum* -um sorberet. *sim. al.*). 2, 24, 3 (*inter stomacho aptissima*) molle -um (2, 26, 2 vel m. vel sorbilibus. *al.* Diosc. 2, 29 p. 192, 20 -u(m) m. plus est customacu quam sorvile). 2, 30, 1 *alvum* astringunt ... dura -a (2, 18, 10 *v. supra.* Anthim. 36 Oribas. syn. 4, 25, 1 La. *al.; cf. p. 1202, 33. 56. infra l. 49*), magisque si assa sunt (Oribas. syn. 4, 2, 4 Aa [*sim.* La] elixa, ... a., ... frixa [*in eadem serie*: 4, 17, 7. 4, 25, 1]. *cf. infra l. 74*). 4, 6, 6 sorbitionibus utendum itemque -is sorbilibus aut apalis ([*correxit Marx*; a. mollibus *cod. I*, *mollibus cett.*]. Scrib. Larg. 104 Soran. p. 70, 18. Apic. 7, 17[19], 3 *genus condimenti quoddam* in -is a. *al.; cf.* Theod. Prisc. log. 31 thermapala). 4, 5, 6. 4, 28, 2. Colvm. 8, 5, 6 *gallinae* quaedam et sua et aliena -a comminuunt atque consumunt (*sim.* 8, 5, 24. *item pro cibo sunt animalibus*: Plin. nat. 10, 17 *draco* -a ... consectatur aquilae. 10, 197 pinguescunt ... serpentes -is, spectanda quidem draconum arte: aut enim solida hauriunt, *aut sorbent.* Pallad. 1, 29, 2 *pullis fasianinis* praebebis et locustas et -a formicae. *al.; cf. p. 1201, 24 sqq.*). Petron. 46, 2 *in casulis nostris* inveniemus, quod manducemus, pullum, -a. *al.*

3 *-um est pro medicamento sim.* (*pro abortivo l. 38, amatorio l. 53; praecepta diaetetica v. sub 2; inter medicamenta praecipua laudatur* Plin. nat. 29, 29; *fusius tractatur* Plin. nat. 29, 39 sqq. Diosc. 2, 29 p. 192, 20 sqq. Plac. med. 29 rec. β Oribas. eup. 2, 1 Ω): a *solum adhibetur*: Cato agr. 71 *bovi aegrotanti* dato ... unum -um gallinaceum crudum: integrum facito devoret (*inde* Colvm. 6, 4, 2 Garg. Mart. cur. boum 3. *al.*). Cels. 5, 2 glutinant vulnus murra, ... -i album, gluten (5, 13 levat id, quod exasperatum est. 7, 7, 11 lana excipiendum et imponendum *oculo* [*sim.* 7, 7, 14^{F}]. Scrib. Larg. 24 *ulcus* diluitur ... -i albo [albore *trad.; corr. sec.* Marcell. med. 8, 5]. *al.*). 6, 18, 7^{A} columbina ... -a coquenda sunt et, ubi induruerunt, purganda, *ut calida ano subiciantur* (*iisdem fovetur condyloma* 6, 18, 8^{A}). Scrib. Larg. 20 *oculorum medicamentum* adiutum -i infusione et aquae ... vapore. 185 *qui coriandrum ederunt, adiuvandi sunt* -is anserinis sorbilibus plurimum salis habentibus. Plin. nat. 10, 32 gravidas, si ederint corvinum -um, per os partum reddere (*sim.* 30, 130). 29, 39 -a per se infuso candido oculis epiphoras cohibent. 29, 40 ambusta aquis, si statim -o occupentur, pusulas non sentiunt (*cf.* Ser. Samm. 1043 qui candidus -i sucus inest, penna inductus *locis ambustis.* Oribas. syn. 7, 6, 2 Aa -us totus crudus ... superpositus. *al.*). 29, 109 corvi -um in aereo vase permixtum inlitumque ... nigritiam capilli adfert (*accuratius in eadem re* Marcell. med. 7, 7 -i corvini quae sunt interiora). 29, 133 utuntur et per se -is formicarum *contra aurium gravitatem* ([Marcell. med. 9, 120 contrita et auribus instillata. Plin. phys. Bamb. 11, 3]. 30, 41 ne sint alae hirsutae, f. -a pueris infricata praestant. 30, 134 *ad pilos tollendos*). 32, 34 *testudinum* -a durata inlinuntur strumis. 32, 103 -a saepiae urinam movent reniumque pituitas extrahunt (*addit* Marcell. med. 26, 56 in cibo sumpta). *al.* b *in compositionibus*: Ov. medic. 55 *hordeo* par ervi mensura decem madefiat ab -is. ars 2, 423 bulbus ... -aque sumantur (*ad venerem incitandam ut* Plin. nat. 30, 141 lutea ex -is ... columbarum. *cf.* 29, 47 infunduntur ... virilitatis vitiis singula -a cum ternis ⟨cyathis⟩ passi [*suppl. Mayhoff; an intellegas* '-is' *coll. usu sub 5bβ illustrato ?*]). Cels. 4, 22, 3 *dysentericis* ex inferioribus partibus ... infundere ... cum eadem *rosa* album crudum ex -is. 4, 26, 7 infundere cruda -a rudiculaque miscere (Colvm. 6, 38, 3 *potio* recipit semunciam sulpuris -umque c. *eqs.* Plin. nat. 29, 47. *al.; v. etiam* Cato *sub a et* Apic. *sub 2a passim*). 6, 6, 8^{B} leniri medicamentum debet adiecto vel albo -i vel muliebri lacte. 6, 6, 9^{A} hyoscyami folia cum -i vitello cocti (Scrib. Larg. 115 ex aceto. Ser. Samm. 757 oloris ... -a, sed non cocta. *al.* [*v. etiam* Cato agr. 106, 1 *sub 1*]. *cf. l. 77 nec non* Plin. nat. 28, 265 ⟨in⟩coctum [*suppl. Ernout*, crudum *Mayhoff; exempla cetera v. vol. VII 1, 1896, 65 sqq.*]. Marcell. med. 8, 121 semicoctorum [17, 39. *al.*]). 6, 6, 9^{C} utendum ... his collyriis ex lacte aut -o (*ad collyria temperanda ut*: 6, 6, 12. Scrib. Larg. 26 *collyrio* diluto cum -i albo, id est aquatissimo, uti. Plin. nat. 29, 39 -a ... pro aqua miscentur collyriis. *in signaculis ocularioriorum passim formula* ex -o [*v. indicem CIL XIII 3, 606*], *e. g.* CIL XIII 10021^{2} nardin(um) ex -o. 10021^{28} authemer(um) len(e) ex o(vo), acr(e) ex aq(ua)). *al.* Colvm. 6, 38, 2 admiscetur ... medicamini trium ... -orum albus liquor separatis vitellis. Scrib. Larg. 221 -orum assorum vitellos (Cass. Fel. 78 p. 189, 17. Oribas. syn. 7, 20, 13 Aa. *al.; cf. supra l. 9*). *al.* Plin. nat. 24, 33 medici liquida *resina* raro utuntur et in -o fere (*sim.* 28, 138). 29, 126 -a perdicum ... decocta cum melle ... glaucomatis medentur (30, 131 -orum perdicis putaminum cinis. *cf.* Ser. Samm. 357 -um ..., tulerit quod garrula perdix). 30, 112 fimi caballini cum putaminibus -orum cremati cinis impositus ... sistit *sanguinem* (*in eadem re*: Ser. Samm. 804 cum testis ... -i. *ceterum cf.* Plin. nat. 30, 131 *supra.* Ser. Samm. 376 -orum cinis. 477 testa uritur -i. 546 torridus ex vino cortex potabitur -i. *al.*). *et saepe.*

4 *in superstitione et in re magica vel sacra* (*-um ad cenam novemdialem pertinere videtur p. 1202, 47; cf. etiam III E*): a *vario usu*: Hor. epod. 5, 19 *Canidia iubet* uncta turpis -a ranae sanguine plumamque nocturnae strigis ... flammis aduri (*gen.* strigis *non ad -a spectare monet e. g. Klotz, Woch. Klass. Phil. 43, 1923, 232*). Ov. ars 2, 330 quae lustret anus lectum *puellae aegrotae* ... praeferat et ... sulpur et -a (*ad purificandum ut*: Ivv. 6, 518 nisi se centum lustraverit -is. Apvl. met. 11, 16, 6 taeda lucida et -o et sulpure ... purificatam *navem. cf. vultures -is lustrantes supra p. 1201, 34*). Plin. nat. 28, 19 defigi ... diris precationibus nemo non metuit; huc pertinet -orum, quae exorbuerit quisque, calices ... protinus frangi, *ne ad magiam adhiberi possint.* 30, 131 putant ... ter circumductas -o perdicis ... non inclinari *mammas.* Avg. serm. Rev. Bénéd. 50, 1938, 8 l. 121 *ad lectum aegroti adstat anicula* ceram vel -um manibus ferens et dicit: '... fac hanc ligaturam'. *-a edere vetantur Manichaei*: Avg. haer. 46 p. 37 nec vescuntur ... carnibus ..., nec -a saltem sumunt, quasi et ipsa cum franguntur exspirent. Praedest. 1, 46 p. 603^{A}. b *-a adhibentur ad auguria* (*portenta v. p. 1201, 17. 48, somnium p. 1200, 52*): Pers. 5, 185 nigri lemures -oque pericula rupto (Schol. sacerdotes ... observare solebant -um igni impositum; ... si ... ruptum effluxerat, periculum ... portendebat. *ad rem v. Hopfner, RE XVIII 538, 7 sqq.*). Plin. nat. 10, 154 (*cf.* 1, 10, 76 Augustae ex -is augurium) *Iulia Tiberio* gravida, cum parere virilem sexum ... cuperet, hoc usa est puellari augurio -um in sinu fovendo *quoad pullus exivit* (*de eadem re* Svet. Tib. 14, 2).

5 *putamen -orum adhibetur pro vase*: a *vario usu*: Plin. nat. 10, 2 *struthocameli* -a propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis (*cf.* Avson. 400, 36 p. 232 P. vinum ... parabo ..., -um tu [tum *Heinsius*] quoque [coque *Scaliger*] passeris marini, *i. struthocameli*). 32, 74 *albuginem sanant ranae oculi* adalligati ... in putamine -i. Marcell. med. 1, 66 terra viva in -um inane coniecta et sub lectu ... conlocata ... prodest, *si caput dolet.* *fortasse huc pertinet contextu vix sano* Plac. med. 1, 12 rec. β.

b *in mensurando*: α *notione communi* (*respicitur -um totum exinaniendum vel indicatur putamen -i*): Plin. nat. 20, 244 in -um inane sucum *marrubii* addit ... ipsumque -um infund⟨it⟩ et mel (*ordine actionum mutato; rectius in eadem re*: Ser. Samm. 750 -um defundes ..., deinde putamen ... implebis. Plin. med. 1, 26, 3 putamen eius). Plin. med. 2, 8, 1 -um crudum diffunditur in vaso, putamen eius impletur oleo (*cf.* Marcell. med. 27, 114 testa -i ipsius. *medicamentum simile habes l. 55 sq.*). 2, 18, 1 *v. sub* β. Marcell. med. 21, 11 -um crudum summiter apertum exinanies idque implebis oleo (*cf.* Ps. Theod. Prisc. add. p. 328, 22 -um crudum ex una parte aperis et evacuas *eqs.*). 28, 53. *adde eiusdem locos sub* β *citandos.* Plac. med. 29, 7 rec. β putamen -i oleo plenum. *ad mensuram acetabuli refertur*: Gloss. III 553, 15 ace[p]tabulum: scarfia de -o (*item* 607, 15. 616, 22. *cf.* 586, 22 a.: s. -i. *ad vocem* scarfia, *i. testa, v. e. g. Walde-Hofmann[3] s. v.*). β *per synecdochen significatur ipsum putamen -i* (*hucine p. 1203, 55 ?*): Plin. nat. 22, 137 datur ... semuncia amyli cum -o et passi tribus -is (*inde notione communi*: Plin. med. 2, 18, 1 eiusdem -i putamen ter impletur passo. Marcell. med. 26, 78 eius -i testam). Veg. mulom. 1, 56, 19 olei rosei -a plena *tot* (3, 8, 4 olei rosei. Ps. Theod. Prisc. add. p. 306, 7 sq. chelidoniae sucum -o p., feniculi duobus -is p. Misc. Tir. p. 50, 23 ruta semen -o p.). mensura -i (*nisi de substantiis ponderatis cogitare malis*): Plin. nat. 29, 50 -o effuso in fictile ... eiusdemque -i m., ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo confusis (*huc rettuli coll.* Marcell. med. 27, 39 testam eius *-i* implebis melle optimo). Pelagon. 9 in mensuram trium -orum (*Hippiatr. gr. I p. 35, 8 ποσότητα τριῶν ᾠῶν*). *ibid.* naribus m. unius -i mittes *medicamentum* (*sim.* Veg. mulom. 1, 17, 10; *gr. ibid. p. 35, 10 μέτρον ἑνὸς ᾠοῦ*).

II *imagines, comparationes, allegoriae sim.* (*in translationem vergit* Avg. c. Parm. 2, 3, 7 *sub B 1*): A *locutiones plus minusve proverbiales*: Cic. ac. 2, 54 ut ... sint et -a -orum et apes apium simillimae (*proverbium esse testatur* 2, 57. *cf.* Sen. apocol. 11, 5 hominem tam similem sibi quam -o -um. Qvint. inst. 5, 11, 30 illud 'non -um tam simile -o'). Ivv. 13, 142 tu gallinae filius albae (proverbium vulgare *Schol.*), nos viles pulli nati infelicibus -is (*sensu non prorsus dilucido, v. vol. VII 1, 1361, 20 sq.*). Fortvn. gramm. VI 278, 13 altius et ab -o (a vivo *codd.*) mihi, quod aiunt, repetenda res est (*cf.* Hor. ars 147 *p. 1201, 81, quem versum affert* Hier. epist. 10, 2, 1 quorsum ... ista ... ita procul coepta, ut merito quivis Horatiano de nobis possit sale ludere: '...'. *aliter p. 1202, 71; ceterum cf.* Fronto *sub B 1*). Hier. c. Ioh. 2 p. 356^{B} quae ista simplicitas *loquendi* est, quasi super -a et aristas inter theatrales praestigias pendenti gradu incedere, ubique dubium, ubique suspectum?

B *exempla cetera*: 1 *respectu vario*: Ciris 490 velut in niveo ... cum primitus -o effigies *pulli* animantur (-antis *var. l.*) ..., sic *mutabatur Scylla.* Ov. trist. 4, 1, 56 *tot malis obruor*, quot ... -a ... piscis habet. Mart. 6, 93, 5 tam male Thais olet, quam non ... pullus abortivo ... cum putrescit in -o. Fronto p. 118, 13 v. d. H. haud secus quam pullis, quibus omnia generis insignia ab -o iam insita sunt ..., regum liberis (*sic cod. teste Bischoff, Sitz. Ber. Münch. 1958, 2, 21;* pueri *edd.*) in utero matris summa iam potestas

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

destinata est. ITALA Is. 10, 14 (Hil. in psalm. **118** ain **7.** *al.*) orbem terrae ... tamquam confracta -a auferam (Tycon. reg. 7 velut -a derelicta, *sim.* VVLG.; *cf.* Dan. 8, 25 [Wirc. *al., aliter Vulg.*] ut -a in manu conteret *adversarios rex*). 59, 5 (Aug. c. Parm. 2, 3, 6, *sim.* VVLG.) *homines iniqui* -a aspidum eruperunt (*explicat* HIER. *ad l.* ut earum venena in sua mente suscipiant) ... et qui erat de -is illis manducaturus conterens invenit olidum et in ipso basiliscum (*inde de ipsis haereticis*: AVG. c. Parm. 2, 3, 7 p. 51, 13 qui, *sc. Felicianus et Praetextatus*, et erant -a aspidum et eruperant. *sim.* p. 51, 23). PHILIPP. in Iob 39, 14 p. 773^{A} ('derelinquit in terra -a sua *struthio*') -a ... progeniem sanctae ecclesiae intelligere debemus; sed in -is illos esse noverimus, qui doctrina ... quasi fetus ... ecclesiae ... nutriuntur *eqs.* (*sim. locum explicat* GREG. M. moral. 31, 14. *aliter* AVG. *ad l.* p. 619, 13 spem priorem ..., quam per -a significat). AVG. serm. 105, 5, 7 spes ... -o comparatur; spes enim nondum pervenit ad rem: et -um est aliquid, sed nondum est pullus (*sim. ibid. iterum; allegoria pleniore ibid.* noli retro respicere; -o tuo scorpium time; ... non ergo scorpius perimat -um tuum, mundus iste spem tuam. *adde etiam l. 14*). PETR. CHRYS. serm. 55, 6 quia Christus venerat congregare sicut gallina pullos suos, -um protulit verbi, per quod ecclesiae germina sancta nutrirentur (*ad* Luc. 11, 12). *al.*

2 *respectu speciei externae*: CELS. 5, 28, 9 furunculus -i dimidii magnitudinem raro explet. PETRON. 39, 15 (*14* in medio *ferculi* caespitem videtis) terra mater est in medio quasi -um corrotundata (*cf.* MACR. Sat. *sub 3 nec non* PLIN. nat. 2, 7 nec, ut in volucrum notamus -is, levitate continua lubricum corpus *esse mundum*). CALP. ecl. 6, 14 *puer* levi ... decentior -o (*opp.* spinosior hystrice). PLIN. nat. 11, 85 aranei ... pariunt vermiculos -is similes (**11, 86** scorpiones terrestres v. -orum specie pariunt. 11, 108 et formicae similem *v.* -is vere *gignunt* [*sed v. p. 1201, 62 sqq.*]. *cf.* LACT. Phoen. 104 *vermis e favilla Phoenicis ortus* se ... -i teretis colligit in speciem [*sim.* GREG. TVR. stell. 12]). 37, 167 hammitis *gemma* -is piscium similis est. *al.* CASSIOD. var. 5, 42, 5 -i speciem eius *amphitheatri* harena concludens (*cf. III D*). *al.* **3** *respectu singularum partium vel structurae interioris*: CELS. 7, 7, 13^{C} *in oculo* gutta umoris est -i albo similis (*sc. crystalloides*). PLIN. nat. 11, 49 ruptis membranis, quae singulos *pullos apium* cingunt -orum modo. 22, 93 *boletum nasci* in vulva *quadam*, ceu in -o est luteum. 37, 190 fluctuatur intus in ea *gemma*, ut in -is, liquor. VVLG. Tob. 11, 14 coepit albugo ex oculis eius quasi membrana -i egredi. MACR. somn. 1, 6, 63 *fetus in utero clauditur* membrana tam tenui, qualis in -o ... intra se claudit liquorem. *comparatur mundus* (*maxime in doctrina Orphicorum, v. e. g. Haussleiter, RAC IV 732 sqq.; aliter l. 26*): PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 341, 11 Varro mundo -um comparavit ... dicens: 'caelum ut testa, item vitellum ut terra *eqs.*' MACR. Sat. 7, 16, 8 in quibus *sacris Liberi patris* hac veneratione -um colitur, ut ex forma tereti ... et includente intra se vitam mundi simulacrum vocetur. MART. CAP. 2, 140 (*describitur cibus quo immortalitas confertur Philologiae*) species -i interioris, crocino circumlita, exterius rutilabat (*i. interiora margine rutilo includebantur, ut mundus aethere; ad rem v. Lenaz in ed. libri sec., 1975, 14 sqq.; vix recte ad vitellum refertur vol. IV 1213, 32*).

III *transfertur ad varia corporea, quae formam -i exhibent* (*cf. quae ad II monuimus*): **A** *de globis ovatis, quibus in circo aurigarum curricula numerabantur* (*quos* φοειδῆ δημιουργήματα *appellat Cass. Dio 49, 43, 2; ad rem v. Fiehn, RE XVIII 1889, 65 sqq.*): VARRO rust. 1, 2, 11 -um (cum *codd.*) illud sublatum *non* est, quod ludis circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis. LIV. 41, 27, 6 -a ad no⟨tam⟩ curriculis numerand⟨is s⟩ta⟨tuen⟩dam (*sic supplevit Richter, Rhein. Mus. 104, 1961, 258 sq.*). TERT. spect. 8 p. 9, 20 (*inter* ornamenta circi; *item* ISID. orig. 18, 29, 1) -a honori Castorum adscribunt. CASSIOD. var. 3, 51, 10 quod *superstitionis causa* metarum circuitus -orum erectionibus (erept- *var. l.*) exprimatur. **B** *de calculis quibusdam in horologio Ctesibii adhibitis*: VITR. 9, 8, 5 vertuntur metae, calculi aut -a proiciuntur. **C** *de cibo quodam -a pavonis imitante*: PETRON. 33, 4 sqq. *servi* pavonina -a divisere convivis; (5) ... 'amici', ait *Trimalchio*, 'pavonis -a gallinae iussi supponi; ... temptemus ..., si adhuc sorbilia sunt.' (6) accipimus nos coclearia ... -aque ex farina pingui figurata pertundimus; ... (*8*) persecutus putamen manu pinguissimam ficedulam inveni. **D** *de area ovata amphitheatri* (*cf.* CASSIOD. *sub II B 2*): CALP. ecl. 7, 34 sinus ambit harenae et geminis medium se molibus *caveae* alligat -um. **E** *de serpentibus conglobatis*: PLIN. nat. 29, 52 (*cf.* 1, 29, 12 de serpentium -is) est -orum genus in magna fama Galliarum; ... angues ... convoluti salivis faucium ... artifici complexu glomerant⟨ur⟩. 29, 53 vidi ... id -um mali ... magnitudine ...; (*54*) Druidis ad victorias litium ... laudatur.

appendix iuncturarum notabiliorum, quae pertinent ad: **1** *-a parienda, fovenda sim.*: ENN. ann. 10 parire (CIC. ac. 2, 57 COLVM. 8, 14, 5. PLIN. nat. 1, 9, 75 *et saepe.* APVL. met. 9, 33, 4. *al.*). CIC. nat. deor. 2, 124 anitum -a gallinis saepe supponimus (VARRO rust. 3, 6, 4. 3, 9, 12. 3, 10, 3 COLVM. 8, 5, 4. *al.* PETRON. 33, 5 PLIN. nat. 18, 231. *al.*). 2, 129 genuerunt (*cetera v. vol. VI 2, 1984, 57 sqq.*). VARRO rust. 3, 9, 2 quem ad modum ... excudant *-a* (*v. vol. V 2, 1290, 62 sqq.; cf.* excludere *ibid. 1272, 18 sq.*). 3, 9, 8 maturescunt (*sc. incubando. aliter* PLIN. nat. 10, 147 in utero. *cf.* 9, 177 maturari). *ibid.* -a incubare (*v. vol. VII 1, 1062, 23 sqq.; cf.* -is i. *ibid. 18 sqq.*). 3, 9, 10 si -a gallinis pavonina subicias (3, 9, 13 COLVM. 8, 2, 12. 8, 5, 8. *al.* PLIN. nat. 10, 151. *al.*). *ibid.* fovere *-a* ([*nisi absolute*]. Ov. fast. 1, 443. 4, 696 COLVM. 8, 5, 10. 8, 11, 10. 13 PETRON. frg. 26 [= ANTH. 690], 6. PLIN. nat. 9, 37. *al.* SVET. Tib. 14, 2. *al.*). 3, 9, 11 vertere -a, ut aequabiliter concalefiant (*cf.* versare: COLVM. 8, 5, 14. 8, 11, 12). 3, 9, 17 -a ... faciunt *gallinae.* Ov. met. 8, 258 ponit ... in saepibus -a (COLVM. 8, 2, 12. PLIN. nat. 9, 164 -a super -a [supter ipsa *animalia, Mayhoff*]. EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 14 super ... harena). COLVM. 8, 3, 4 edantur (*v. vol. V 2, 84, 63 sqq.*). 8, 5, 10 animantur (8, 5, 14 AMBR. hex. 5, 24, 85 ISID. orig. 12, 7, 79). 8, 11, 5 concepta in alvo ... -a (PLIN. nat. 9, 165. 10, 166 AVG. gen. ad litt. imperf. p. 495, 5 ISID. orig. 12, 7, 81). 8, 11, 9 enituntur (IVL. VAL. 1, 5 p. 10, 12). PETRON. frg. 26 (= ANTH. 690), 2 refert (*cf.* IVV. 3, 202 reddunt). PLIN. nat. 9, 164 polypus femina ... in -is sedet. 10, 92 tepefaciendis -is (*cf.* VARRO rust. 3, 9, 11 *supra.* ITALA deut. 22, 6 [Lugd.] calfacit ... super -a [VVLG. incubantem]. HIER. interpr. Iob 39, 14 [*cf.* VVLG.] calefiunt. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 495, 5 calefaciant). 10, 166 ea *-a* generari (10, 189. 11, 175. 11, 209). *sim. al.*

2 *ortum ex -o* (exc(l)udere *v. sub 1*): LVCR. 5, 802 volucres -a relinquebant exclusae. CIC. nat. deor. 2, 124 e quibus *-is* pulli orti (MACR. Sat. 7, 16, 7 de -is). VERG. (?) catal. 9, 27 edita Tyndaris -o (*Ledae ut*: TERT. spect. 8 p. 9, 20. *respiciuntur dei quilibet* PLIN. nat. 2, 17). HOR. sat. 2, 1, 26 -o prognatus *Ledae* (*cf.* ARNOB. nat. 1, 36 p. 31, 2 M. -orum progenies dii Syrii. 4, 24 p. 229, 12 ex -is esse progenitos *deos*). SEN. epist. 121, 18 -o ... effusa *animalia.* COLVM. 8, 5, 14 an pulli rostellis -a pertuderint (*cf.* IVV. 14, 85 rupto ... -o [CLAVD. 6, 4 -a ... rupit ... tepor]. PALLAD. 1, 28, 4 aperiri [*sed* COLVM. 8, 11, 12 excudantur]). LVCAN. 9, 902 calido cum protulit -o ... natos *aquila* (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 15 postquam fuerint educti de -is *pulli alcyonis*). PLIN. nat. 10, 38 de -o exire (*cf.* MACR. Sat. 7, 16, 7 de -is prodeunt). IVV. 13, 142 pulli nati infelicibus -is (HYG. astr. 2, 8 AVSON. 56, 1 p. 336 P. RVFIN. symb. 11[9] p. 350^{C}. *al.; cf.* Ov. met. 15, 387 e partibus -i). *sim. al.*

3 *partes -i* (*comprehenduntur partes omnes*: CATO agr. 71 integrum. PLIN. nat. 10, 197 solida. 29, 44 totis [PLAC. med. 29, 8 rec. β. *aliter l. 40*], *partes interiores*: SCRIB. LARG. 23 cum -i aquato liquore [PLIN. nat. 29, 116]. PLIN. nat. 29, 47 tota [ORIBAS. syn. 7, 6, 2 Aa. *aliter supra*]. MARCELL. med. 7, 7 -i corvini quae sunt interiora [*sed* PLIN. med. 1, 5, 2 -um corvinum. *cf.* MARCELL. med. 21, 11 -i ... interioribus. *aliter l. 51*]): **a** *vitellum* (*de* Ov. met. 15, 387 *v. p. 1200, 54*): CIC. div. 2, 134 id *vitellum* ... ex -o (CELS. 5, 21, 2 -i vitellus. 6, 6, 1^{K}. 6, 6, 9^{A} SCRIB. LARG. 115. *et saepe*). PLIN. nat. 21, 151 luteo -i (*cetera v. vol. VII 2, 1896, 65 sq. 68 sq.*). PLIN. med. 1, 25, 1 -orum mediola (ANTHIM. 36. *cf.* GLOSS. III 579, 33 vitellus i. meiolus -i). 3, 24, 9 -i medium, quod est rufum (SCHOL. Pers. 2, 55 APIC. 8, 7, 13. *al.*). MARCELL. med. 1, 38 medullam sive vitellum -i (27, 133. 36, 54 CASS. FEL. 78 p. 190, 13). 16, 47 ex -o duro interius (*cf.* PLIN. phys. Bamb. 57, 6 vitellu(m) -i durum). **b** *putamen* (*cf.* -um inane PLIN. nat. 20, 244 MARCELL. med. 1, 66): VITR. 8, 3, 18 cortex eius (SER. SAMM. 546). PLIN. nat. 7, 26 -orum putaminibus (30, 112. 131. 32, 74. PLIN. med. 2, 18, 1 [*inde* MARCELL. med. 26, 78 testam]. *al.*). 28, 19 -orum ... calices. SER. SAMM. 477 testa -i (489 quorum. 804 VEG. mulom. 2, 141, 3 MARCELL. med. 11, 5. *al.; cf.* IVL. VAL. 1, 5 p. 10, 15 -i testulam). GLOSS. III 553, 15 scarfia de -o (*al. v. p. 1204, 45*). **c** *album*: CELS. 4, 22, 3 album ... ex -is (5, 2 -i album. *et passim, v. vol. I 1509, 25 sqq.*). COLVM. 6, 38, 2 -orum albus liquor (PLIN. nat. 10, 148 -i. THEOD. PRISC. log. **93** p. 193, 8. *cf.* PLIN. nat. 28, 73 -orum candido l. [33, 100 -i]. SER. SAMM. 1043 candidus -i sucus. MARCELL. med. 8, 195 -i liquidissimo. *sim. al.*). PLIN. nat. 29, 39 candidum ex -o (29, 40 candido -orum. *al. v. vol. III 245, 51 sqq.*). SER. SAMM. 764 pars candida ... -i. PALLAD. 11, 14, 9 -orum ... alborem (*cetera v. vol. I 1499, 1 sqq.*). vet. med. 49, 5 -orum albuginem (CASS. FEL. 31). PELAGON. 411 albamenta -orum (APIC. 5, 3, 4. 6, 8, 11). VEG. mulom. 2, 57, 1 -i ... albumento. MARCELL. med. 8, 20 -i ... albo, id est lacrimo (*v. vol. VII 2, 839, 58 sqq.*). 8, 156 pisciculi ... fel -orum ⟨albumini⟩ mixtum (*si recte suppletur in ed. pr.*; ⟨albo⟩ *Niedermann*; *ceterum v. vol. I 1501, 75 sqq.*). **d** *membrana*: SCHOL. Pers. 2, 55 -i membrana (VVLG. Tob. 11, 14 MARCELL. med. 33, 67 PLIN. phys. Bamb. 34, 4. *al.*). MARCELL. med. 27, 55 vestem -i delicatam interiorem.

4 *-a conficienda, coquenda: v. passim sub I B 2 et 3.*

deriv.: 1. ovalis, ovarius, 1. ovatus.

compos.: ovificus, oviparus; *an etiam* ovispex? *Plepelits.*

[oxa CIL VI 3446 *v.* 2. os *p. 1093, 7.***]**

oxalis, -idis (-idos), *acc.* -ida *f.*, ὀξαλίς. *scrib.* -all- PLIN., ORIBAS. de -idos *pro gen. gr.* ὀξαλίδος *praebet* ORIBAS. [*i. q. rumex acetosa: in derivatis tusc. (lucc.), langob., var. francoprov. et prov. occ., vasc. cf. M.-L. 6129. Wartburg VII 451 sq. St.*] *nomen herbae, genus rumicis* (*cf. André, Lex. des termes de botan. 232*): PLIN. nat. 1, 20, 85 (1, 20 tit. medicinae ex iis quae in hortis seruntur) lapatho silvestri sive -ide. 20, 231 quod *lapathum silvestre* alii -ida

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appellant, nostri verum rumicem, alii lapathum canterinum. ORIBAS. syn. 3, 76 in expresso suco de lactuca . . . aut de -idos. ALEX. TRALL. 3, 17 quales *suci* sunt cotilidonis et oxilados (*per metathesin ex gr. I p. 323 P.* ὀξαλίδος).

oxalmē *et* **oxyalmē**, (-ēs) *f.*, ὀξάλμη. *scrib.* oxy- PLIN. nat. 23, 61 (*cf. ibid. 60* oxymeli), CAEL. AVR. *acc.* -en CAEL. AVR., CASS. FEL., GLOSS.; *abl.* -e PLIN., -i DIOSC., ORIBAS. syn. *i. q. muria cum aceto mixta* (*cf.* GLOSS. III 603, 44 -en: acetum et sal mixtum): PLIN. nat. 23, 61 quae *vitia* nunc omnia -e contingunt, id est sale et aceto recente, efficacius. DIOSC. 5, 37 p. 182, 4 de -i; -i (oxs-, oxalnium, oxalmum *var. ll.*) fomento adibita medetur putredine vulnerum (*gr. 5, 15* ὀξάλμῃ). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 59 epithema *quoddam*. . . ex cappare et myrobalano et aceto sale admixto, quod -en (-on *ed. princ.*) vocaverunt (CASS. FEL. 20 p. 30, 22 q. Graeci -en v. [*ex* oxasmin, oxomiō *em. Rose*]. 28 p. 47, 16 [examel *var. l.*]). ORIBAS. eup. 3, 67, 1 acetum . . . dabis aut oxamili (*per metathesin ex gr.* ὀξάλμῃ) id est acetum cum sale. syn. 3 add. p. 917, 62 -i f[r]umentas et hordei usti pulvis superspargis super ulcera.

oxantus *v.* oxyacant(h)us. **oxe(i)a** *v.* oxys.

oxelaeum, -ī *n.*, ὀξέλαιον. *forma hybr.* oxoleum ORIBAS. syn. 4, 23, 2 La; *cf.* ALEX. TRALL. *scripturas v. infra.* *i. q. oleum cum aceto mixtum*: PHILAGR. med. 3 p. 173, 11 ut hoc ceroto sicut oxilio utaris; cum lanis enim . . . ex eo infusis superpone spleni. THEOD. PRISC. log. 40 superaddimus -o (exoleo, oxileo, aizo, auxilio *codd.*) . . . polygoni sucum. ORIBAS. syn. 4, 23, 2 Aa p. 25 datur . . . cum oxymelle aut -leo, id est cum aceto et oleo (La *v. l. 21; gr.* ὀξελαίου [ἐξ- *var. l.*]). 5, 17, 7 La p. 60 aut cum oxymellis aut cum -yleo (*gr.* ὀξελαίου [ἐλαίου *var. l.*]). ALEX. TRALL. 1, 120 oxioleos distillatum in aurem (*gr. II p. 97 P.* ὀξέλαιον).

oxērus, -a, -um, ὀξηρός. *occurrit ubique scriptura et forma* oxyra, *sc. fere pro subst., sed apponitur alteri subst. l. 35.* *de quodam medicamento cum aceto confecto*: ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 901 -a croce[r]a facit epaticis. *ibid.* item -a qui facit podagricis. *ibid.* item alio -a Afrodisi utilis ad omnes suprascriptas (9 add. La p. 398). p. 926 malagma -a ad artreticus podagricos. 9 add. La p. 398 -a Helpidi auctoris. *ibid.* item -a ad omnes dolores. *ibid.* item -a: *eqs.*

oxi- *v. et* oxy-.

[**oxicolla** *ed. vet.* DIOSC. 3, 97 p. 420, 9 *app. crit.*, *v.* xylocolla.]

oxidiomus *v.* oxyzomus.

oxifalum *et* **oxifalus** *v.* oxybaphum.

oximē *v. p. 414, 11.* **oximīnum** *v.* oxycominum.

oxiriodianus *v.* oxyrodinus.

oxo- *v. et* oxy-.

oxocadium *trad. pro* exoc(h)adium ORIBAS. eup. 4, 104.

oxoleum *v.* oxelaeum.

oxos (-us *l. 50*) *n.*, ὄξος. *i. q. acetum* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. OX 11 -s: acetum graece): VARRO frg. Char. gramm. p. 176, 20 B. (ling. frg. 25 p. 195 G.-Sch.; *agitur de forma abl.*) olivo et -o . . . fieri. ORIBAS. eup. 2, 1 O 1 Aa -s: -s, id est acetus (La -us acetum dicitur. *gr.* ὄξος).

? **oxunus**, -a, -um. TAB. Albertini 10, 5 caprificus -o odore. *gr.* *ὄξυνος *subesse putant edd.*

oxurincus *v.* oxyrynchus. **oxus** *v. sub* oxos *et* oxys.

oxyacant(h)a, -ae *f.*, ὀξυάκανθα *et* **oxyacant(h)us**, -ī *f.*, ὀξυάκανθος. *scrib.* oxi- DIOSC., ORIBAS. (*var. l.*), GLOSS. *gen. gr.* -is (*i.* -es) *l. 67*, -u *l. 65. 68.* [*ex* oxantus *suppl. Stadler* GLOSS. III 585, 9 (*v. vol. III 1188, 14*). *fortasse per errorem interpretis* DIOSC. 4, 154 p. 72, 19 *hippophaës* folia habet . . . acuta sicut -a (*gr. 4, 159, 1* φύλλα ἔχων μακρὰ . . . καὶ μεταξὺ ἀκάνθας ξηράς).]

nomen herbarum (*cf. André, Lex. des termes de botan. 232 sq.*): 1 *herbae q. e. pyracantha*: DIOSC. 1, 103 p. 52, 6 M. de -a: -u id est damamen alii vero pi⟨rac⟩anten vocaverunt aut pirena (*postea*: ventris solutione stringit. *gr. 1, 93* ὀξυάκανθα). ORIBAS. eup. 2, 1 O 2 (*ad ventris fluxum*) -u carpus (Ab -us): -uo carpus *eqs.* (La oxyaconthos c., Ab oxicantus, *gr.* ὀξυακάνθου). syn. 4, 18, 4 La (*quae sunt apta stomacho*) -is et brionie (*gr.* ὀξυακάνθης τε καὶ βρυωνίας). 9, 15, 13 Aa p. 303 (ad diarria) -u fructus (La oxygantu, Ab -o, *gr.* ὀξυακάνθου). 2 *herbae q. e. cynosbatos* (GLOSS. III 571, 51 -a i. cinobata): DIOSC. 1, 104 p. 52, 15 M. de cynobatu: cynosvatu id est saccupa multi -a appellant (*postea*: ventrem stringit. *gr. 1, 94* ὀξυάκανθαν).

oxyalmē *v.* oxalme.

oxybaphum (-us), -ī *n.* (*m. et f. v. infra*) *et* **oxybaphium**, -ī *n.*, ὀξύβαφον, ὀξυβάφιον. *scribitur* oxi-, oxa-, hocsi-, exo-, -baf-; *per metathesin* oxifab- (-fav-) DIOSC. (*excepto uno loco*), *per dissimilationem* (*an sec.* acetabulum*?*) -fal-, -phal- ISID., METROL., GLOSS., -fag- DIOSC. 4, 65 p. 37, 16 *cod. e.* *masc. acc. pl.* -os (-us) *p. 1208, 19. 22.* *? fem.* -a *p. 1208, 14.* -ium, *pl.* -ia EXC. metrol. chron. I p. 550. *graec.* -on *p. 1208, 1. 9, gen.* -u DIOSC. 2, 142 p. 232, 8. 3, 8 p. 380, 20. 4, 24 p. 20, 3 (*abl. ? p. 1208, 13; nom. ? p. 1208, 15*).

